





MONUMENTA

ECCLESIASTICA

TEMPORA

INNOVATAE IN HUNGARIA RELIGIONIS

ILLUSTRANTIA

DIGESSERUNT


V. BUNYITAY, R. RAPAICS, J. KARÁCSONYI

SECTIONIS SCIENTIFICAE ET LITERARIAE

SOCIETATIS S. STEPHANI

MEMBRA

TOMUS TERTIUS: 1535—1541.



BUDAPESTINI

Edidit Sectio Scient. et Litt. Societatis S. Stephani

1906

EGYHÁZTÖRTÉNELMI
EMLÉKEK
A MAGYARORSZÁGI
HITUJITÁS KORÁBÓL


SZERKESZTETTÉK

BUNYITAY V., RAPAICS R., KARÁCSONYI J.,

A SZENT-ISTVÁN-TÁRSULAT

TUDOMÁNYOS ÉS IRODALMI OSZTÁLYÁNAK TAGJAI


HARMADIK KÖTET: 1535—1541.



BUDAPEST

Kiadja a Szent-István-Társulat Tud. és Irod. Osztálya

1906



STEPHANEUM NYOMDA R. T.

Budapest, VIII., Szentkirályi-utcza 28. szám.

ELŐSZÓ.

Az *Egyháztörténelmi Emlékek* most közrebocsátott harmadik kötete 1541-ig terjed. 1541 Magyarország három részre szakadásának éve! Ez azon szomorú év, a melyben a budavári Nagy-Boldogasszony temploma dsámivá (török főtemplommá) lett! Nemcsak nemzeti, hanem vallási szempontból is roppant fordulópont ez hazánk történetében.

Épen azért nagyon czélszerűnek találtuk s igyekeztünk, hogy gyüjteményünk III. kötetét ez évnél rekeszszük be.

E kötetben hosszabb terjedelmű, egybetartozó emlék nincsen. Az egykorúak egyes leveleit gyüjtöttük össze részint levéltárakból, részint nyomtatott művekből, hogy világot vessünk azon vallási forrongásra, belső változásokra, melyek e hat év alatt a lelkekben végbe mentek.

1906 szeptember 14-én.

A szerkesztő-bizottság.

1.

Esztergom, 1535 január 1.

Várday Pál esztergomi érsek 1535 április 23-ára Esztergomba zsinatot hirdet s arra papságát meghívja.

Paulus de Warda... Archiepiscopus Strigoniensis... Vniversis... Abbatibus, Prioribus, Prepositis, Lectoribus, Cantoribus, Custodibus, Decanis, Archidiaconis ecclesiarum tam cathedralium, quam collegiatarum canonicis, plebanis, viceplebanis, capellarum, altarium hospitalium rectoribus aliisque personis ecclesiasticis tam secularibus, quam regularibus... in... dyocesi nostra Strigoniensi... commorantibus... Debitum officii nostri pastoralis... exposcit, ut subditorum nostrorum commodis et saluti animarum sedulo et diligenter... invigilemus, quo errores quilibet e medio ipsorum tollantur, vitia extirpentur, mores reformentur, virtutes plantentur, devii ad tramitem frugemque melioris et salutis revocentur... Hinc est, quod nos... sacrorum canonum institutis vestigiisque predecessorum et sanctorum patrum inherentes ac laudabiles ecclesie nostre predicte consuetudines ab antiquo observari solitas in omnibus servare et imitari volentes, ad festum beatissimi Adalberti episcopi et martyris, patroni nostri gloriosissimi, proxime venturum in eadem ecclesia nostra Strigoniensi vobis et universitati vestre more consueto generalem sacre Synodi celebrande conventum et congregationem indicere decrevimus et indiximus. Quocirca... vobis... coniunctim et divisim... mandamus, quatenus... in prescripto festo beatissimi Adalberti... unusquisque vestrum secundum exigentiam et statum sue preeminencie ac dignitatis in habitu honesto et decenti iuxta antiquam et laudabilem consuetudinem in his observari solitam in prefata ecclesia nostra Strigoniensi personaliter convenire et in ipso sacra Synodo interesse debeat et teneatur ipso eodem die et aliis duobus diebus immediate sequentibus (ut moris est) ibidem errata reformari, virtutes seminari, constitutiones synodales dicte ecclesie nostre aliaque salutaria monita et documenta audituri, quo tandem illinc cum multa et larga Dei omnipotentis

et nostra paternali benedictione ad propria redire possitis ac valeatis. Vt autem presens hoc nostrum publicum edictum ad notitiam universorum... clericorum... indubitato pervenire possit et ne quis ignorantiam indictionis et publicationis Synodi huiusmodi celebrande pretendere possit, edictum ipsum columne lapidee in porticu ecclesie nostre predicte extendi et affigi iussimus... Datum Strigonij prima die mensis Januarii anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo quinto.

Egykorú másolat Selmeczbánya levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

2.

Bécs, 1535 január 5.

Ferdinánd király a pornai cziszterczirendű apátságot de Benalis Ferencznek adományozza.

Anno Domini 1535. Viennae in Vigilia Epiphaniae Ferdinandus Rex Abbatiam Cisterciensium de Porno per mortem Rndi Polidori Bressani Episcopi Oropiensis (Scopiensis?) vacantem confert Venerabili Francisco de Benalis ea lege, ut intra tempus a iure statutum induat habitum Ordinis Cisterciensis et sacris initiari debeat.

Steph. Kaprinai Collectan. Msc. B. Tom. XXVIII. 40. l.

3.

Brüsszel, 1535 január 10.

Oláh Miklós Gerendi Miklós erdélyi püspöknek.

Accepi tuas litteras. Non possum litteris explicare, quantum et ego tecum una doleam patriae nostrae ruinam. Quae, nisi aut vi adversarius eiiciatur, aut concordia res transigatur, in hac factione paulatim ipsa se consumet. Si statim post necatum Gritti missi fuissent saltem tria millia externorum militum tecum in Transsylvaniam, credo tua et tuorum opera omnis ea regio nunc regi pareret; et nec Maylath esset vayvoda, nec Joannes Transsylvaniae incubaret; ex qua etiam ea Hungariae pars, quae trans Tibiscum est, ad obedientiam praestandam facile cogi potuisset. Sed quot, mi Domine, occasiones commodissimae... hactenus sunt praetermissae!

Si nunc, cum Turca omnes suas vires ex Europa ad bellum illud Persicum eduxit, et cum paucos habeamus obvios, si modo cum modicis viribus progrederemur, nostri nihil facient: quae postea spes erit recuperandae Hungariae Turca reversuro. — — Nihilominus, si unquam aliquid speravi, nunc maxime spero, maxime usque ad aestatis futurae exitum. Dico autem me sperare non in meis privatis, sed publicis rebus Hungariae. Quid enim de meis sperare possum? Duodecim sunt episcopatus in Hungaria; si essent centum, vel eo plures, et vacarent omnes, sive id regis voluntate, sive aliorum procuratione, quod magis credo, fiat, nescio, an magna spes esset mihi locanda. In quaternis litteris regiis, quae mihi ante eos, qui mihi praeponuntur, tam firmae sunt datae, ut firmiores dari non potuerint, si usquam salva est fides; ex alia parte etiam meis, per eos, quibus rex et non adversarius praeest, vi privor. Non, inquies, parent mandatis regiis; at in Jaurino, in Nitria remittenda parent; parent etiam in aliis, in quibus expressum habent mandatum, in meis tantum rebus non parent... Summa mea est in te spes et in episcopo Agriensi. Si vos non praestabitis vestrum favorem et auxilium me absente in utraque re mea, ne scilicet contra regis promissum negligar semper, sed ut regia promissa mihi serventur, et ne meis, quae habui, tam indigne spolier: nescio, in quo ultra sperare possim. Vale. Bruxellae 10-a Januarii 1535.

Oláh Miklós levelezése 539—540.

4.

Győr, 1535 január 14.

A győri káptalan kiküldötte «Johannem custodem, Thomam rectorem capelle sancte Trinitatis, Marcum magistrum cruciferorum» győri kanonokokat, hogy jelen legyenek azon a leszámoláson, a melynek Vizkereszkor Máté pannonhalmi apát és a konvent, más részről Laki Deák Balázs volt pannonhalmi várnagy közt kellett volna végbemennie. Azonban a konvent emberei a volt várnagy lajstromait hét vagy kilencz helyen hamisaknak találták és így a leszámolás ellen a győri káptalani küldöttek előtt tiltakoztak.

Conventus monasterii sacrimontis Pannoniae coram legatis capituli Jauriensis: Joanne custode, Thoma, rectore capellae s. Trinitatis et Marco, magistro cruciferorum protestatur contra ratiocinium inter Mattheum abbatem Sacrimontis Pannoniae et Blasium Litteratum de Lak, prius castellanum, ineundum, quia regesta castellani falsa inventa sunt.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági lt. c. 47. l. Aa.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

5.

Győr, 1535 január 16.

A győri káptalan jelenti, hogy a pannonhalmi konvent és Balázs volt várnagy közt Balázs elszámolása miatt folyt pert a felek Peregi Albert pécsi prépost és kamarai titkár, Nádasdy Albert, Berényi Bársony Boldizsár, Deák Ambrus Győrmegye jegyzője és mások közbenjárására «in domo rectoratus altaris OO. SS. in oppido Zenthmarthon voc. constructa» elhalasztották Letare vasárnapig (márcz. 4.). A konvent megbizottai voltak ez ügyben «Alexander prior, Benedictus de Papa presbiteri monachi dicti monasterii et Gregorius litteratus de Kamancz castellanus et provisor arcis sancti Martini modernus».

Litem inter conventum monasterii Sacrimontis Pannoniae et Blasium, prius castellanum, ortam intercessione Alberti de Pereg, Praepositi Quinqueecclesiensis et secretarii Camerae, Alberti de Nádasd, Balthasaris Bársony de Berény et Ambrosii Deák, notarii comitatus Jauriensis, «in domo rectoratus altaris Omnium Sanctorum in oppido Zenthmarton vocato constructa» facta, partes ad 4-am diem Martii differunt Capitulumque Jauriense hoc testatur. Commissarii conventus hoc in negotio fuere: «Alexander prior, Benedictus de Papa presbiteri monachi dicti monasterii et Gregorius Litteratus de Kamancz castellanus et provisor arcis sancti Martini modernus.»

Eredetije a pannonhalmi főapátsági lt. c. 58. l. Y.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

6.

Győr-Szentmárton, 1535 január 21.

Máté főapát és a pannonhalmi konvent beismerik, hogy még akkor, midőn Bakyth Pál királyi főkapitány birta a szentmártoni (pannonhalmi) várat, kölcsön vettek a lövöldi karthausi rendháztól 200 forintot s megigérték, hogy a mint várukat visszaszerzik, megadják, de roppant szükségtől kényszerítve nemcsak e 200 frtot nem tudták visszafizetni, hanem még újra 200 frtot voltak kénytelenek kölcsön venni. Most tehát az összes 400 frt adósság biztosítására zálogba adják a lövöldi kolostornak Istvánd és Apáti nevű zalamegyei falvaikat.

Mattheus archiabbas Sacrimontis Pannoniae et conventus necessitate compulsi mutuo 200 florenorum anno 1532 a monasterio Carthusianorum de Lövöld levato adhuc 200 florenos addi petunt et sic pro mutuo 400 florenorum impignorant possessiones suas Istvánd et Apáti in comitatu Zaladiensi sitas.

Egykorú másolata a pannonhalmi főapátsági levéltárban c. 72. l. G.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

7.

Dombró, 1535 január 22.

Erdődy Simon zágrábi püspök üdvözli III. Pál pápát megválasztatása küszöbén és kéri, hogy Egervári Jánosnak az Ernusztok ellen folytatott perét kivételesen döntse el.

Beatissime Pater et Domine
Domine Clementissime.

Ad oscula pedum Sanctitatis Vestre commendacione premissa. Postquam mihi obitus sanctissimi quondam domini Clementis pape VII. per sanctitatis Vestre minorem penitenciarium nationis Ungarie: dominum Paulum Zondinum renunciatus fuerat, lugubris anxietas et dolor incomparabilis animum meum occupaverat; ut qui tantum sacrosancte Universalis Ecclesie pastorem clementem, mihi vero semper clementissimum dominum et patrem amiserim, a cuius conspectu nunquam supplicaciones mee vacue redierunt, sed relaciones Sue Sanctitatis mirificam erga me, creaturam suam, gratiam et benevolenciam reddiderunt. Et cum in huiusmodi curarum turbinibus et angoribus multum diuque laborassem, modico postea intervallo temporis gratissimas ecce simulque iucundissimas eiusdem domini Pauli literas accepi: quibus totius sacri cetus Romanorum dominorum Cardinalium unanimi consensu, omniunque principum christianorum concordibus votis Sanctitatem Vestram Pontificem Optimum Maximum, diu talem ab omnibus bonis desideratum, a Deo vivo periclitanti reipublice christiane esse donatum significavit. Que res quantum gaudii mihi attulerit, literis nunquam exprimere possem, sed non sufficio Salvatori nostro dies et noctes gratias agere: qui dignatus est collabenti Ecclesie catholice de tali pastore providere, qui discordes Principum christianorum animos (quorum discordia res spurcissimi crucis Christi inimici in tantam perniciem christiane fidei excreverant) ad veram concordiam reducet, qui non priuato, sed publico bono semper consulere et studuit et studebit in eternum. Quantum uero ad res meas priuatas attinet, tanto expleor animi gaudio, quanto maiori animus mortalis expleri non potest: quod altissimo dono sue gratie me visitauerit, ut mortuo uno patre alium dominum et patrem nactus fuerim et quidem talem, ut nunc primum maiorem spem in Sanctitatis Vestre exortu, quam in illius vite cursu habuerim. Illius enim gratiam amicorum extemporanea commendacio literarumque mearum assiduitas mihi com-

parauerat; Sanctitatem autem Vestram reverendissimi quondam domini Thome, Cardinalis Strigoniensis, domini auunculi et patroni mei, vetustissime amicicie necessitudo dudum mihi deuinxerat, et ideo, quod longo rerum usu apud predecessorem Sanctitatis V. promerueram, id mihi una hora in promocione eius a Deo optimo maximo donatum esse confiteor.

Quare ad pedum San. V. vestigia supplex prouolutus Sanctitatem Vestram obsecro: ut me creaturam olim amici sui recognoscere ac inter creaturas sibi deuotissimas atque addictissimas inscribere et connumerare dignetur. Intelliget Sanctitas V. me non inutilem Sancte sedis Apostolice creaturam esse et fuisse. Et quantum non mihi tantum, sed et amicis et patrie me natum esse intelligo, constitui in re iustissima et pro homine iusticie partes habente Sanctitati V. supplicare. Est enim quidam nobilis Joannes Egerwary cognomine, rerum licet inopia pauper, ex antiqua tamen familia Baronum domus Egerwarine, que cum hostibus fidei pluries cum multa laude et gloria nominis sui strenue dimicauit, ducemque exercitibus Vngaricis prebuit. Is habet lites cum quibusdam Baronibus domus Ernusthyne in causa plus odiosa, quam fructuosa vel necessaria, de iure patronatus videlicet Ecclesie exiguorum prouentuum et nihil aliud agere, quam, ut is nobilis litium anfractibus et expensarum onere victus succumbat. Hec enim causa in sede legacionis domini quondam Strigoniensis per sententiam diffinitiuam decissa fuerat, prout in his partibus plene probari potest, sed per potentes resuscitata, summario tantum iure ob defectum iusticie secularis determinari debet. Nam, si hec regna pace fruerentur, non liceret causam huiusmodi iurispatronatus eciam per apellacionem ad Sedem Apostolicam prouocare. Id enim priuilegiis regni Ungarie per summos Pontifices confirmatis apertissime cauetur. Proinde dignetur Sanctitas Vestra et pro Deo et pro iusticia ipsius nobilis causam hanc summario tantum iure committere reuideri, ne miser inopia expensarum fractus in iusticia sua succumbat, factura in hoc Sanctitas Vestra rem se dignam, Deo beneplacitam, hominibus multum laudabilem. Quam Altissimus ad profectum totius reipublice christiane conservet diu felicem aç incolumem ad salutem eternam. Ex castello meo Dombrensi XXII die Januarii M. D. XXXV.

E. Sanctitatis V.

humillimus servitor et capellanus
Simon Eppus Zagrabiensis
Dalmatie, Crovatie et Slavonie Banus ppa.

[A tergo] Sanctiss[mo] Dno nro Paulo Tercio Pontifici Ap[o] Max[o]

Eredetije a pármai levéltárban. Thallóczy Lajos szivességéből közli:
Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

8.

Zólyom, 1535 január 24.

Klein János zólyomi plébános értesíti a selmeczbányaiakat Mátyás káplán ügyéről. Felszólítja a selmeczbányai tanácsot, hogy Tröppen János jägerdorfi papnak rendes meghivót küldjön, ha azt akarja, hogy az a kitüzött időben lejöjjön.

Chrystus unser eyniger Heylandt und mittler, der geb ewerer weysheydt frid und genodt yn ewikeydt Amen. Do schyck ich (e. w.) noch ewerm schreyben und begern an mich den hern Mathiam bey euch tzu seyn als ein Copplan, und pyt ewch, yr wolt euch lossen befolen seyn. Den ich kan ym nicht anders noch sagen, als fer er pey mir gewessen yst, und ich yn erkendt hab, das er mit dem ewangelÿschen leer und leben rechtfertig yst. Er wer wol mir selbest hÿ nott gewessen, auch hat er ym Newen Sol eyn gutz (így) getzewgs und yst gerufft worden von arbern (?) hernn. Sy wolden yn erberlych vorsehen. Aber nochdem er mir vor tzugesagt hat (noch ewer gebet) bey euch eyn capplen tzu seyn, so sol und müss unser wort yo yo (így) erfyllet werdden. Es myget yn ab yss welt auch prawchen tzwm predigen, den als ich selbest gehordt hab, yss habt ÿtzüdt eyn prediger, es wer von nötten, das man ym noch vor Woll dy tzwng uber hwbbiet und das er nich schändet die ewangelische worrt.

Auch lass ich ewer weysheyt wyssen, das man myr ytzünd di woch von yegerdorff, wo ytzund M. Johannes yst, geschriben hat, und es nÿpt M. Johannem seer widder, das ys ym wydderum keyn antwort gebt;* den sollt er auff Georgii hy seyn, so wer dÿ tzeyt

* Tröppen Jánost még 1534 november elején fölszólították a selmeczbányaiak a selmeczbányai plébánosság elfogadására. Kitűnik ez Tröppen Jánosnak 1534 november 11-iki s az összefüggés miatt utólag itt közölt leveléből:

Rogate dominum messis, ut extrudat operarios in messem suam. *Math. 9.*

Gratia et pax a Deo Patre et domino nostro Jesu Christo in vobis multiplicetur. Nuntius vester circumspecte domine Judex ac consules ornatissimi binis litteris in edibus meis insperate cum apparuisset salutationemque vestram mihi obtulisset, territus certe primum fueram, at lectis perinde litteris vestris voluntate

schon do gewessen, das er syllichs vor eyn vyrtel yor heet vor seynen volg angesagt. Darum acht ich von nötten, das (E. w.) eyllendig eyn potten widder hyn schyckett. Den er begert eyn entlyche antwordt auf seyn schreyben, wes er sich halden sol. Darum sol ewer herschoff hynawss schycken wyrt, so pyt ich, yr wollt meyn pryff auch tzw eweren lossen nemen. Ob aber ewer W. nicht hynawss schycken wolt, so pyt ich ewch, yr wolt mir geben tzw erkenne. So müss ich mir eyn agen potten verschoffen an meyn prediger, der mir kummen sol. Geben am Sonnabent von Pauli 1535.

Johannes Cleyn,
Pfarer ym Alten Sool.

Kívül: Dem Ersamen und weyssen Hernn Rychter und radt der Stat Schemnitz.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. XVI. század. Vallási tárgyú levelezések.
Közli: Dr. Karácsonyi János.

divina ac providentia eterna agnorum, vult enim Deus misericors omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire, ut apostolus I. Thim. 2. approbat, in quorum numero salvandorum Schempniciana plebecula nequaquam manebit posterior, beati namque, qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Dominationes vestre certe velut alter Joseph providus, esurientem plebem a letali fame verbi Dei liberare sollicite sunt, imo omnem lapidem movent, ne in sortem illorum, de quibus in quarta threno Hieremie fit mentio, connumeremini; lamentatur enim isthic Hieremias his verbis: parvuli petierunt panem et nemo erat, qui frangeret eis, vestra vero sollicitudine queritur, qui in vestra felici republica panem parvulis habeat et esurientibus frangat et sors cecidit divina super me inferioris sortis hominem, qui in vestram ecclesiasticam pasturam vocatur. At quid faciendum sit, me fugit, cum hic in oris Silesie subditione pii principis Marchieonis* vocationem quoque divinam possideo cum felici incremento. Nihilominus, ne, quod absit, vocatio vestra cassetur, principi pio, prouti par est, hanc vocationem indicare opportebit, quem fortassis hac auctoritate Luce 4. convincam, ubi Lucas: «Igitur turbe querebant eum et venerunt usque ad ipsum et detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait, quod aliis civitatibus me opportebit evangelizare verbum Dei, nam in hoc missus sum, et predicabat in synagogis Galilee» fortassis ego in futurum Schempnicie; si Deo placitum fuerit, impediet nemo. Quondam sub papatu annis 4 Schempnicie in concione apparui, annis 4 pariter in civitate Brega sub principe Friderico Ligniciensi, iam et in Jagerdorff quartus volvitur annus. Wult, spero, Dominus, ut eosdem annos a concionibus Schempnicie compleam et tandem mundo valedicam, si domino placuerit. At ante instans festum Georgii temonem ad vos convertere nequaquam admittet princeps. Si id tempus nimis longum vobis apparuerit, magister Achatius olim Tremnizciensis (így) antistes, nunc hospes meus, hoc ipso die itineri accinctus esset. Eligite eum cum Maria partem meliorem. Achatius est natione Ungarus, a cunis sub *Bacho* nutritus; mihi Bachus quotidianus nocentissimus,

* Georgii Brandenburgensis.

9.

Selmeczbánya, 1535 február 1. táján.

A selmeczbányai tanács Tröppen Jánost plébánosának meghívja.

Senatus oppidi Schemniciensis «dominum Joannem Oppaviensem (prius erat Nigrinus scriptum, at postea notarius obduxit et Oppaviensem superscripsit) theologię sacrę ac septem liberalium artium magistrum necnon aulę illustrissimi principis Georgii marchionis Brandenburgensis in Jaegersdorf verbi divini ministrum» pro pastore animarum evocat. Asserit enim: «Cum tamen fides ipsa nostra catholica minime feriatur, verum victa vel superata una aut altera periclitatione, alia non solet non esse pre foribus, sic et nobis propter defectum et penuriam verbi divini contingere timendum est». Simul rogat, ut concionatorem Sclavonicum quoque ducat secum.

Fogalmazvány Selmeczbánya levéltárában. Fasc. XXV.
Közli: Dr. Karácsonyi János.

...

ubi non Ceres super infunditur, actum est de me. Boni itaque consulite ac dominum orate, ut operarium in messem suam extrudat, messis quidem multa, at operarii pauci. Multi sacerdotes, pauci sacerdotes, multi bibones, pauci precones. Et si Deus voluerit, ut vobiscum immorari deberem in officina ecclesiastica, ne me cum libris meis onustarem supervacaneis, fortassis iidem codices aput vos inveniuntur. Optarem ergo, ut omnium librorum tituli mihi indicarentur ac darentur in manus Hieronimi in Teschenn, qui sub sua potestate cuprum possidet. Idem facile longius curaret, ut in edes meas pervenirent. De concionatore Sclavorum fiam sollicitus. Valete in Domino Jesu, qui facta vestra cuncta secundet ac yn syncero suo verbo perpetuo conservet. Datum Jagerdorff ipso die divi Martini anno partus Virginis 1534. *Joannes Troeppen,*
d. v. quantulus est quamdiu potest.

Item certior fieri cupio, si dominicum verbum iuxta Dei commissum apt (így) vos predicare ac contra verbi hostes vestra ope protegi possem.

Item fama, quendam hominem vagum et binominem ex oris nostris ad vos, nescio quo turbine, volasse. Aput nostrates Georgius nominabatur, iam Bartholomeum se baptisare audet. Cavete hominem, qui nil scit, nisi episcopos, monachos et id genus farine in concione confundere, alteratio nisi in eo facta esset ac resipuisset. Aput nos semper mansit, ut vulgo dicitur Joannes, in eodem similis wlpi, que et si quandoque pilos deponit, nihilominus eosdem mores semper retinet et pullos vorat.

Kívül: Circumspectis ac optime moratis dominis: domino Judici, iuratis quoque consulibus totique senatui civitatis Schempniciensis.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. XVI. század. Vallási vonatkozású levelezések.
Közli: Dr. Karácsonyi János.

10.

Keszihócz, 1535 február ius 1.

Palásthy András végrendeletéből.

In nomine Domini, anno eiusdem 1535. in vigilia festi purificationis sacratissimae Virginis Mariae in possessione Keszihócz. Ego Andreas de Palást, licet corpore aeger, mente tamen et animo per omnia sanus, coram honorabili dno. Valentino plebano de Chaab, confessore meo, ac nobili dna. Barbara, relicta nobilis quondam Pauli de Syrak, sorore mea carnali, et provido Nicolao Clement jobagyone meo, hic in praedicta Keszihócz commorante, de rebus et bonis meis a Deo mihi collatis facio atque condo testamentum, modo et ordine infradeclarato.

Animam meam commendo Deo altissimo, item Christo Salvatori meo, corpus vero meum in capella sanctae et individuae Trinitatis hic in praefata Keszihócz per nos noviter fundata committo sepeliri, ita et tali conditione, quod Benedictus filius meus capellam praedictam benedicere et consecrare facere, quamprimum fieri potest, procuret atque debeat. Item plebano nostro prefato pro trigesima et recommendatione committo atque lego flnos 11; item ecclesiae parochiae b. Mariae Virginis in possessione Chaab fundatae lego flnos duos; item ecclesiae S. Georgii martiris in possessione Palást fundatae lego atque committo flnos 3; item capellae praedictae S. Trinitatis in dicta Keszihócz habitae lego flnos 20; item fratribus ordinis minorum b. Francisci confessoris in oppido Zechen degentibus lego flnos 2; — — — — In quorum praemissorum fidem registrum hoc praesens sigillo meo, quo usus sum, consignari feci. Amen. Die et anno suprascripto.

A Palásthyak. Kiadja *Palásthy Pál* sareptai fölszentelt püspök, esztergomi kanonok. II. kötet. Budapest, 1891. 19. l.

11.

Pécs, 1535 február ius 3.

Brodarics Mátyás érlesíti bátyját, a szerémi püspököt, hogy Kápolnay a pécsi káptalan javait pusztítja.

Reverendissime Domine, et frater etc. Circumvallant nos inimici nostri. Franciscus Kapolnay nunc in vicinia Quinqueecclesiarum in bonis capituli aliquot centum equites ducit et alit, et bona vexat,

excruciat et desolat, quae sola non fuerant occupata. Ad eum miseram stb. Quinqueecclesiis feria quarta post Purificationem 1535. Servitor

Mathias Brodaryth.

Koller, Hist. Eppatus Quinqueeccles. V. 230. — *Pray* Hier. I. 350.

12.

Végles vára, 1535 február 8.

A Josephit Ferencz zengi püspök és Thurn Kristóf között a garamszentbenedeki apátság átadására vonatkozólag létrejött alku okiratának bevezető sorai:

Articuli aliquot condicionum, quibus Revdo. Dno. Francisco Josephit Episcopo Zegniensi Magn. D. Christofferus de Turri etc. Monasterium S. Benedicti de iuxta Gron per amicabilem et mutuam concordiam resignare velit, vt eo modo certarum pecuniarum summam, quam R. Maiestas dicto Domino Christ. de Turri super iam fato monasterio litteris suis mediantibus inscripsit (az apátság, kétségkívül zsoldhátrálék fejében, 2000 frtba volt neki lekötve), partim rehabere possit.

Országos levéltár. Acta Eccl. Fasc. 68. 147. — *Knauz Nándor:* A Garam-melletti Szent-Benedeki apátság. Budapest, 1891. 101—103. ll.

13.

Jägerndorf, 1535 február 9.

Tröppen János tudatja a selmeczbányai tanácscsal, hogy meghivásukat elfogadja s elmegy hozzájuk plébánosnak.

«M. Joannes Tropperus electus antistes vester» scribit senatui Schemniciensi, se stare promissioni suae et officium pastoris animarum suscepturum: «Quod ubi sollicitudinem vestram in evangelii negotio commendaram, ne miremini. Imitatus sum apostolum ad Philippenses et Teszalonicenses, quod sue assentationi eos commendabat, ut eis occasionem orandi preberet, ut in evangelio revelato perseverarent maxime tempore tentationis. Quod autem audio, vobis hucusque evangelium defuisse nunquam, timeo, syncero verbo Dominico quandoque caruistis. Multi enim sunt predicatores et pauci, multi seipsos predicantes, pauci Christum, salutem vestram. Admitto dominum Sigismundum predicasse syncere, at quid ceteri egerunt, non est meum iudicare. Tuitionem regis non

opto, nec, spero, opus erit, sed hostes domesticos *maxime monachos* habebo in dorso; scio, quid hoc satanicum genus attentare audet, non enim audet stygius plura tentare, quod audet effrenus monachus plenaque fraudis anus. Bude cum predicassem, quo Elizabet dixit ad Mariam Deiparam: beata, que credidisti; non, quod peperisti, non, quod virgo permansisti, sed fides te dicit beatam, ilico cuculla verba mihi in hanc blasphemiam invertebat accusando, me dixisse, Mariam non permansisse virginem. At vicit veritas et suum prebebat fulgorem, mendacio monachi ab omnibus erant adamati (így). Hec eadem veritatis spes consolabitur me in medio hostium, utcunque mihi nocere machinabuntur. Augustini opera scribitis esse in loco. Placent mihi, non enim sunt libri otiosi. Ex stercore colliguntur margarite. Binominis homo gloriosus ac alter ferme Naso cum non sit sub ditione vestra, mea nil refert aliena eius possessio».

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. F. XXV.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

14.

Gyulafehérvár, 1535 február 15.

Statileo erdélyi püspök hajlandó helytartóját Beszterczére küldeni, hogy az a város elöljáróságával egyetértve a plébánosok adózását rendezze.

Prudentes et circumspecti amici honorandi salutem. Intelleximus ea, quae scribitis de plebano Jad et sciatis, nobis quoque prius etiam visum fuisse et nunc videri, quod nec annata nec census plebanorum recte solvatur, sed pauperiores gravantur. Quare videretur nobis, ut aliquem diem assignaretis, ad quem nos istuc ad vos vicarium nostrum mitteremus, qui una vobiscum et censum et alia limitaret, ne deinceps vel nos vel vos propter hoc plebani molestarent. Et bene valete. Datum Albae Juliae, feria secunda proxima post dominicam Invocavit, anno domini 1535.

Joannes Statilius,
episcopus Transsilvanus consiliarius
regiae maiestatis etc.

Verso: Prudentibus et circumspectis iudici et iuratis civibus civitatis Bystriciensis amicis nostris honorandis.

Eredeti, papirra írt levél. Vörösviasz pecsét. Beszterczе város levéltárában.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

15.

Bécs, 1535 február 15.

Majtényi Uriel turóczi prépost az 1529 óta idegen kezeken forgó turóczi monostort és birtokait Révay Ferencz és István testvéreknek engedi át évi 300 frt fizetés kikötésével.

Nos Comes Alexius Thurzó de Bethlenfalva, Judex Curiae et Locumtenens Serenissimi Principis et Domini Domini Ferdinandi, divina favente clementia Romanorum, Hungariae, Bohemiae etc. Regis etc. Memoriae commendamus per praesentes, quod venerabilis et religiosus dominus Uriel de Maythen, praepositus ecclesiae Thurocziensis ab una, ac egregius dominus Franciscus de Rewa personalis praesentiae Regiae Maiestatis in iudiciis locumtenens et comes comitatus de Thurocz, pro se personaliter, et pro egregio domino Stephano de eadem Rewa, similiter comite de Thurocz, cum procuratoriis litteris nostris, partibus ab alia, coram nobis personaliter constituti, sponte et libere sunt confessi et retulerunt eo modo, qualiter superioribus annis, dum haereditarius christianae religionis hostis Thurcarum imperator Viennam obsederat, Nobilis Georgius Mythyinsky de Mykefalva agens praefectum claustri dictae Ecclesiae Thurocziensis et arcis Znyo, ad ipsum claustrum pertinentis, postposita fide et fidelitate, quam Maiestati Regiae debebat, iurisiurandi etiam sui, alias praefato Dno Praeposito Thurocziensi, domino suo, super fideli conservatione praedicti claustri et arcis Znyo praestiti, nulla habita ratione, cum Magnifico Dno Nicolao Koszka de Zedlecz et eiusdem fratre, quondam Petro Koszka, tunc aemulis Regiae Maiestatis, familiaritate contracta, in exercitu eorum adversus fideles regios aperte grassatus extitisset, specialiter vero ad obsidendum castrum dicti Dni Francisci de Rewa, Sclabynya vocatum, eisdem Petro et Nicolao Koszka in propria persona sua suppetias ferens, in obsidione eiusdem castri cum ferme bimestri sese continuum exhibuisset, tandem vero in festo B. *Matthaei* Apostoli, post Turcae ab obsidione Viennensi discessum immediate sequenti,* claustrum ipsum et arcem Znyo praefatis Petro et Nicolao Koszka tradidisset, ex quibus dein plurima patrata sacrilegia, et praesertim claustri ipsius Thurocziensis domorumque certorum fidelium Regiae Maiestatis exustiones, rapinae item et continua spolia tribus ferme annis inopine acta, per hocque Comitatus prae-

* 1529 szeptember 21.

dictus Thurocziensis a fidelitate Maiestati Regiae debita desciscens, tyrannidem et servitutem gravissimam diu perpessus extitisset, donec circa festum Natalis Domini anni Dni millesimi quingentesimi tricesimi secundi claustrum ipsum per exercitum regium, ac deinde castrum praescriptum Znyo in festo B. Lucae Evangelistae tunc proxime sequenti per praefatum Franciscum de Rewa in eius propriis impensis, non sine sanguine suorum, fuissent recuperata. Quoniam autem Magnificus Dnus Joannes Kazianer in regno Hungariae Capitaneus Generalis Regiae Maiestatis, authoritate regia, qua fungitur, claustrum ipsum, simul atque fuerat reobtentum, pariter cum universis oppidis, villis, et aliis quibusvis iuribus possessionariis et Praepositurae dictae Ecclesiae Thurocziensis proventibus Egregio Dno Francisco Nyáry inscripsisset; cum igitur ex eo, tum etiam aliis bonis respectibus, praefatus Dnus Franciscus de Rewa arcem praescriptam Znyo manibus memorati Francisci Nyáry, utpote ad claustrum ipsum pertinentem, assignasset; postea vero idem Franciscus de Rewa videns officiales et alios servitores ipsius Francisci Nyáry haud absimilem, quam hostes ipsi, fidelibus Regiae Maiestatis inferre vim ac tyrannidem exercere, rogatus imprimis pieque admonitus per praefatum Dnum Praepositum Thurocziensem, quo mature consuluisset rebus Ecclesiae praedictae Thurocziensis, ut saltem ex manibus dicti Francisci Nyáry eriperentur, per hocque miseri eiusdem Ecclesiae subditi ex huiusmodi servitute pristinae eorum libertati restituerentur, orta etiam inter ipsum utrumque Franciscum desuper iniustitia et simultate non mediocri, ad multiplices denique preces et intercessiones nobilium et ignobilium dicti Comitatus Thurocziensis, qui praesertim inter caeteros fideles Regiae Maiestatis ex eisdem claustro et arce afflictionem non parvam in dies passi fuissent: nostro, caeterorumque Consiliarionum Regiae Maiestatis ad id accedente consensu, medio Magnificorum Dnorum Joannis Szalay de Kerechen Comitis Posoniensis, Pauli Bakyth de Lak, ac Egregii Michaëlis de Mere secretarii nostri, per Nos et caeteros Consiliarios Regiae Maiestatis ad id electorum, ita cum praefato Francisco Nyáry transigere coactus fuisset, ut pro redemptione castri praescripti et arcis Znyo, omniumque bonorum dictae Ecclesiae Thurocziensis, signanter vero, ne oppidum quoque Sellye et portio in possessione Nagybaráthi habita per praefatum Franciscum Nyáry amplius molestarentur, ipse idem Dnus Franciscus de Rewa tria millia et quingentos florenos hungaricales eidem Francisco Nyáry, mediantibus aliis litteris nostris inscriptionalibus, deponere promisisset, quemadmodum maiori in

parte iam de facto deposuisset, reliquum autem in festo B. Matthiae Apostoli nunc affuturo deponere deberet. Habita igitur praemissorum iusta ratione, dictus Dnus Uriel Praepositus, perpendens etiam sibi homini senio gravato et per hos annos extra suam praepositu-ram, interdum etiam extra patriam exilium agenti, et per hoc omnibus, et Ecclesiae praedictae et suis propriis rebus penitus spoliato et exhausto, atque etiam alioquin pro temporis conditione ad defensionem claustri et arcis praescriptae eiusdemque reformationem, propter publicam defensionem valde necessariam, denique ad bonorum Ecclesiae tutelam et recuperationem ab ea alienatorum, praesertim vero in Liptoviensi et Zoliensi Comitatibus in manibus alienis habitorum minus idoneo, habita praeterea ratione, ne Maiestati quidem Regiae integrum esse, arcium praescriptarum curam in se assumere, cum superinde per praefatum Franciscum de Rewa semel atque iterum, litteris etiam specialis mandati regii ad ipsum desuper dati, iuste et honeste fuisset admonitus, consultius salutariusque sibi fore persuadens, ut ipse praeviis ex causis, praesertim vero temporis habita ratione, omnibus hisce curis liber, totus divinis duntaxat vacans, arcis et claustri bonorumque Ecclesiae praedictae conservationem, defensionem et omnem curam temporalem memoratis Francisco et Stephano de Rewa committeret atque relinqueret, oppidum Sellye ac portionem in possessione Nagybaráthi habitam et reliquas omnes dictae Ecclesiae possessiones, quae ipse teneret, eidem Ecclesiae Thurocziensi integre restituens, manibus eorundem Francisci et Stephani de Rewa assignaret, prout commisit, reliquit, restituitque et assignavit coram Nobis, simul cum claustro et arce praedictis, sed et aliis omnibus villis et quibusvis iuribus possessionariis ipsius Ecclesiae Thurocziensis, donec redimantur, iure praemissae inscriptionis tenenda, possidenda pariter et habenda, hac adiecta conditione, quod donec ipse Dnus Praepositus vixerit, praefati Franciscus et Stephanus de Rewa ipsorumque [haeredes] quotannis semper in festo B. Gregorii Papae in oppido Privigye vocato, ad arcem Baymocz pertinente, coram iudice et plebano loci eiusdem ipsi Dno Urieli Praeposito in bonis monetis, quae Cremniczii pro tempore cuduntur, absque omni tergiversatione trecentos florenos hungaricales deponere et persolvere teneantur, tali obligaminis vinculo interposito, quod si iidem Franciscus et Stephanus de Rewa, haeredesque ipsorum huiusmodi summam trecentorum florenorum eidem Dno Praeposito qualitercunpue deponere omitterent, mox elapso huiusmodi solutionis termino, idem Dnus Praepositus oppidum Sellye, portionem item in

possessione Nagybaráthi habitam, et reliqua praescripta iura possessionaria ad idem oppidum Sellye et possessionem in Nagybaráthi habitam pertinentia, solum vigore praesentium pro se reoccupare et tamdiu tenere, fructusque et utilitates eorum percipere valeat atque possit, donec de huiusmodi summa, quae omitteretur, per praefatos Franciscum et Stephanum de Rewa, eorundemque haeredes, eidem Dno Praeposito satisfactum fuerit quoad plenum; ubi vero iidem Franciscus et Stephanus de Rewa, vel ipsorum haeredes huiusmodi bonorum praescriptorum occupationi quocunque modo se opponerent, vel autem ipsum Dnum Praepositum in possessione eorundem bonorum turbarent et molestarent, habita prius superinde legitima et sufficienti probatione, in facto maioris potentiae convincantur et convicti habeantur ipso facto. Ad hanc autem obligationem inviolabiliter observandam dictus Franciscus de Rewa se et fratrem suum praefatum Stephanum de Rewa, haeredesque ipsorum boni iudicis bona fide, sua personali astantia sponte obligavit et de facto obligatos esse voluit coram Nobis, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Viennae, feria secunda proxima post festum B. Valentini Martyris. Anno Domini 1535.

Hevenesi-kézirat, XXXV. köt. 132—134. ll.

16.

Sárvár, 1535 február 25.

Nádasdi Tamás kéri Zalaházi Tamás egri püspököt s királyi főkorlátnokot: eszközölné ki, hogy ő felsége védelmezné meg Pacha Tamás volt soproni plébánost a szintén soproni oltárosságban, melyet Sopron városa semmiképen sem akar neki átengedni.

Reverendissime Domine mihi observandissime post servitiorum commendacionem. Quoniam is Magister Johannes Pacha, alias plebanus Soproniensis, exordium universe sue promotionis ex hac domo Kanysea sumpserit, ideo in nobis nonnichil confidit et supplicat, ut partes nostras pro eo apud V. Reverendissimam D. interponeremus, ex quo V. Reverendissima D. quoddam beneficium rectoratus altaris ibidem in Soproniensi civitate existens a suo Principe ipsi ordinaverat et obtinuerat, sed civitas ipsa possessionem dicti beneficii aliqualiter sibi minime habere permisisset: quare rogo V. Reverendissimam D. ut, si iam obtinuit, vel apud Principem aut per se, quod facile fieri poterit, efficeret, ut posses-

sionem quoque et fructus eiusdem beneficii percipiendi facultatem medio eiusdem V. Reverendissime D. consequi possit; nam civitas ipsa V. Reverendissime D. obsistere non audebit, quod V. Reverendissime D. ipse et ego inservire studebimus, et ut sua in nos fiducia ipsum ne frustretur expecto. In reliquo V. Reverendissimam D. feliciter valere cupio. Ex castro nostro Sarwar feria quinta proxima post festum Mathie Apostoli anno 1535.

Ez alatt az aláíró kezétől:

Supplico V. Reverendissime D. conficiat hoc negocium ex animi sententia nostri Pacha, ut intelligat meam supplicationem pro eo apud V. Reverendissimam Dominationem illi profuisse.

Servitor
Nadasdy Thomas,
manu propria.

Kívül: Reverendissimo Domino Thome Zalay *(így)* de Zalahaza Episcopo ecclesie Agriensis ac summo et secretario Cancellario Serenissimi Regis Romanorum etc. Domino mihi observandissimo.

Egy negyedív papir egyik oldalán, pirosviasz záró gyűrűpecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1535. Febr. 31.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

17.

Esztergom, 1535 márczius 1.

Szödényi Damján esztergomi helytartó értesíti a selmeczbányai plébánost az 1535 ápril 23-ra hirdetett zsinatról és megküldi az érsek meghivóját.

Damianus de Zewden decretorum doctor, Episcopus Calcedonensis, Reverendissimi... Pauli de Warda... Archiepiscopi Strigoniensis... in pontificalibus et spiritualibus vicarius et causarum auditor generalis, nobis in Christo syncere dilecto venerabili domino plebano de Semnicia, capellarum altariumque rectoribus... salutem... Ne quempiam latere possit neve etiam causam seu occasionem ignorantie aliquis pretendat, veluti superiori anno nonnulli id facere veriti non sunt, Reverendissimum dominum et prelatum nostrum gratiosissimum pro vetere et laudabili consuetudine huius alme ecclesie hoc anno presenti ad proximum festum beati Adalberti episcopi et martiris universo clero iurisdictioni sue subiecto sacram synodum indixisse velleque celebrare, eiuscemodi sanctam synodum vobis presentibus notificamus paria litterarum synodalium

eisdem includens... Datum Strigonij prima die mensis Martij anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo quinto.

(L. S.)

Idem Calcedonensis, manu propria.

Raphael de Zalonkemen de mandato pp.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

18.

Pannonhalma, 1535 márczius 3.

Máté pannonhalmi apát nyugtatja Zalay János pozsonyi főispánt azon 50 frtról, melyet tőle segösdi és zalai tizedkerületei haszonbérének egy része fejében fölvett. Az apát követei voltak ez ügybcn «mg. Jacobus canonicus Jauriensis et rector altaris omnium Sanctorum in parochiali ecclesia oppidi nostri Alsok et egregius Andreas Zewkewl castellanus noster arcis sancti Martini»,

Mattheus abbas Sacrimontis Pannoniae Joannem Zalay, comitem Posoniensem, de soluto pretio conductitio decimarum districtus de Segösd et Zala expeditum reddit.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági lt. c. 21. O. B.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

19.

Szent-Jobb, 1535 márczius 3.

Bálint pálosrendi főnök levele N. kápolnai vicariushoz. Köszönetet mond a hivatalos látogatás egész ideje alatt tanusított vendégszeretetéért; azután inti, hogy valamint eddig, úgy ezután is mind ő, mind a kormányzatára bizottak példás életet éljenek. A mellékelt lajstromból megtudhatja: hogyan és kikkel kellend a közelgő rendkáptalanra megjelennie.

Optate charitatis exuberantem profectum loco salutis. Venerabilis Pater, gratias vobis immensas dicimus pro vestra obsequiosa hospitalitate et charitativis tractatibus, quibus nos et nostros commilitones non tam vero, quam sincerissimo et cordiali affectu toto tempore nostro (így) visitationis recreastis. In qua quidem visitatione quamquam nihil turpe et devium, quod oculos astripotentis offenderet ac statum regularem denigraret comperimus: nihilominus tamen iniuncti nobis officii sollicitudine persvadente ac debito sincere charitatis instigante, vos ad cure pastoralis officium ex intimo cordis affectu exhortamur, deposcendo, quatinus in vinea Domini Sabaoth circa gregem vobis commissum talem spiritalem

exercete culturam, ut dignum pastoris nomen nancisci valeatis: scitis enim eum, qui typum gerit summi pastoris, qua modestia et animi magnitudine, quaque sanctitate inter pusillum gregem pollere debeat; pariformiter non ignoratis, quam perniciosum, quamque detestabile sit, dum exemplati cuiuscunque vitio, presertim eius, qui preest, multa vita (így) scandalizati in voraginem precipicii corruunt. Ad vos itaque pertinebit, ut quemadmodum hucusque, ita et deinceps vos et directioni vestre subiectos exemplo sanctitatis eo dirigatis modo, quo tam vos, quam vestri subditi pro solerti labore multiformem operis fructum ab altissimo in futura Beatorum patria consequi valeatis. Sint ergo sobrii, simplices et quieti, humiles et devoti, corpore casti et anima, pacientes et plene obedientes, se invicem diligentes, in timore Deo servientes, silentia sancta traditionis nostre secundum scripta continue observantes. Nemo disceptet, nemo vaniloquiis studeat; potissimum vero divina non negligant, chorum frequentent, professionis sue meminerint, ut sanctum in omnes Christi redoleant odorem. Quomodo autem ad instans capitulum generale et cum quibus meare debeatis: registum hiis inclusum liquido demonstrabit. Ex Zentiogh feria quarta post Dominicam Oculi, anno salutis 1535. Frater Valentinus, Pater Prior Generalis.

Venerabili et Religioso Patri Fratri N. Ordinis Fratrum Heremitarum etc. Vicario de Capolna (Nagyvárad mellett) in Christo sincere dilecto.

A pálosrend levelezőkönyvének töredékéből. — *Ipolyi-gyűjtemény.*

Közli: Bunyitay Vincze.

20.

Brüsszel, 1535 márczius 10.

Oláh Miklós Szalaházy Tamás egri püspöknek.

— — — — — — — — — — — — — — —

Serenissima mea regina non quod immemor tui fuerit non scripsit a multis temporibus ad te, sed quod male valuit et multis Caesaris occupata negotiis; nunc tamen scripsit, quatenus ocium habere potuit. Nec ego commisi, ut memoria tui e mente ipsius excideret, sed dum tempus fuit et occasio, feci et facio semper, quod facere debeo. Lutherani, anabaptistae et hic et in Gallia celtica passim sine misericordia puniuntur; sed Hydrae sunt, uno capite abscisso, renascuntur plures. Doctrina magis exstingui pos-

sent. De rebus Hungariae et Joannis tractatibus nihil huc certi scribitur. Regina cupida esset ea intelligere, quae certa istic aguntur; verum pendere omnia arbitror ex rebus Caesaris. In meis rebus et promotione omnis mea spes est in te, et semper fuit posita. Ubi sim et in quo nunc statu Hungarico, nec solus scio, et tamen spem in te habeo constantem, ut aliquando mei sis memor; memor autem fieri potes, si tua authoritate mea indigne et preter promissionem regis occupata bona aliquando remitti curaveris, atque etiam, si apud maiestatem regiam me meumque statum promoveris, ne tot promissiones, quae factae mihi fuerunt, semper negligantur. Vale. Bruxellae 10-a Martii 1535.

Oláh Miklós levelezése 548.

21.

Várad, 1535 márczius 15.

János király kéri III. Pál pápát, hogy Frangepán Ferenczet, általa kinevezett egri püspököt kardinálissá tegye.

Sanctissimo Domino Nostro Pape.

Beatissime Pater! Post oscula pedum beatorum et filialem commendationem. Supplico Vestre Sanctitati, velit unum ex meis consiliariis, Rmum in Christo patrem Franciscum de Frangepanibus, vestre Sanctitati, ut credo, notum, cui ego contuli hic Episcopatum Agriensem, creare Cardinalem et in hac prima petitione mihi gratificari. Offero Vestre Sanctitati virum utilem Sedi Apostolice, et qui poterit usui esse Vestre Sanctitati, et ego vicissim pro Vestra Sanctitate maiora faciam. Hec res, licet sit magna in se, tamen Vestre Sanctitati est factu facilis et facillima: quam si Vestra Sanctitas, ut spero, faciet, profecto faciet mihi rem longe gratissimam, pro qua semper studebo Vestre Sanctitati obsequi. Que felicissime valeat: cui me et regna mea commendo, rogans, ut curam mei habeat peculiarem. Cetera nomine meo referent magnifici viri de Casaliis Gregorius et frater, orator meus, quibus Vestra Sanctitas fidem adhibeat indubiam. Quam Dominus Deus conservet ad vota. Waradini XV. Martii 1535.

Eiusdem Vestre Sanctitatis

Devotus filius

Joannes Rex Hungarie manupp.

Theiner, Vetera monumenta Slavorum merid. I. 627.

22.

Maros-Szentkirály, 1535 márczius 16.

A marosszentkirályi pálosok perjele Wechey Antal és a Toldalaghy család cserére lépnek. A pálosok odaadják toldalagi halastavukat s helyébe jobbágytelket kapnak. Egyik tanú Benedek, toldalagi plébános.

«Frater Anthonius Wechey prior totusque conventus fratrum Heremitarum ordinis sancti Pauli primi Heremite claustri beate Marie virginis de supra Zenthkyral fundati» concambium ineunt cum Michaele et Sophia Tholdalagi, vi cuius medietatem cuiusdam piscinae desolatae in Tholdalag existentis familiae Tholdalagi tradunt et mediam partem sessionum iobbagionalium accipiunt. Inter testes occurrit Benedictus plebanus de Tholdalag.

Eredetije a kolosmonostori konvent levéltárában. Thorda 24. Másolatból közölte Szabó K. Történelmi Tár 1888. évf. 94. l. és Székely Oklevéltár III. k. 256—57.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

23.

Bécs, 1535 márczius 20.

Ferdinánd király szigorú parancsa a bártfaiakhoz. A katholikus plébánost elűzni és az elbocsátott Ézsaiást vagy más eretnek konczionátort felfogadni ne merészeljék, hanem legyenek rajta, hogy az Ézsaiás által elhintett tévelyek kiirtassanak s mindnyájan kölcsönös szeretetben egyesüljenek.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungariae etc. Prudentes et circumspecti, fideles dilecti. Intelligimus Esaiam istum, quem pro concionatore habuistis, quamvis a vobis discesserit, tamen veneni plurimum ad evertendum religionis et reipublice vestrae statum et quietem apud vos sevisse et reliquisse. Quosdam enim ex vobis, peste eius perniciosae doctrinae infectos ac corruptos, neque divina, neque humana magnopere curare et cum alia maiorum suorum imperia aspernari, tum vero eos, qui ecclesiastica potestate praediti sunt, contemnere ac singulariter et ipsi Plebano vestro vehementer esse infensos, non aliam ob caussam, quam quod eius opera perfectum esse credunt, quod is Esaias istinc abire iussus et coactus sit. Itaque hoc eos agere et conari, ut idem Plebanus de gradu et officio suo deturbetur atque in locum eius vel idem Esaias, vel alius hoc etiam deterior ad confirmandos eorum errores revocetur et constituatur. Etsi vero ex prioribus litteris nostris satis intelligere potuistis, quis nobis adversus hoc agentes animus sit, ne quis tamen se ipsum alia persuasione fallat, sciatis, nos nihil eorum, quae contra receptam et approbatam religionem

et fidem orthodoxam nostram perperam fiunt aut docentur, esse laturos. Ac propterea fidelitati vestrae sub gravissima indignationis nostrae poena et amissione capitum et omnium bonorum vestrorum firmissime committimus atque mandamus, ut nihil eorum, quae antea inter vos et in ecclesia vestra pie et religiose observata sunt, abrogetis, mutetis, aut mutari sinatis, atque eos, qui quomodocunque ad res novandas adspirant, coërceatis, ac Plebanum vestrum, in quem nihil praedictae suspicionis competit, et alios sacerdotes ac ecclesiae ministros, quo aequum est, honore prosequamini. Denique non modo a revocando Esaia aut alio quopiam huius simili abstineatis, sed ad eius errores, qui ex eius perversa doctrina supullularunt, opprimendos et exstirpandos, mature incumbatis et consentiatis, ut animi vestri in mutuo amore et stabili concordia magis ac magis coalescant, quemadmodum et vestra salus, et ea quam nobis debetis, fidelitas requirit. Aliud sub poena praemissa nulla ratione et occasione faciatis. Datum Viennae, Sabbatho proximo ante Dominicam Ramis Palmarum. Anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo quinto. *Ferdinandus* m. propria.

Kívülről: Prudentibus et Circumspectis Judici et Juratis caeterisque civibus universis Civitatis nostrae Bartphensis, fidelibus nostris.

Ribini: Memorabilia august. confess. in Regno Hung. I. 37—39. l. (Közli Székely Sámuelnek az eredetiről vett másolatából.) — *Körmöczy:* Emlékek a magyar kath. egyház multjából. II. 46.

24.

Kassa, 1535 márczius 21.

Kaczianer térítvénye Erdődy Simon zágrábi püspöknek kincseiről, miket Henkel János kassai plébánosra bízott.

Ich Hanns Caczianer Ritter römischer auch zu Hungern und Behem etc. khuniglicher maiestet etc. meines allergnedigisten herrn Rate vnnd öbrister Veldhawbtman in Hungern etc. bekhenn, das mir die ersamen, namhafften vnnd weisen N. Richter vnnd Rate der Stat Khaschaw ein eroffnete lad, welhe, wie mir gedacht Richter vnnd Rat angeczaigt, der Bischof von Agram dem Erwirdigen herrn doctor Johann Henngkl derselben zeit pharrherr alhie zu Khaschaw in behalltnus geben vnnd nach seinem abczug von der pharr Er dieselb im pharrhoff ettwo aus vbersehen gelassen, vnnd der annder pharrer nach gedactem doctor Henngkl die lad gefunnden vnd Inen dem Richter vnnd Rate vberanndtwurt, auf mein begern, das ich noch in negstverschinen vier und dreissigstn Jar

in Namen hochgedacter khuniglicher maiestet an sÿ gechen, aber Sÿ aus vrsachen meines hinaus ziehens desselben mals zu der khuniglichen maiestet vnnd aussein, bissheer solhe lad mit meinem willen bei Iren hennden behallten, nun jetz sambt nachvolgenden Sachen, so darinn gewest, zuegestellt haben, als vierzehen klaine Rinng, dreÿ gross Saffier rinng, ain Rubin rinng, ain haidnischer gulden, ain hungrischer gulden, item Rebarbarum in zwaien scharneczl papier ist verdorben, ain pinntl pücher Register mit Perlein gehefft, ain nater zunng, ain Salczmesslein silbrein, ettlich brief wie herr Marc Pemflinger vbersehen hat, ettwo ain lot zerprochens Silber, ain silbrein gebellein, ain silberne Schreibfeder vbergult, ain holczen Paternoster, vnnd zwo karellen. Des zu vrkhunndt hab ich gedachtem Richter vnd Rate auf ir annlangen dise bekhanndtnus geben, mit meiner aigen hanndschrifft vnnd petschafft verferrtigt. Actum Khaschaw am ain und zwainczigistn tag Marcii anno etc. in funnf vnd dreissigstn.

(P. H.) *Hanns Kaczianer,* m. p.

Eredetije Kassa város levéltárában Nr. 1598. Közölte *ifj. Kemény Lajos,* Történelmi Tár. 1889. évf. 600. l.

25.

Velencze, 1535 márczius 25.

Vrancsics Antal tudtára adván Simon zágrábi püspöknek, hogy Francziaországból Velenczébe érkezett, kéri, hogy a mellékelt levelet mihamarább küldje el felséges uruknak (János királynak).

Revererendissime Domine, mihi observandissime! servitutis mee commendationem. Sciat Vestra Dominatio Reverendissima, me rediise ex Francia Venetias, nescireque quanam via securiore debeam redire in Hungariam, adeo omnes vie sunt mihi intercluse. Sed ego per Bossniam redire cogito. Interim Vestra Dominatio Reverendissima dignabitur quam citissime has inclusas literas ad maiestatem Regiam, Dominum nostrum Clementissimum mittere. De rebus novis Italicis, Imperialibus, Gallicis nihil nunc scribo, scribam ex Brood copiose. Et Vestra Dominatio Reverendissima felicissime valeat, cui meam Servitutem commendo. Venetijs 25 Martij 1535.

Eiusdem Vestre Dominationis Reverendissime

Humillis servitor
An. Wrancius (így)
Prepositus Budensis.

Kívül: Al Reverendissimo Simone vescovo di Zagrabia Padrone e Signore mio in Zagrabia.

Egy félív papir egyik oldalán, piros zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1535. Marc. 23.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

26.

1535 márczius 29.

Pesthyeny Gergely országbiró és Brodarics István szerémi püspök értésére adja Thurzó Eleknek, hogy a római király emberei a kötött szerződések és fegyverszünetek ellenére megtámadták és szétverték a kalocsai érsek embereit a Tisza mellett és más helyeken is garázdálkodtak; kéri, hogy közbenjárásával e bajok megszüntetését eszközölje ki királyánál. Egyszersmind tudatja, hogy Fráter György egy agarat küld neki s a királyné számára egy jó paripát is szerez.

Spectabilis ac Magnifice Domine et amice nobis honorandissime... Post reditum meum (et), Episcopi Sirmiensis ex Vienna et a V. Dominatione, audivimus non pauca per homines ad Dominationes et ad Serenissimum Regem Romanorum pertinentes contra federa et inducias attentata, et inter alia de gentibus Reverendissimi D. Colocensis prope Thysciam invasis et oppressis, de qua re ego Sirmiensis iam scripsi ad V. Dominationem. Sunt et alia nonnulla, que intelligimus per homines et gentes V. Dominationum diversis in locis attentari, que quomodo conveniant paci, de qua nunc inter Principes tractatur, idque potissimum medio V. Dominationis, relinquimus V. Dominationi cogitandum. Rogamus illam: velit amore patrie efficere apud Serenissimum Regem suum, ut a talibus desistatur, ut liberioribus et quietioribus animis possimus invigilare his rebus, que ad quietem et pacem publicam pertinent, de quibus nos sciat V. Dominatio non parvam curam habere et tam apud Serenissimum Regem Dominum nostrum elementissimum, quam apud Dominos Consiliarios Sue Maiestatis omnem diligentiam facturos; et nunc etiam cum uno ex Dominis Consiliariis Sue Maiestatis, Reverendo videlicet Domino Fratre Georgio Thesaurario sue Maiestatis diligentissime egimus in huiusmodi negotio, et eum induximus, quod et ipse in hoc negotio apud Suam Maiestatem nihil pretermittat, quod per eum prestari poterit, dummodo Vestra Dominatio pro suo in hanc patriam nostram communem amore velit apud Serenissimum Principem suum cum amicis suis elaborare, ut iamtandem hec sanctissima res pacis conficiende optatum sortiatur finem cum conditionibus et Regno et toti Reipublice Christiane

salutaribus et Serenissimo etiam Regi nostro honestis convenientibus. Nos Vestre Dominationi plurimum commendamus, que et felicissime valeat. Bude secundo die Dominice Resurrectionis 1535.

Dominus Frater Georgius est factus totus Vestre Dominationis, qui mittit Vestre Dominationi unum bonum leporarium sive agaar. Dabit etiam operam, ut possimus habere gradarium pro Maiestate Reginali, idque suis propriis expensis. Amplectatur Vestra Dominatio amicitiam hominis. Nulla re, mea quidem sententia, facilius pervenietur ad illud ad quod omnes tendimus, quam animorum invicem coniunctione et mutuo amore. Contraria contrarijs curantur iuxta vulgare dictum. Res nata est ex odio ac malevolentia, debebit emendari et reduci ad bonum amore ac benevolentia nostra mutua, ut illud de nobis omnibus in communi dici possit: Unus spiritus et una fides erat in eis.

Servitores
Comes Gregorius Pesthyeny,
Judex Curiae ac Locumtenens
et *Sirmiensis* m. p.

Kívül: Spectabili et Magnifico Domino Comiti Alexio Thurzoni, Judici Curie et Locumtenenti Serenissimi Regis Ro. etc. Domino et amico nobis observandissimo.

Egy ív papir két oldalán, piros zárópecséttel, mely úgy látszik Brodaricsé, az utóirat is egészen az övé. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1535. Marcz. 31.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

27.

Zágráb, 1535 márczius 29.

Péter olvasókanonok kéri egyebek között Grangya György Páduában tanuló zágrábi kanonokot: menne át Velenczébe és ott tudakozná meg, hogy mennyiért nyomtatnák ki a Breviárium egy nagyobb és egy kisebb alakú példányát?

Salutem, Venerande Frater. Ne Reverendo Domino Preposito sis oneri et gravamini quoquomodo, ut ex verbis Domini Joannis Secretarij Magnifici Domini Wolffgangij Gywlay accepi, in aliam habitationem, quam hactenus pariter tenuistis, te transferas, significesque qualem pecuniam et quantum tibi ipse (két szó olvashatatlan) dedit, ut cum domino Martino Provisore in Jazka verum computum facere valeam. Nam fraus et dolus nemini patrocinari debent, sed, ut iuste vivamus, Dominus innuit dicens: Quod tibi fieri non

vis etc. Deinde consequenter mihi describas, infra quod futurum tempus pecunia hactenus missa sustentari possis, quo per suffragia non procedamus. Item si tempus vacabit, accedas Venetias sine tumultu, et per consequens ad officinam Lucantonium de Giunta, Florentinum librarium, qui olim impensa Johannis Pap, librarij Budensis de anno Domini quingentesimo quinto sub presulatu Luce Episcopi Zagrabiensis Patroni Breviarium stampavit, interrogesque ab eo vel suis heredibus, quantum (így) II[c] imprimere vellet ad omne maius et minus, quod mihi statim describas et significes. Nam ad festum Assumptionis Domine sinodus celebrabitur, ad quam ut portari vel ordinari si possent, bonum est. Clerici nostri nullibi possunt reperire. Bene vale. Ex Zagrabia feria 2ª Paschatis 1535.

Quidam Dominus Blasius de Portugallia mercator continuus est nobiscum; ipse relationem afferre potest.

Petrus Lector.

Kívül: Venerabili Magistro Georgio Grangya, canonico Ecclesie Zagrabiensis fratri honorando.

padwe vel Pathavij. cito.

Egy negyedív papir egyik oldalán, barnaviasz zárópecsét maradványaival; felette nehéz olvasású irás. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1535. Marcz. 32.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

28.

1535 április 5.

A kiküldött bizottság jelenti, hogy Laky Balázs deák a számadás alkalmával a pannonhalmi apátságnak 1458 frt 88 dénárról nem tudott számolni. A végleges leszámolást azonban Nádasdy Albert országbirói itélőmester, Laky Balázs bizalmi férfia, kifogásaival megakadályozta.

Delegati in lite inter monasterium Sacrimontis Pannoniae et Blasium Litteratum de Lak pronuntiant, Blasium florenis 1458 den. 88 monasterio debitorem remansisse. Completum ratiocinium Albertus de Nádasd, protonotarius iudicis curiae impedivit.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági levéltárban c. 59. l. Pp.

Közli: DR. KARÁCSONYI JÁNOS.

29.

Zágráb, 1535 április 17.

Péter zágrábi olvasókanonok a páduai egyetemen tanuló Bakócz Tamás préposlnak és Grangya György kanonoknak megirja, hogy püspökük nagyon haragszik rájok rosz magukviselete miatt, inti őket, hogy becsületes magukviseletével és szorgalmas tanulással engeszteljék ki; Györgynek azonkívül meghagyja, hogy ne lakjék együtt a prépostlal.

Reverende Domine et Venerabiles Fratres honorandi salutem et mestitie participationem. Dum pridem apud Reverendum Dominum Superiorem nostrum gratiosum ratione proventuum prepositure instantius laborassem, literas quasdam, quarum copiam presentibus inclusam videritis, mihi in faciem Sua Reverenda Dominatio coniecit: En studentes nostri, non literis sed latrocinijs incumbunt, mittas eis expensas, quibus magis ac magis voluptates suas expleant; venient aliquando ad propria, docebo illos panem crucifixi ad scoorta convertere. Hoc est quod sompniabam, quodque semper eventurum timebam. Et mirabar, quo tantas converteretis expensas. Et aliud, quod lectiones non visitaretis, demiror in rei veritate. Ad hoc enim hanc nobilissimam universitatem intrastis? Voluptates corporis minoribus et paucioribus expensis complere vel sequi poteritis. Jam videatis, qua fronte Superiorem vestrum et alios Patronos, imo etiam Fratres Canonicos, qui presentiam vestram tollerant, aggrediamini conciliantes vel visitantes. Timeo in summa, quatenus Sua Reverentia ad privationem procedat, presertim si quoquomodo per bonum et honestum statum et scientiarum incrementum Suam R. D. (non) conciliamini et lupas et scoorta non abieceritis. Nolo, ut tu Georgie per amplius una cum Domino Preposito maneas. Et tantum maneas quo cum expensis, quas habes, manere possis. Nolo patrimonium Christi incassum exponas et me hincinde obpignorem et expilem. Tamen ad propria ne redeas, si etc. bene valete in talismodi infamia. Ex Zagrabia sabbato ante Jubilate anno Domini 535. *Petrus Lector Zagrabiensis* etc.

Kívül: Reverendo Domino Thome Bakocz Preposito ac Magistro Georgio Grangya, Canonicis ecclesie Zagrabiensis etc. Fratribus honorandis.

Padwe. Padwe cito
Padwe.

Egy negyedív papir egyik oldalán, barnaviasz zárópecsét nyomaival; felette nehéz olvasású irás. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1535. April. 36.*

Közli: Bunyitay Vincze.

30.

Pádua, 1535 május 1.

Kecseti Márton, Szalaházy egri püspök nővérének fia, köszönetet mond a velenczei követnek a vele éreztetett jótéteményekért, egyszersmind biztosítja, hogy igyekezni fog meg is érdemelni azokat.

Exemplum literarum ad magnificum Dominum Oratorem Venetum. Sepe me antea ad Magnificentiam Tuam scribere volentem, non desidia, que nulla ad preclara literarum studia incumbenti esse potest, sed pudor, cui vel maxime nostra hec etas obnoxia est, a scribendo retraxit. Verum cum magna in dies pene fratrum Magnificentie Tue liberalitatis indicia experirer, idque non sine Magnificentie Tue voluntate fieri arbitrarer, non potui non aliquid literarum dare, quibus meum erga Magnificentiam Tuam grati animi officium testarer. Nam cum sapientissimum illud Sophoclis dictum in animo meo semper obversetur: ἀνδρί τοι χρεὼν μνήμην προςεῖναι, τερπνὸν εἴ τί που πάθοι. χάρις χάριν γάρ ἐστιν ἡ τίκτουσ' ἀεί. ὅτου δ' ἀποῤῥεῖ μνῆστις εὖ πεπονθότος, οὐκ ἂν γένοιτ' ἔθ' οὗτος εὐγενὴς ἀνήρ. Turpe mihi esset committere quicquam, quod huic sententie contrarium esse posse videretur. Sic igitur sibi (ut paucis agam) Magnificentia Tua de me persuadeat, nullam in omni vita rem tam fere mihi propositam, quam ut me ad bene de se suisque omnibus merendum Magnificentia Tua propensissimum agnoscat. Que spes, ne Tuam Magnificentiam fallat enixissime operam dabo. Valere Magnificentiam Tuam qnam feliciter opto. Patavij Calendis Maij anno MDXXXV°.

Eiusdem Magnificentie Tue

Deditissimus

Martinus Kecheti,

sororis Reverendissimi Domini Agriensis etc. filius.

Egy félív papir egyik oldalán, egykorú írás. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1535. Mai. 72.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

31.

Ida, 1535 május 4.

Serédi Gáspár Szalaházi Tamásnak holmi pénzekről számot adván, kéri kieszközlését annak, hogy fizetése neki valami úton-módon kiadassék vagy valamely jószág adományozásával kárpótoltassék; kéri arra is, hogy ha nádorválasztásra kerül a sor, tartsa őt mindenkor különbnek Thurzónál.

Servitium, Domine Reverendissime. Mille et centum Renenses in bona moneta usuali persolvi, uti ex quitancijs ad Dominum Fels missis intelliges; scripsi in reditu Domino Francisco Nyari, ut debitum tibi persolvat, quod facit III^C flor. minus, ni fallor, XXV. Spero id eum cum propter te, tum propter promissionem suam non neglecturum. Curabo, ut etiam medio Jobo brevi aliquid habeas. Reliqueram domi, bona fide mea, non plus quam II^C et quinque aureos ultra illos Darios, quos tibi dedicavi; habes itaque iam statorium thesaurum pro voto. Cave, unum ex illis III^C consumas, ne in deliberata summa defectus fiat, nam ad illos Darios hos II^C pro complemento adieci, quos iam non secus te habere scias ac si in tuo essent scrinio. Ceterum te oro et obtestor, cura, ut fiat aliqua solutio vel deputatio ad stipendium meum. Dico tibi bona fide, quod etiam ad depositionem istius summe aliquid mutuo sumpsi. Adeo, inquis, eges: non ita, sed eam sumulam, quam ex pacto semel uxori deposui, nollem attingere, quamvis vix aliud posse fieri credam, cum ita sim undique in absentia lacessitus et cum in dies adversarij conentur iurisdictionem Regie Maiestatis minuere, nam nulla solida fides in Joannistis. Verum rogo, fiat sine mora aliqua provisio. Preterea rogo, habeas aliquam rationem mei et ad singulum equum IIII flor. computentur, id quoque bona fide satis modicum est, neque ita gregarius sum iam miles, ut pro tribus militem. Fac, habeam optimas literas assecutoriales, poteris curare commoditates meas absque damno Regis. Preterea fac, in numero septem seu decem virorum sim numerandus, non enim satis intelligo, quam Rempublicam vultis constituere. Misi tibi literas, quas in reditu in itinere percepi, ex quibus facile intelliges, non omnes rumores veros esse, nec usquam audio quemquam uxoratum in tota iurisdictione mea, preterquam nescio quem asellum in Tarchal, quem ego pro te fricabo. Simulatque ad Tokay descendero et cognosces me vicarium pro voto tuo agere, nec sinam ut e iurisdictione mea talia audiantur, imo etiam alibi, ubi opus erit, laborabo et cum te pium patrem promiseris, prestabo officium boni filij.

Cura, ut valeas et sis memor mei. Ego certo scio, quam paucos Ungaros Rex mihi preferet, si tu volueris, quia cognosco, regiam Maiestatem mihi satis favorabiliter inclinatam esse. Cave etiam diligenter, ne ulle litere donationales emanentur, ante complecionem V^c colonorum meorum, nam donationibus et favoribus Regis sine tuo presidio ego nunquam gaudere potero, et licet sit remote a Tokay, sed accipiam utique ex bonis Stephani Seci V^c colonos, aut, si tu voles, etiam ex Deshasi. Paupertas me ad omnia cogit. Committas etiam Domino Wylaki, ut si aliqua supplicatio pro quibusvis bonis Regi offeretur, statim admoneat Regem et petitori dicat, dudum mihi donata esse et quod ipse tarde venisset. Preterea si certamen de Palatinatu erit, tu me ingenio, dexteritate, agilitate, favore inter populares, liberalitate et in omni genere virtutum semper preferas Tursoni. Ex Ida IIII Maÿ 1535.

Servitor *Seredi.*

Kívül: Reverendissimo Domino meo, Domino Thome Zalahaza Episcopo Agriensi, Cancellario Regio etc. Domino et Patrono Optimo.

Egy ív papír három oldalán, piros zárópecsét nyomával, egészen Serédi G. kezeírása. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1535. Mai. 68.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

32.

Boroszló, 1535 május 15.

Mathias Auctus boroszlai orvos írja Oláh Miklósnak:

— — — Doctor Henckelus Cassoviae concionatorem agit, meliusque illic, ut in solo paterno, quam hic valet. — — Vratislaviae XV. Maiis MXVCXXXV. (sic.)

Oláh Miklós levelezése 553. l.

33.

Sárvár, 1535 május 16.

Dévai Biró Mátyás levele, melylyel «Confutacio apologiae cujusdam Gregorii Seghediensis stb.» czimű művét Bebek Imre fehérvári prépostnak ajánlja.

Reverendo Domino Emerico Bebek, Praeposito Albensi, Domino et Patrono suo, Mathias Devay Gratiam et Pacem.

Anno abhinc quarto, Reverende Domine, cum Rex Quinque-Ecclesias esset profectus, Dignitas Tua Budae post suae Majestatis discessum aliquot dies egit, secutura Principem: ego interim meo tunc fungebar officio. Die, quo propemodum itineri nos accin-

geremus, convenit me ex Fratribus nostris quidam, impense a me contendens, ut nonnihil de *Sanctorum dormitione* ei in literas mitterem. Dicebat causam, esse quosdam Papismo deditos, qui nervis omnibus Doctrinae nostrae reniterentur. Cuius precibus victus, alioqui amicissimi et de me bene meriti, crasse quasdam sententias illi delineavi, et quidem (quod sciam) tantum de *Sanctorum dormitione*. Is vero hasce meas sententias alteri ex Fratribus, ut in unum ordinem redigeret, et ut de suo quoque ubilibet adderet, dedit. Accepta provincia, redegit in ordinem; et insuper *de uno Mediatore Christo, de non invocandis sanctis, deque statu mortuorum post hanc vitam* scripsit in formam iusti libelli, qui liber cum in manus Franciscani cuiusdam pervenisset, Apologiam adversus eum edere voluit. Hoc autem moliebatur multo tempore, sed quod diu parturiebat, tandem peperit, me ubique suo more proscindens, cum ut dixi, nil nisi de *Sanctorum dormitione* me scripsisse sciam, et quidem pinguissime, ut tunc ferebat temporis occasio. Et suas veritates (si Diis placet, sic enim loquitur) effert plurimum, triumphum ante victoriam canens. Ego vero, etsi sciam, quam sit mihi curta supellex, et toties veritus sum meam infantiam saeculo nostro prudentissimo irridendam exponere, tamen coëgit ad hanc impudentiam, ut ita loquar, Pseudofratris pervicacia, qui nedum Evangelicos Viros, sed et ipsum Christum non veretur blasphemare, suo maximo malo. Coëgerunt et Viri Fratres, dupplici nomine: ut et Monachi naenias everterem, et ut meae praedicationis fidem facerem. Cuius testis est utraque Pannonia, uterque Rex Hungariae, quorum (gratia Deo) expertus sum indignationem, insuper vincula et carceres: ut cum Paulo in meis infirmitatibus nonnihil glorier. Quare mi Domine Emerice, hunc quamlibet serotinum foetum ingenii mei tibi offero: iam fusius scripturus de locis memoratis et de aliis, apud Te et apud meos, pro mea virili, veritati patrocinaturus. Patior inter imi subsellii homines numerari, modo testimonium verae praedicationis habeam apud posteritatem. Eo autem candore scripsi, quo debui; Tu ergo et Fratres omnes Christiana censura hoc meum scriptum iudicate. Vale in Christo, una cum Tua consorte, pro qua, Verbo Dei eruditus, omnem paternam haereditatem maluisti amittere, quam more quorundam per vagos concubitus, ut modestissime loquar, volutari. Datum ex *Saarvár.* Anno salutis nostrae 1535. in Feriis Pentecostes.

Dévay három latin munkája együttes kiadásának az egyetemi könyvtárban levő példányából. — *Lampe* Historia Eccles. Reformatae 79. Magyar fordításban *Révész,* Dévay Biró Mátyás életrajza. 74.

34.

Buda, 1535 május 18.

Pöstyéni Gergely országbiró- és János király helytartójának levele III. Pál pápához. — Válasz a Rorario nuncius által neki kézbesített pápai brevére, melyben a magyar államférfiú hű katholikus érzületéről biztosítja a szentatyát.

Sanctissimo in Christo Patri et Domino Domino Paulo Tertio Sacrosanctae Romanae Ecclesiae Pontifici Maximo Domino mihi Clementissimo.

Beatissime Pater in Christo et Domine Clementissime.

Post oscula pedum beatorum ac servitutis meae commendationem. Hieronymus Rorarius Nunctius et Camerarius Sanctitatis Vestrae Suas ad me litteras attulit, et ea quae verbis suis mihi voluit significare, copiose disseruit. Ago igitur gratias Sanctitati Vestrae, quod eam de me opinionem suscepit, quae ab homine christiano non sit aliena. Ego licet hactenus pro tuenda religione christiana mea sponte omne studium, omnem meum laborem contuli, adhortatione tamen Sanctitatis Vestrae cognita, non studium solum, sed et sanguinem et vitam propriam impendere non recusabo, eo magis, quod et principem meum pro re christiana tuenda videam esse in omnibus animatum. Sic institutus sum a puero, et christianis ortus progenitoribus. Pro orthodoxa fide omnem meam curam et diligentiam conferre studebo, et Sanctitatem Vestram una cum Collegio et sacro senatu valere cupio. Budae decimo octavo die Maji Anno 1535.

Clementissimae Sanctitatis Vestrae

Servitor obsequentissimus
Comes Chrigorius Pesthyeny,
Iudex Curiae et Locumtenens Serenissimi Principis Domini Joannis Hungariae Dalmatiae etc. Regis.

Közölve *Óváry Lipót:* III. Pál pápa és Farnese Sándor bíbornok diplom. levelezései. Magyar Történelmi Emlékek. Első Osztály. XVI. köt. 5—6. ll.

35.

Bécs, 1535 május 25.

Ferdinánd király harmadizben, a kegyuraság elvesztésének terhe alatt megparancsolja a soproni tanácsnak, hogy Pacsa Jánosnak az oltárigazgatóságot átadja.

Ferdinandus... rex Hungarie... magistro civium ac iudici et iuratis civibus civitatis nostre Sopronienis... Binis litteris nostris ac postea coram mandavimus vobis, ut honorabili magistro Joanni Pacha, priori ordinis cruciferorum de Sopronio, possessionem altaris, per nos eidem collati citra ulteriorem difficultatem concederetis. Vos tamen nullam adhuc tot mandatorum nostrorum habuisse rationem intelligimus. Rursum igitur mandamus vobis sub amissione iurispatronatus vestri, ut ipsum in possessionem ipsius altaris omni ulteriori difficultate precisa admittere debeatis. Alioquin 15-a die exhibitionis presentium litterarum nostrarum coram nobis per aliquos concives vestros modis omnibus comparere debeatis, rationem non observationis mandatorum nostrorum reddituri... Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Wienne in festo beati Urbani Pape anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo quinto.

Presentate et exhibite sunt ipse littere in senatu 14 Junii anno 35.

Egykorú másolat Sopron város levéltárában. Lad. XIX. et T. F. IV. Nr. 205.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

36.

Pádua, 1536 május 30.

Grangya György zágrábi kanonok Péter olvasókanonoknak írja, hogy Gyulai Farkas segítsége nélkül talán elveszett volna, egyben arra kéri, hogy megemlékezvén eddig vele éreztetett jóindulatáról, azt ezután se tagadja meg tőle.

Reverende Domine et Mecenas unice colendissime Salutem et servitij mei debitam commendationem. Cum nulla res est, que alicuius momenti sit, tum maxime literarum studia, que nisi integrum et minus solicitum anxiumque animum hominis nacta sunt, nihil magni preclarique paritura effecturaque sunt, quod non solum mihi, sed sepe numero etiam alijs usu venire video. Nam cum his elapsis diebus ad extremam fere egestatem inopiamque venissem,

quo me verterem, ad quemque confugerem non habebam, plane videbam, me ipsa nimia sollicitudine ab ipsis literarum studijs avocari atque repelli, cui nisi a M. Domino Gwlai Farkas subventum aliqua in parte fuisset, actum mea de re esset, cui Dominatio Vestra Reverenda, cum se occasio obtulerit, gratias per literas agere dignetur. Nam nihil, arbitror, mavis quam etiam quantumvis minimo benefactori me gratum cum verbis tum re ipsa declarare, ad cuius sodalitatem accessissem videlicet commorandi gratia cum eo, vocatus sepe ab eo, nisi me pecunie defecissent. Sed hic dicet fortasse Dominatio Vestra Reverenda: in quem usum tam subito pecuniam missam impendisti? Scio non latere Dominationem Vestram Reverendam, me anno elapso prima die mensis Mai Patavium jam evacuata crumena appulisse, nihilque me amplius usque ad mensem Decembrem, quam aureos decem per Dominum Paulum Zond missos accepisse, interim, quoad venit David, sustentatus fui tum pecunia tum fide amicorum, quibus facere non potui, quin de pecunia apportata per ipsum David satisfacerem. In literis vero constituit mihi principium anni mensem Octobrem, ubi nullam rationem video Dominationem Vestram Reverendam quinque mensium preteritorum habuisse, quum prima die Mai annus agitur, quod Patavium venerim. Sed de his satis, nam Dominatio Vestra Reverenda optime constituet, quid de re mea erit. Pecunia portata per Dominum Thomam facit aureos Hungaros VII et minus, nescio a quo ita numerata est. Moneta duorum solidorum, qualis fuit mihi nuper et domino Thome allata per David, iam non accipitur hic, nisi uno et medio solido. Restat hoc unum, ut orem atque obsecrem maximopere Dominationem Vestram Reverendam, ut iam tandem dignetur reminisci illius erga me innate liberalitatis. Has literas exaravi carptim, cum conveneram Dominum prepositum, qui aiebat, sibi in animo esse quendam peculiarem hominem ad Dominationem Vestram Reverendam mittere, siquid scribere vellem postridie, mane afferrem, dixit. Novarum rerum nihil habeo, quod esset admodum scitu dignum, nec enim multum soleo perscrutari. Si quid emerserit, faciam posthac Dominationem Vestram Reverendam certiorem. Papa tamen fertur aliquot viros doctos ascivisse in numerum Cardinalium. Reliquum est, Eandem felicem atque incolumem ad multos annos valere cupio. Datum Patavij penultima die mai anno 1535.

Georgius Grangia C. E. Z.

Vestre Reverende Dominationis Nepos.

Preterea cum accessissem ad Dominum Prepositum, cepit facere mentionem pecuniarum fortasse, ut ego quoque aliquam partem pecuniarum isti homini Italo promissarum solverem. Postea subiunxit, si aliquas literas scripsissem, afferrem ad eum primo quoque tempore, cui ego respondi, me nihil velle scribere, satis multa me scripsisse antea de statu meo Dominationi Vestre Reverende; deinde accessi ad hunc hominem Italum, si meas literas ad Dominationem Vestram Reverendam *(az ige kimaradt)* promisi me ei aliqua bibalia daturum. Restat nihil aliud, nisi valeat felix Dominatio Vestra et memor mei sit, oro.

Kívül: Reverendo Domino Petro Lectori et Canonico Ecclesie Zagrabiensis etc. Domino et Mecenati observandissimo.

Egy ív papir két oldalán, pirosviasz zárópecséttel, az utóirat egy mellékelt keskeny papirszeleten. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1535. Mai. 9.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

37.

Buda, 1535 június 4.

Pestyéni Gergely, János király országbirája, protectionalis levelet ád a veszprém-völgyi apáczák jobbágyai számára.

Comes Cregorius Pesthyeny de Marthonos, iudex curie ac in presenti absencia serenissimi principis et domini domini Joannis dei gracia Hungarie Dalmacie Croacie etc. regis domini nostri clementissimi locumtenens etc. amicis nostris universis et singulis, dominis prelatis, baronibus, comitibus, vicecomitibus, castellanis, egregiis et nobilibus, necnon prudentibus et circumspectis iudicibus et iuratis ceterisque civibus et inhabitatoribus quarumcunque civitatum, oppidorum, villarum et possessionum, ac alterius cuiusvis status et condicionis hominibus presencium noticiam habituris salutem cum favore. Cum iusti pro iniustis et innoxii pro reorum excessibus non debeant aliquatenus impediri, pro eo requirimus vos ac vestrum quemlibet, et nihilominus auctoritate prefati domini nostri regis, qua in presenciarum fungimur, harum serie committimus et mandamus, quatinus dum et quum ac quociescunque coloni et iobagiones dominarum sanctimonalium de valle Wesprimiensi de possessionibus earumdem Berym, Mama, Sandhor, Kenese, Zygethfe, Zenthgywrgh et Kayar commorantes aut homines ipsorum pro victuum suorum necessaria acquisicione ac pro aliis eciam quibuscunque negociis ipsorum cum rebus et bonis eorum qui-

busvis ad vestras terras, tenuta, possessiones, honores, officiolatusque ac vestri in medium pervenerint, eosdem ubique libere et pacifice ac absque omni impedimento ire, redire et inter vos pausare permittere et permitti facere debeatis, neque eosdem, vel homines ipsorum in personis et rebus ac mercibus eorum quibusvis impedire, turbare et molestare quovismodo, ad instanciam alicuius in causam attrahere vel arestare arestarique facere, signanter vero pro taxacione nonnullorum hominum in vindemia proxime preterita in possessione Kenese per Andream Choron utcunque factorum et commissorum (így), previa racione nullo modo presumatis, sed si quippiam contra prefatas dominas et iobagiones earumdem dominarum sanctimonalium aliquid accionis vel quescionis se habere pretenderint, eas vel iobagiones coram iudicibus eorumdem, unde sunt, requirere debeant, ex parte quorum iudicium et iusticia non denegabitur. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude, feria sexta post octavam sacratissimi festi Corporis Christi, anno eiusdem millesimo quingentesimo tricesimo quinto

de commissione domini locumtenentis.

Kétrét hajtott ív papiron, alul vörösviaszba nyomott gyűrűs pecséttel, melynek paizsában a Zichyekéhez hasonló czímer: két szarvas-agancs közt álló kereszt, a paizs fölött G. P. betűk láthatók. — Lad. 59. Nr. 146. — Nyomtatásban kiadva: Károlyi-család oklevéltára. III. k. 195.

38.

Bécs, 1535 június 6.

Ferdinánd király a pannonhalmi apátságot Máté apát lemondása után Győri Mihály bátai apátnak adja.

Nos Ferdinandus etc. Memoriae commendamus etc. Quod nos inducti vitae integritate ac sanctimonia caeterisque animi dotibus, quibus fidelem nostrum Venerabilem fratrem Michaelem de Jaurino, Abbatem de Batha, Ordinis S. Benedicti Professorem, fide digno testimonio praeditum esse cognovimus, electionem canonicam, quam fideles nostri Conventus Ecclesiae S. Martini Sacri Montis Pannoniae, annuente Rdo Patre Matthaeo Abbate, de persona ipsius fratris Michaelis ad Abbatiam dictae Ecclesiae S. Martini iuxta sacrorum canonum atque ipsius Ordinis ritus ac constitutiones fecisse dignoscuntur, ratam gratam et acceptam habentes, auctoritate Jurispatronatus nostri, quod more Praecessorum nostrorum Hungariae Regum in omnibus generaliter Regni nostri dignitatibus

et beneficiis Ecclesiasticis conferendis habemus, eidem fratri Michaeli, tanquam personae idoneae ac bene merenti, ipsam Abbatiam Ecclesiae S. Martini una cum arce, oppidis, villis, praediis, decimis, tributis et quibusvis proventibus commodis et utilitatibus atque omni consueta iurisdictione temporali dedimus et contulimus, damusque et conferimus pleno iure praesentium per vigorem. Vobis igitur Religiosis fratribus Priori et Conventui praedicto Ecclesiae S. Martini comittimus, ut deinceps eundem fratrem Michaelem vestrum Abbatem cognoscere, eique uti parenti obtemperare, omnemque obedientiam et reverentiam exhibere debeatis. Secus non facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Wiennae die Dominico proximo post octavam Sacratissimi Corporis Christi, Anno eiusdem 1535. Regnorum nostrorum Romani anno quinto, Reliquorum vero nono.

Steph. *Kaprinai* Collectaneorum Msc. B. Tomulus XXVIII. 42. l.

39.

Pannonhalma, 1535 június 7.

A pannonhalmi convent a benedekrendű apátok hozzájárulásával és a király beleegyezésével előre megválasztja apátul Mihályt, a volt bátai apátot, «nehogy Máté mostani apát nagy és öreg kora miatt az apátság és monostor az istentisztelet kárára világiak kezébe kerüljön».

Conventus monasterii Sacrimontis Pannoniae accedente consensu abbatum ordinis s. Benedicti et regis Hungariae praevie eligit in abbatem suum Michaelem, prius abbatem de Báta «ne per gravem et senectam etatem domini Mathei moderni abbatis . . . abbatia et monasterium in manus deveniat in diminutionem divini cultus secularium».

Eredetije a pannonhalmi főapátsági levéltárban c. 53. l. H.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

40.

Veszprém, 1535 június 8.

Csatáry Bálint veszprémi udvarbíró igazolja, hogy a veszpremi fejedelemasszony jogosan vett el egy telket Deák Kelementől.

Magnifice domine... Deinde de negotio Clementis litterati. Ego personaliter ad abbatissmam (!) monialium accesseram et loquutus fui cum illa et ipsa hec ad negotium respondit: quod pater ipsius Clementis litterati sessionem desertam tenebat et tandem iuridice penes sessionem advocatus est... tempore iudicii et pater secus cum liberis suis interfuit, tantummodo hic Clemens litteratus

absens fuit... Judicatores fuerunt... dominus vicarius, item Paulus Bornemizza cum ceteris nobilibus ad id specialiter vocatis et iudicium sic invenit, ut infra 32 dierum spatia ad hereditatem illam aggrediatur et ex quo non accessit... domina abbatissa eam sessionem illi egens (így) homini, qui nunc inhabitat vendidit... Datum ex castro Wesprimiensi feria tertia proxima ante festum s. Barnabe apostoli 1535. *Valentinus Chathary,*
provisor Wesprimiensis.

Magnifico Domino Thome de Nadasd.

Eredetije az országos levéltárban a Nádasdy-levelek közt.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

41.

H. n. 1535 június 11.

Serédi Gáspár értesíti Szalaházi Tamást, hogy Lőkös Jánosnak megkegyelmezett; továbbá kéri, hogy Lök szabolcsmegyei birtok hatszáz forintért s ugyanott a királyteleki Báthori-féle részbirtokok szintén hatszáz forintért neki zálogba adassanak és az ezekről szóló oklevelek keltének idejét április 25-ére tegyék.

Servitium, Domine Reverendissime. Ex autoritate mihi concessa iam pridem gratiam feci Joanni Lewkes, rogo remittas literas Regias gratiales. Ceterum possessio Lewk vocata est in comitatu Sabocz, ea impignoretur mihi pro florenis sexingentis; portiones possessionarie in possessione Kiralteleki Stephani Somliaj et aliorum istorum Batoriensium, hoc est preter portiones Andree Batori et Petri Batori, impignoretur pro florenis sexingentis et data omnium literarum fiant ad eum diem, ad quem cetere alie litere, que impignoratitie sunt. Rogo et diligenter perlegas omnes literas meas et de omnibus optatam facias relationem, secus res nostre male stabunt. Iterum rogo, ut data omnium literarum fiant ad XXV Aprilis, tunc enim Viennam exivi. Vale. XI junij 1535.

Servitor *Seredi.*

Kívül: Reverendissimo Domino meo, Domino Thome de Zalahaza, Episcopo Agriensi et Cancellario Regie Maiestatis etc. Domino meo gratioso.

Egy félívnél kisebb papir egyik oldalán, egészen Serédi G. írása, veres zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. Jun. 13.*

Közli: Bunyitay Vincze.

42.

Bécs, 1535 június 26.

Ferdinánd király Homonai Györgynek szigorúan megparancsolja, hogy az egri káptalannak az általa elfoglalt dézmát minden késedelem nélkül visszatérítse.

Georgio Hommonay pro restitutione decimarum Ecclesie Agriensis. Ferdinandus. Egregie Fidelis Dilecte. Relatum est nobis, te nonnulas decimas capitulo Ecclesie Agriensis spectantes et pertinentes de districtu Vng occupasse et occupatas adhuc detinere. Cum autem iustitie respectu et ob alias causas rationabiles et eam presertim, que divino etiam iure fulcita est, quod is, qui altari servit et ministrat, de altari quoque et ijs que hoc nomine proveniunt, vivat et sustentetur, talia minime sufferre possimus: idcirco Fidelitali Tue strictissime committimus et mandamus, quatenus easdem decimas per te, ut dictum est, occupatas et hucusque detentas prefate ecclesie seu Capitulo aut ijs, qui te cum presentibus nostris ipsorum Capitularium nomine ad hoc requirent, sine omni mora et contradictione remittere et restituere debeas, teque in ijs ita et taliter erga nos geras et exhibeas, sicut obedientem servitorem nostrum facere decet, neque de te superinde conquerendi occasionem alicui de cetero prebeas, Nostram in eo seriosam executurus voluntatem. Datum Vienne XXVJ junij 1535.

Ex[pedite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. Hasonló tartalmú levél ment ugyanazon a napon Bebek Ferencznek, ki «decimas capitulo ecclesie Agriensis spectantes et pertinentes de districtu Kysborsod»; továbbá Serédinek (kétségkivül Gáspárnak), ki szintén az egri káptalan tizedeit «in districto Kyswywar; és Jánossy Antalnak, ki ugyancsak az egri káptalantól Galgócz és Baracza falvakat elfoglalta. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1535. Jun. 4., 5., 6., 3.* Közli: BUNYITAY VINCZE.

43.

Nagy-Sáros, 1535 július 1.

Sárosmegye rendei Kassa városát Eperjesre hívja, hogy a püspöki tized ügyében tanácskozzanak.

Prudentes et circumspecti domini et amici nobis honorandi post salutem et nostri commendationem. Significamus v. d. per presentes, quod ad dominicam diem proxime venturam in civitate Eperyes certam habebimus congregationem ratione et pretextu decime episcopalis, ea propter rogamus v. d. quatenus eedem etiam v. d. velint unum vel duos ex vobis ad predictum terminum

et locum inter (így) transmittere, ut unacum vestris dominationibus et aliis dominis et fratribus nostris exinde tractare et consultare, quid nobis melius videbitur, valeamus. Rogamus easdem, ne secus fecerint. Reliquum est, quod v. d. felicissime vallere (!) cupimus. Ex oppido Saros feria quinta proxima post festum beatorum Petri et Pauli apostolorum anno domini 1535.

Universitas nobilium comitatus de Saros.

Kívül: Prudentibus et circumspectis dominis judici et juratis civibus civitatis Cassoviensis dominis et amicis nobis honorandis.

Eredetije papiroson, zárlatán három sárgaviasz pecséttel, a negyedik elveszett. *Kassa város levéltára.* Némi eltéréssel közli *Kemény:* A reformáczió Kassán. 57—58.

Közli: Bunyitay Vincze.

44.

Lövöld, 1535 július 13.

A lövöldi karthausi rendház bérbe veszi a pannonhalmi apátság csepelvölgyi tizedét, illetőleg elfogadja, hogy a pannonhalmi apátság e 60 frtra becsült tizeddel törleszsze le 200 frtnyi adósságát.

Monasterium Carthusianorum de Lövöld conducit decimas vallis Csepel (in comitatu Somogy) pro florenis 60, ut sic monasterium Sacrimontis Pannoniae debitum suum 200 florenorum paulatim solvat.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági levéltárban c 59. l. Tt.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

45.

Brüsszel, 1535 július 16.

Oláh Miklós Ujlaky Ferencz választott győri püspöknek.

— — — De rebus privatis meis quid scribam, nescio; possem dicere, quod est in evangelio: Missam esse sortem in vestem meam. Custodiam quadrifariam partiti sunt: Valentinus Tewreck, Bakyth, Andreas Choron, Hieronymus Vasony. Abbatiam de Thapolcza Bebek occupat. Archidiaconatus Comaromiensis dominus reverendissimus Strigoniensis est officialis, post quem Marcus noster. Omnibus praedae sum expositus, etiam iis, de quibus ob seruitia mea essem bene meritus. Hi, qui me defendere fuerant polliciti, refrixerunt, vel quod non possunt, vel quod aliena non curant. Deum igitur ipsum invoco, cuius fiat voluntas... Bruxellae 16-a Julii anno domini 1535.

Oláh Miklós levelezése. Budapest, 1875. 558. l.

46.

Bécs, 1535 július 26.

Ferdinánd király felhatalmazza Török Bálintot, hogy a vránai perjelség birtokait a Zrinyiektől, kik azokat zálog-czímen birják, saját pénzén kiválthassa; egyúttal biztosítja, hogy e birtokokat ő és örökösei mindaddig megtarthatják, míg a kiváltásukért fizetett összeget vissza nem kapják.

Nos Ferdinandus — recognoscimus per praesentes litteras nostras, quod quum omnes arces, castella et quaevis bona prioratus Auranae, in regno nostro Hungariae et partibus eidem subiectis existentia, in manus alienas superioribus annis pervenerint, ac titulo inscriptionis partim ab aliis aliquot personis, partim a fidelibus nostris, magnificis Joanne et Nicolao comitibus de Zrin possideantur, ut rursum omnia illa castra, castella et bona ad prioratum redire possent, annuimus et concessimus, ut fidelis noster, magnificus Valentinus Thörök de Enningh, capitaneus noster atque ipsius prioratus gubernator, omnia castra, castella et bona praedicta ab his, quibus inscripta sunt, et nominatim ea, quae praedicti Joannes et Nicolaus comites de Zrin pro XIII millibus florenorum hungaricalium pignoris titulo possident, sua pecunia in usum et futurum commodum prioratus redimere possit ac valeat. Sed, ne idem Valentinus Thörök ex hoc officio pietatis iacturam aliquam pecuniae suae faciat, per praesentes litteras eundem certum et securum reddimus, quod castra, castella et bona prioratus, a praefatis comitibus atque aliis personis redemta, de manibus praefati Valentini Thörök et haeredum eius non excipiemus, neque successores nostri reges aut priores Auranae excipient, donec per nos aut successores nostros, vel per eos quorum intererit, de praefata summa XIII millium florenorum ipsis comitibus solvenda, deque aliis pecuniarum summis, quibus arces, castella et bona prioratus ab aliis etiam personis redemerit, praefatis Valentino Thörök eiusque haeredibus integre fuerit satisfactum. Et quoniam castrum — in comitatu Zoliensi existens, quod nunc in potestate serenissimae dominae Mariae, Hung. et Boh. reginae, sororis nostrae charissimae, habetur, ad ipsum Valentinum Thörök ex nostra donatione pertinens, eidem reddi hoc tempore, certis intervenientibus impedimentis, non poterit, de eo quoque eundem Valentinum Thörök sic assecurandum duximus, quod Castellum — — et eius pertinentiae, in comitatu Simighiensi existentes, de manibus ipsius haeredumque suorum, etiamsi reliqua castra, castella et bona prioratus solutis solvendis ab eisdem redimantur, non excipiemus, neque successores nostri aut

futuri priores excipient, donec aut dictum castrum — ipsi Valentino Thörök suisque haeredibus reddatur, aut bona dentur aequivalentia, aut pretium castri praedicti — per nos successoresve nostros seu per eos, quorum intererit, persolvatur. In quorum omnium securitatem et certitudinem indubitatam praesentes litteras manu nostra et sigillo, quo ut rex Hungariae utimur, impendenti signatas dedimus. Viennae in festo S. Annae, matris Mariae, anno Domini MD. XXXV.

Pray (Prioratus Auran. p. 95.) után *Katona* XX/2. 954.

47.

Bécs, 1535 július 26.

Ferdinánd a vránai perjelséget Török Bálint fiának, Jánosnak adja.

Nos Ferdinandus etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis, quod quamvis Nos in beneficiis ac dignitatibus conferendis non solum cuiusque merita inspicere, sed aetatem etiam idoneam deligere consueverimus: virtus tamen et plurima ac notissima rei militaris facinora fidelis nostri, magnifici Valentini Thörök de Enningh capitanei nostri, quibus ex eo tempore, quo regnum Hungariae divina bonitate sumus assecuti, in variis expeditionibus fortiter ac strenue est usus, seu contra Turcas, seu alios hostes nostros gerenda res fuit, nec sanguini, nec ullis vitae periculis pepercit; haec igitur virtus militaris in eodem Valentino Thörök cognita et perspecta, et singulare studium christianae religionis adversus impios Turcas defendendae, faciunt, ut filium quoque eius Joannem, optimae indolis puerum, iam nunc ad virtutem capessendam et ad militaris disciplinae amorem cupiamus accendere. Prioratum itaque Auranae ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani, nunc de iure et de facto vacantem, eidem Joanni Thörök, una cum omnibus arcibus, castellis, curiis, oppidis, villis, praediis ac quibusvis bonis ac proventibus, ad eundem prioratum de iure et ab antiquo spectantibus, atque omni iurisdictione temporali ac spirituali, authoritate iurispatronatus nostri, quod more praedecessorum nostrorum Hungariae regum in ipsius prioratus Auranae collatione habemus, duximus dandum et conferendum, immo damus et conferimus: ita tamen, ut idem Joannes Thörök, ubi ad aetatem legitimam adoleverit, ordinem sancti Joannis sumere debeat, quem nos illi, cuius intererit, pro eodem prioratu confirmandum praesentabimus. Interea vero omnem curam, guber-

nationem et administrationem eiusdem prioratus dicto Valentino Thörök demandamus ac iniungimus. Vobis igitur universis et singulis praedialibus ac quibuscunque subditis prioratus praedicti firmissime mandamus, ut praefatum Joannem, quum ad aetatem maturiorem pervenerit, pro vestro vero atque indubitato domino et priore observetis, et interim praedicto Valentino Thörök, uti ipsius prioratus gubernatori obedire et obtemperare debeatis, secus non facturi. Praesentibus perlectis, exhibenti restitutis. Datum Viennae, in festo Beatae Annae matris Mariae. Anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo quinto, Regnorum nostrorum Romani anno quinto, reliquorum vero nono.

Hevenesi-kéziratgyűjtemény, VII. köt. 299—302. ll. — *Pray* Prioratus Auranae p. 97. *Katona* XX/2. 956.

48.

Bél, 1535 augusztus 1.

Nagyécsi Ambrus apostoli közjegyző és több felkért tanu jelenlétében Jakab béli apát előadja, hogy a béli apátság igazgatását, melylyel bizonyos feltételek alatt György miséspapot, kajári plébánost megbízta volt, ettől — minthogy arra érdemetlenné tette magát — visszavette és Pápai Benedek pannonhalmi benczésnek általadta.

In nomine Domini Amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter et sit notum, quod anno a nativitate eiusdem Domini millesimo quingentesimo tricesimo quinto indictione octava, die vero prima mensis Augusti, pontificatus siquidem sanctissimi in Christo Patris Domini et Domini Pauli divina providentia pape tertii, anno eius secundo, in monasterio sancti Mauricii de Beel, domo scilicet abbatiali ipsius monasterij in mei notarii publici testiumque infrascriptorum ad id specialiter rogatorum et vocatorum presentia personaliter constitutus reverendus et religiosus Frater Dominus Jacobus, Abbas ipsius monasterij, omnibus melioribus modo, via, iure, forma et causa, quibus debuit et potuit, solemniter cum revocatione et inhibitione protestationis retulit, proclamavit et fassus est hoc modo: quod, quamvis ipse annis superioribus volens suo monasterio, senectutique et imbecillitati sue opitulamen providere, confidens in habilitate et dexteritate Honorabilis Georgij presbiteri alias plebani possessionis Kayar, dictam suam abbatiam tali pacto, ut habitum religionis sue abbatie in termino tunc ipsi dato suscipere onusque et gravamen curamque administrationis dicti monasterij et sui in hac sua senectute

tam im spiritualibus quam temporalibus sufferre bonoque ordine et via recta portare, eumque, vita sua comite, prout patrem decet bonum, caritative tenere et suis monitis iustis obtemperare deberet, tamen idem Georgius presbiter, nescitur quorum sinistro consilio, interceptus suis in hac parte promissis, sepius quidem amonitus, satisdare nolens, habitum religionis se induere neque curam et administrationem dictorum, monasterij et sui spiritualium et temporalium sufferre volens, immo, quod maius detrimentum et incommodum dicto monasterio et sibi intulit, tempore uno ipso Georgio presbitero in dicto monasterio, relicto per incuriam suam igne in proprio foco et domo suo succenso, quo igne prosiliente totum illud monasterium conflagravit; demum quia sepius requisitus et amonitus post actam huiusmodi conflagrationem, ne ad partes Johannis Waywode propter fidelitatem Serenissimo Principi et Domino Domino Ferdinando, divina providentia Romanorum Hungarie et Bohemie etc. Regi, Domino nostro Clementissimo observandam se transferret huiusmodi suis monitis acquiesci nolens, se illac transduxisset, unde sibi et suo monasterio dampnum et incomodum non parvum sequi potuit. Facta demum huiusmodi protestatione idem Jacobus abbas suam ipsi Georgio presbitero factam resignationem, causis, negotijs et conditionibus premissis per eum non observatis reclamans, renuntiavit, retractavit, invalidavit et in nihilum esse voluit et dixit, eumque quocunque locorum literis huiusmodi resignationis uti, frui et gaudere inhibuit. Post quarum quidem protestationum, retractationum, inhibitionum et invalidationum seriem iterum omnibus melioribus modo, via, iure, forma et causa, quibus melius et efficacius debuit et potuit sue imbecillitati oppressoque suo monasterio volens providere, confisus in regulari observantia, vite et morum honestate, scientia, dexteritate et habilitate venerabilis et religiosi Fratris Benedicti de Papa, Professi monachi monasterij Sancti Martini Sacri montis Pannonie, qui de voluntate, permissione et annuentia sui Prelati fere a decem vel circa annis in dicto monasterio sancti Mauritij Deo serviendo sibique sano consilio, auxilio et favore famulando et manendo, igitur totum et omne ius illud, quod de sua abbatia prefato Georgio presbitero dederat, in ipsum Fratrem Benedictum transtulit sibique et nemini alteri prescriptam suam abbatiam simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentijs quibuslibet ad eandem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus pacto et conditionibus sub hijs, ut eum, vita sua durante, pace, favore, amore, victu et amictu tenere, suisque iustis monitis et consilijs in observatione spiritualium et temporalium

obtemperare debeat, dedit et resignavit, promittens idem Jacobus abbas michi notario publico testibusque infrascriptis, stipulatis manibus, fide et conscientia pura exnunc eundem fratrem Benedictum et neminem alium in reale et corporale dominium, pacificam possessionem ipsius Abbatie intromittere et locare et ullo unquam tempore motu suo proprio vel suggestione quorumcumque hanc suam resignationem invalidare, retractare et anichilare, quas si etiam utrumque ageret et faceret, exnunc prout extunc et econtra nullius firmitatis esse voluit et censuit. Super quibus omnibus et singulis premissis iidem uterque Abbas petierunt a me notario publico infrascripto unum vel plura publicum seu publica instrumentum seu instrumenta fieri et confici, quod et feci officio meo tabellionatus incumbente in fidem et testimonium premissorum rogatus pariter et requisitus. Acta sunt hec et facta anno, indictione, die, loco et pontificatu, quibus supra, presentibus ibidem venerabili et religioso Fratre Domino Matheo Abbate monasterii Sanctorum Petri et Pauli apostolorum de Thatha ac Nobili et Circumspecto Simone Ispan de Kayar, testibus fide dignis ad id specialiter vocatis, rogatis pariter et requisitis.

Et ego Ambrosius de Naghech, filius olim Petri de Erchij apostolica auctoritate publicus notarius quia premissis protestationi, reclamationi, invalidationi, anichilationi, inhibitioni, resignationi et promissioni alijsque omnibus et singulis premissis, dum sic, ut premittitur, fuerunt et agerentur, unacum prenominatis testibus presens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi, ideo hoc presens publicum instrumentum manu propria scriptum signo et nomine meis solitis et consuetis consignavi in fidem et testimonium premissorum rogatus pariter et requisitus.

Nyilt hártya levél, alján közjegyzői jegy, melynek hármas zsámolyán e szavak olvashatók: fac mecum | signum in bonum domine | A : E. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1535. Aug. 1.* Közli: BUNYITAY VINCZE.

49.

Bécs, 1535 augusztus 4.

Ferdinánd azon perben, mely «honorabilis magister Johannes Pacha, prior ordinis Cruciferorum ecclesie Sopronienis» és Sopron város tanácsa közt az általa Pacsa Jánosnak adományozott oltárigazgatóság ügyében a királyi parancsok meg nem tartása miatt folyt, Sopron város meg nem jelenése miatt a pert Pacsa javára döntvén el, megparancsolja a csornai konventnek, hogy küldje ki emberét bizonyságul s tegyen jelentést, hogyan adta vissza Berényi Bársony Boldizsár királyi kis kanczelláriai jegyző Pacsának a nevezett igazgatóság házát.

Ferdinandus rex litem inter Joannem Pacha, priorem ordinis cruciferorum ecclesiae Sproniensis et senatum civitatis Soproniensis ob rectoratum altaris et neglectum regiorum mandatorum ortam in favorem Joannis Pacha dirimit, praecipitque, ut sententia sua exequatur.

A csornai konvent 1535. szept. 18-iki jelentéséből.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

50.

Bécs, 1535 augusztus 4.

I. Ferdinánd beleegyezését adja azon szerződéshez, melyet «Frater Franciscus episcopus Segniensis et commendatarius abbatie sancti Benedicti iuxta Gron» és Tallóczi Bánffy Boldizsár kötöttek. Az apátságot ugyanis I. Ferdinánd ellenségeinek kezéből «Christophorus de Turri» foglalta el és hadiköltségei fejében lefoglalta. Hogy tőle kiválthassa Ferencz püspök, 2000 frtot vett kölcsön Bánfy Boldizsártól s ennek lefizetésére bizonyos feltételek alatt magát kötelezi.

Ferdinandus rex consensum praebet contractui inter fratrem Franciscum, episcopum Segniensem et commendatarium abbatiae sancti Benedicti iuxta Gron, atque Balthasarem Bánffy de Thallowcz inito. Franciscus enim 2000 florenorum mutuum levavit a Balthasare Bánffy, ut monasterium liberet e manibus Christophori de Turri, qui hoc a hostibus recuperavit.

Hiteles másolata a pannonhalmi főapátsági lt. c. 18. 1. N.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

51.

Róma, 1535 augusztus 5.

III. Pál pápa Frangepán Ferencz kalocsai érseket szerzetes állása többnemű kötelességei alól felmenti és kiváltságokkal felruházza.

Dilecto filio Francisco de Frangepanibus ordinis fratrum minorum professori Paulus Papa III. Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. Singularis devotionis affectus, quem ad nos et Romanam geris ecclesiam, nec non religionis zelus aliaeque praeclarae animi tui dotes, super quibus apud nos famae laudabilis commendatione clarere dignosceris, nos inducunt, ut te specialibus favoribus et gratiis prosequamur. Hinc est, quod nos cupientes, ut tu, qui, ut accepimus, magnatibus principibus et aliis dominis temporalibus regni Hungariae plurimum es gratus et acceptus et pro illis tanto regni tumultu pacificandis in partibus illis moraris, ac plurimum in hoc perfecisti, spesque non modica est, quod et

magis sic perfecturus, in futurum tam bonum opus quietius prosequi valeas, opportune providere: motu proprio tibi, ut extra domos et alia loca tui ordinis fratrum minorum, et cum duobus eiusdem ordinis professis per te pro tempore eligendis (qui tamen super hoc eorum superiorum habeant licentiam), commorari ac permanere, et equos ac mulas equitare, camisias et calceamenta deferre, et horas canonicas diurnas pariter et nocturnas, necnon missas et alia divina officia ad usum Romanae praedictae, seu cuiusvis alterius per te pro tempore eligendae ecclesiae, ac in solennitatibus sanctorum in calendario Romano annotatorum, de quibus in ipso ordine officium celebratur, nullum tamen officium proprium, aut orationem tantum vel unicam lectionem habent, officium vel commemorationem in utrisque vesperis et matutinis, et ipsam unicam lectionem pro nona lectione, necnon in Adventu et Quadragesima, ac etiam post Pascha officium de feria pro arbitrio tuo, necnon diebus sabbati, quibus festum duplex non celebratur, et dominica sequenti, qua de ipsa dominica officium fieri debet, ad vesperas, psalmos, Benedictus, Exaltabo te, Lauda anima mea, Laudate Dominum quoniam bonus, et Lauda Jerusalem Dominum, cum antiphonis illius sancti, de quo officium in ipso sabbato celebratum extitit, pro arbitrio tuo celebrare et recitare libere et licite valeas, tibi et, quamdiu tecum, ut praefertur, fuerint, eisdem fratribus eligendis, auctoritate apostolica tenore praesentium de speciali gratia indulgemus, teque et eosdem duos fratres, quamdiu tecum, ut praefertur, fuerint, ab alia divini officii recitatione, necnon superioritate, obedientia, iurisdictione, visitatione et correctione superiorum dicti ordinis (ita ut in casibus regula B. Francisci contentis) ad ministrum generalem vel provincialem recurrere minime teneamini, verum tu in eosdem tecum residentes fratres eandem potestatem, auctoritatem et facultatem, quam dictus minister generalis secundum regularia instituta huiusmodi in fratres dicti ordinis habere et exercere consueverit, habere et exercere libere et licite possis et valeas auctoritate et tenore praemissis eximimus et liberamus. Non obstantibus quibusvis apostolicis, ac provincialibus et sinodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus — — —. Datum Romae apud Sanctum Marcum sub annulo piscatoris. Die V. Augusti MDXXXV.

Hevenesi-kéziratgyűjtemény. XXXV. 72. 1. (Töredékben kiadták *Schmitth*, Episcopi Agrienses II. 333. *Katona*, XX. 937.)

Közli: Dr. Rapaics Rajmond.

52.

Nürnberg, 1535 augusztus 6.

Vergerius pápai nuntius az egri püspöknek megírja: mily nagy tisztességgel fogadta őt Nürnbergben a városi tanács, valamint az ott időző fejedelmek s köztük a brandenburgi őrgróf, ki pedig a lutheranus fejedelmek egyik legelseje, mindamellett a pápáról s a szentszékről a legnagyobb tisztelettel szólt s a zsinat megtartását a legkívánatosabbnak mondta.

Reverendissime Domine honorande. Plures iam dies elapsi sunt, ex quo a Dominatione Vestra Reverendissima discessi, necdum tamen quicquam ad Eam literarum dedi, quod quidem ex eo factum est, quod in assiduis laboribus versatus vix aliquando satis temporis ad respirandum inveniebam, nedum possem humaniori ac politiori huic officio satisfacere, cum presertim nihil memorabile haberem, quod ad Illam scriberem. Nunc autem tametsi parum etiam necesse sit, ne tamen oblitus omnis officii viderer, statui Eam certiorem reddere, ubi ad presens degam, et quod hactenus rerum gesserim. Hesterna die Nornbergam appuli, ubi publice a toto senatu magnis honoribus susceptus sum. Ubi nam primum resciverunt, pontificis Oratorem advenisse, primates ad me viros publico nomine cum esculentis et poculentis muneribus miserunt. Cumque illis ego profectionis huius mee causam indicassem, effuse omnes gaudere et summum pontificem extollere ac venerationis etiam nomine appellare ceperunt. Antea ad Bavarie duces fueram, tum ab eis ad Illustrissimum Georgium Brandenburgensem Marchionem transcenderam, a quo quamvis inter primarios Lutherane factionis principes habeatur, mirifico tamen honore exceptus fui. Ipse nam primo turmam mihi equitum iussit occurrere, deinde in aedes suas ipse cum fratre introduxit convivijsque lautissimis, venationeque ac omni liberalitatis genere prosecutus est. Quantum vero ad materiam concilij attinet, se plurimum eam cupere significavit, curaturumque se, ut Summi Pontificis de eo agendo sententia ab omnibus suis approbetur, spopondit. Deque ipso Summo Pontifice preter omnem expectationem meam honorifice semper locutus est, eum supremum et universalem omnium Patrem, sanctamque Sedem Apostolicam omnibus alijs superiorem attestans, ita, ut cum tales ab huiusmodi viris susceptiones taliaque humanitatis argumenta receperim, bene iam nobis sperandum arbitrer, sanctissimum hoc negotium Deo iuvante perfici posse. Hinc ego Bambergam recta proficisci statui. Satisque iniquis et importunis caloribus huiusce mihi labores

subeundi sunt, quos tamen divini numinis auxilio perlaturum me spero. Misissem ad Dominationem Vestram Reverendissimam monitorium, de quo iam collocuti sumus, verum, cum hactenus inter hereticos versari mihi contigerit, neque otium neque modus eius conficiendi fuit. Quam primum autem ad Bambergensem episcopum pervenero, illud me transmissurum polliceor. Dominatio Vestra Reverendissima me interim commendatum habeat, et, si quid novi isthic contigerit de pace presertim, suis me literis certiorem reddere non dedignetur. Othonellus quoque sese reverenter Eidem Reverendissime Dominationi Vestre commendat.

Noremberge VI Augusti 1535.

Servitor *Vergerius*, Nuntius.

Kívül: Reverendissimo Domino Agriensi, Domino meo observandissimo. Viennae.

Egy ív papir két oldalán piros záropecsét nyomával. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1535. Aug. 2.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

53.

Bécs, 1535 augusztus 27.

Ferdinánd a pannonhalmi monostortól elvett zalamegyei birtokokért cserébe adja a túróczi prépostságnak komárom- és győrmegyei jószágait.

Nos Ferdinandus etc. Recognoscimus per praesentes, quod quia Nos totalem possessionem Kwlchod in Comaromiensi, ac portiones possessionarias in possessionibus Nagy-Barathÿ, Nagy-Écz, et praedium Megyer vocatum, in Jauriensi comitatibus existentes et habitas, alias ad Praeposituram Ecclesiae Beatae Mariae Virginis de Thurocz, quae nunc apud manus nostras habetur, pertinentes, ab eadem Praepositura de Thurocz authoritate Iuris Patronatus nostri Regii, quod in cunctis Ecclesiis Regni nostri Hungariae habemus, bonis et salutaribus quibusdam rationibus animum nostrum moventibus, reverendo et religiosis Fratribus Michaëli Abbati et Conventui Ecclesiae Sancti Martini Sacri Montis Panonniae, in permutationem et concambium possessionum eorundem Abbatis et Conventus Sancti Martini Isthwand ac Hegymaghas Apathi vocatarum, et praedii Zent Marton fewlde nominati, omnino in comitatu Zaladiensi existentium et adiacentium, dedimus, donavimus, ac titulo concambialis permutationis perpetuo assignavimus, et praedictae Ecclesiae Sancti Martini annectendas et uniendas

duximus. Et eosdem Michaëlem Abbatem et Conventum assecuravimus, quod nacta opportunitate, super huiusmodi permutatione etiam Sanctissimi Domini nostri Papae assensum impetrari et obtineri curabimus. Imo assecuramus harum nostrarum vigore et testimonio litterarum. Datum Viennae, feria sexta proxima post festum Beati Bartholomaei Apostoli. Anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo quinto. Regnorum nostrorum Romani quinto, aliorum vero nono.

Hevenesi-kéziratgyűjtemény, XLIV. köt. 130. l. (Főapátsági levéltár Caps. 33. Q.) — Kaprinai, ki ez okiratot Collect. Msc. B. Tom. XXVIII. 92. szintén közli, a következő megjegyzést teszi hozzá: *Adnotatio.* Causae autem et rationes separationis haec fuerunt. Ferdinandus.

54.

Zólyom, 1535 augusztus 28.

Klein János zólyomi plébános a selmeczbányai tanácstól egy gonosztevőnek kegyelmet kér.

Christus unser einiger Trost, Mitler und Heylandt, der erhalt Ewer Weyshayth yn seyner Gnod in Ewikeyt Amen.

Ersamer Herr Richter und namhafftige Weysy Hernn. Nochdem der almechtig Gott taw gutt der frydsamen uber dy Caynes Kynder hÿ eyn pylliche schtroff und roch gelossen hatt, well wyr ym um sylliche gnod vast dangbar seyn und sylliche schtroff durch Gottes Wort helffen tzyrn und schterken und nicht schwechen.

Ydoch lest die rechte Chrystliche Lieb yr ort und greyfft offt Gottes Gepott und Ornung (így) an, welliche alle tzeydt hofft auch von den bösen alles guts und besserung und gedenck, der yst hewth eyn Tewffel, es kan woll mögen einen Engl werden. Dem noch pyn ich in sunderhayst gepetten worden, aus dysem krass von vÿln erlichen seelsorgern, von vÿln namhafftigen des Addels (így) und von vylln tugensamen frawen, ich solt gott ansechen und sol an ewry weyshayt mitt schrayben un pytten al den fleyss ankeren, das eyn syllicher jynglyng taw eyner besserung pey dem leben erhalden micht verden.

Tarum pytt wÿr alle um gottes wyllen (ob es müglich yst) nochdem gott seyn gerechtikeyt offt auffhebt unser syndt halben, Ir wolt auch gott ansechen, und wolt ewerÿ pylliche schtroff ytzundt von dem Jüngling vorn lassen und wolt ym gnodt ertzaygen. Wyr wellen fleysig gott pytten, das gott euch und uns in dem letzten

gerÿcht genedig und barmhertzig wyrt seyn Amen. Geben ym 28 Augusti. 1535.

Johannem Cleyn,
pfarer ym Altensol mit vyl dynern des Worts mit villn des Adels mit vyln tugensamen weybern.

Kívül: Dem Ersamen Hern Rychter und Rath der Könighliche Stat Schemnitz. *Más kézzel:* Furpitt einem morder sein leben zuefristen.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. XVI. század. Vallási tárgyú levelezések.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

55.

Brumovicz, 1535 augusztus 29.

«Joannes verbi Dei minister ecclesie Brumovicensis» értesíti a selmeczbányai tanácsot, hogy bár őt «Magister Johannes Troper parochus vester» megfogadta selmeczbányai tót hitszónoknak, mégis, mivel a selmeczbányaiak meghivó levelét későn kapta meg (feria 6 p. Bartholomei), Szent-Mihály napra le nem mehet, hanem csak Szent-Márton napra.

Joannes, verbi Dei minister ecclesiae Brumowiciensis nuntiat senatui Schemniciensi se, litteris Joannis Troper parochi Schemniciensis pro praedicatore Slavonico invitatum, tantum ad festum s. Martini descendere posse.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

56.

Bécs, 1535 augusztus 31.

Enyingi Török Bálint bizonyos feltételek alatt megigéri a kezében levő egyházi javak visszaadását.

Ego Valentinus Therek de Ennying etc. fateor et recognosco per presentes, quod ego Sacratissimam Regiam Majestatem, dominum meum clementissimum Regem Ferdinandum, de universis debitis, quibus Majestas Sua usque in hunc diem ratione servitiorum meorum preteritorum nobis obligabatur, et etiam de omnibus illis gratiosis oblationibus Majestatis Eius, quas mihi hactenus pro nostris preteritis servitiis cum effectu reddere obtulit, quiettam et expeditam modisque omnibus absolutam reddo. Et preterea, quamprimum arces, castella, ceteraque bona prioratus Auranee, que scilicet

in manibus dominorum comitum de Zrÿn titulo pignoris habentur, juxta transactionem, quam desuper cum Regia Majestate initam habemus, ad manus meas devenerint, universa bona Ecclesiastica, que pro temporis conditione occupative teneo, illis, ad quos jure pertinent restituenda, manibus reverendissimi domini Thome de Zalaháza, Episcopi Ecclesie Agriensis, sine ulla difficultate dare et assignare bona fide promitto. Et ad hoc exnunc, prout extunc, nosmet obligatos esse volumus, donacionibus tamen prefate Majestatis Regie, nobis graciose donatis et collatis, salvis nobis et heredibus nostris semper remanentibus, harum mearum vigore et testimonio literarum mediante.

Datum Wienne feria tertia proxima ante festum beati Egidij Abbatis. Anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo quinto.

(L. S.)

Kívül: Quietantionales Valentini Török super praetensionibus suis a Ferdinando I. non amplius petendis.

Eredetije a *kismartoni* főlevéltárban. Fasc. G. Nr. 122. Rep. 45.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

57.

Csorna, 1535 szeptember 1.

A csornai konvent jelenti, hogy Bársony Boldizsár királyi ember Péter miséspap és csornai konventi tag jelenlétében a 48. számban említett oltárigazgatóság házát Sopronban Pacsa Jánosnak átadta. Ellenmondás nem történt.

Conventus de Csorna testatur Balthasarem Bársony, notarium regium minoris Cancellariae, rectoratum altaris Sopronienses coram Petro presbytero et conventus de Csorna socio tradidisse absque contradictione Joanni Pacha.

Eredetije Sopron város levéltárában. Lad. LI. fasc. II. Nr. 9.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

58.

Bécs, 1535 szeptember 19.

Várday Pál esztergomi érsek a somogyvári apátságot még Báthory István nádortól mint kegyúrtól kapott kijelölés alapján Pereghy Albert pécsi prépostnak adja.

Nos Paulus de Varda, miseratione divina Archiepiscopus ecclesiae Strigoniensis locique eiusdem comes perpetuus, Primas et Legatus Natus Regni Hungariae ac Supremus Aulae Regiae

Maiestatis Cancellarius, Reverendo Dno Alberto Peregh Praeposito Ecclesiae Quinqueecclesiensis et a secretis Regiae Maiestatis benemerito, Nobis sincere dilecto, salutem in Domino sempiternam. Vitae et morum honestas, aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, quibus te, non aliorum modo fidedignorum testimonio, verum nostra quoque propria experentia ab Altissimo insignitum esse agnovimus, Nos inducunt, ut te gratiis et favoribus prosequamur opportunis. Cum itaque Abbatia monasterii Sancti Aegÿdii Confessoris, Ordinis divi Benedicti, de Simigio, iurisdictionis nostrae Strigoniensis, nunc per mortem reverendi quondam Michaëlis Lanchich, eiusdem abbatiae veri, legitimi et immediati possessoris, seu alias certo modo de iure et de facto vacare noscatur: Nos de ea sic vacante tibi, tanquam personae idoneae et bene meritae, praemissorum meritorum et virtutum tuarum intuitu, ad legitimam praesentationem spectabilis et magnifici quondam domini Stephani de Bathor, tunc Regni Hungariae Palatini, virtute iurispatronatus regii, sibi in hac parte concessi, et de expressa Regiae Maiestatis voluntate literatorie nobis facta (quarum quidem litterarum tenores hic pro sufficienter expressis habere volumus) canonice providendum, in eademque te instituendum et investiendum duximus, imo providemus, instituimus et investimus in Dei nomine per bÿrreti nostri capiti tuo impositionem, Regia et nostra ordinaria authoritatibus praesentium per vigorem, recepto tamen primitus a te iuramento corporali, tactis Scripturis Sacrosanctis, ad sancta Dei evangelia: quod Nobis et successoribus nostris Archiepiscopis eorumque Vicariis pro tempore institutis fidelis et obediens eris, resque et bona dictae Abbatiae non alienabis, non distrahes, neque dissipabis, quin potius alienata, distracta et dissipata toto posse tuo recuperabis; mandantes serie praesentium firmissime, in virtute salutaris obedientiae et sub maioris excommunicationis sententiae poena, priori et toti Conventui fratrum Monasterii Sancti Aegÿdii Symegiensis Ordinis praedicti, quatenus mox visis praesentibus, te in verum, legitimum et indubitatum ipsorum Abbatem recipiant, admittant et agnoscant, tibique in omnibus licitis et honestis debitam reverentiam et obedientiam utpote tanquam vero et legitimo ipsorum Abbati exhibere debeant et teneantur; secus non facturi. Harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Viennae Pannoniae, decima nona Mensis Septembris. Anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo quinto. *L. S.*

Hevenesi-kéziratgyűjtemény, XLVII. köt. 364—367. ll. (Ex archivio Camerae Poson. Capsa Q. Q. Q.)

59.

Torna, 1535 október 20.

Vingardi Horváth Gáspár kéri a királyt, hogy azon bécsi házat, melyet néhai Tamás egri püspök végrendeletileg neki hagyományozott, megbizottjának általadni kegyeskedjék, minthogy kész a hagyományozótól kijelölt feltételeket teljesíteni.

Sacratissime Rex... Intelli[go] a Domino Transilvanensi Reverendissimum Thomam Agriensem, pie memorie, domum suam, quam Wienne emerat, mihi in testamento misisse, ea tamen conditione, ut tapetas, quas a Barbara de Colonia emerat, ut residuitatem, quam adhuc filio ipsius Barbare debebat, ego persolverem: Maiestati V... supplico, dignetur Maiestas V. domum illam ut in manus hominis mei assignent, committere; ego paratus sum illum de illis debitis contentum reddere... Ex castro meo Thorna 20 Octobris 1535.

Eiusdem Maiestatis V. S.

fidelis servitor
Caspar Horwath de Wyngarth,
Cubiculariorum Maiestatis V. Magister
manu propria.

Kívül: Sacratissime Regie Maiestati, Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. Regi...

Egy ív papir két oldalán pirosviasz zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. Okt. 25.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

60.

Bécs, 1535 november 6.

Várday érsek levele Beszterczebánya városához. Inti őket, hogy plébánosukat javadalmától meg ne foszszák.

Prudentes et circumspecti domini, amici nobis honorandi, Salutem. Intelleximus dominationes vestras plebanum ecclesie istius civitatis vestre parochialis, religiosum, catholicum, et supra gregem dominicum vigilantem, removere, beneficioque suo priuare velle. Cum autem correctio et priuatio beneficiatorum, sub nostra diocesi existentium, ad Nos tanquam pastorem animarum pertinet, hortamur dominationes vestras, et in virtute sancte obediencie requirimus,

quatenus de absolucione et priuacione ipsius plebani vestri supersedere velint. Missuri enim sumus brevi, ex mandato Regie Maiestatis, ad omnes ciuitates Montanas Commissarios nostros sufficientes, qui vice et authoritate nostra ordinaria religionem, vitamque et mores omnium plebanorum et beneficiatorum canonice inquirere debebunt, facta autem inquisicione, si qui pro eorum demeritis removendi erunt, removebuntur, aut alio modo punientur, ubi et religiosi in eorum beneficiis confirmabuntur. In hijs autem omnibus ita procedetur, ut libertati do: vestrarum aliarumque civitatum in nullo derogabitur. Que valeant felices. Datum Wienne 6. die Mensis Novembris, Anno domini 1535.

Paulus
Archiepiscopus Strigon. m. p.

Kívül a czím alatt: In die Barbare presentate per Joannem Pekhum 1535.

Eredetije Beszterczebánya város levéltárában. Fasc. 267. Nr. 7. Kiadta *Katona* XX. 2. 959. l.

Közli: Timon Ákos.

61.

Bécs, 1535 november 21.

Ferdinánd király néhai Désházi Szilágyi Istvánnak és nejének, valamint anyósának a berdoveczi ferenczrendüek javára kiadott alapítólevelét ugyanazon ferenczrendüek kérésére átírja s megerősíti.

Nos Ferdinandus... memorie commendamus tenore presentium significantes, quibus expedit universis, quod pro parte et in personis religiosorum Fratrum Ordinis Minorum sancti Francisci de observantia in possessione Berdowcz pertinentie castri Zomzedwara commorantium exhibite sunt nobis litere magnifici quondam Stephani Zylagy de Deeshaza, comitis perpetui de Zomzedwara et Zelyn ac Margarethe Hennyng, relicte quondam magnifici Joannis Banffy de Alsolindwa socrus ac Anne Banffy consortis eiusdem in dupplici papiro patenter confecte sigilloque eiusdem Stephani Zylagy consignate, quibus mediantibus idem Stephanus socrusque et coniunx eiusdem ad structuram atque edificium cuiusdam claustri, quod ipsi suis expensis et sumptibus in pertinentiis castri sui Zomzedwara videlicet in Sancta Gorycza pro prefatis Fratribus edificandum decrevissent, itemque ad sustentationem eorundem Fratrum villam ipsorum Therztenyk vocatam aliosque certos red-

ditus et emolumenta dedisse ac deputasse dinoscebatur tenoris infrascripti, supplicans nobis ut easdem literas ac omnia et singula in eisdem contenta ratas et accepta habere literisque nostris privilegialibus inseri et inscribi facere, eisdem nostrum regium consensum prebere easque perpetuo valituras confirmare dignaremur, quarum tenor talis est. (Lásd föntebb: I. kötet 327. lap.)

Nos itaque supplicatione predictorum fratrum nostre, modo quo supra, porrecta Maiestati exaudita clementer et admissa, praescriptas literas dicti quondam Stephani Zylagy ac praescriptarum dominarum non abrasas, non cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas presentibusque literis nostris privilegialibus de verbo ad verbum sine diminutione et augmento aliquali insertas et inscriptas, et, si in quantum eedem rite et legittime sunt emanate, viribusque earum veritas suffragatur, approbavimus et ratificavimus, eisdem nostrum regium consensum prebuimus, immo prebemus benevolum et assensum harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum Vienne die Dominica post festum beate Elizabeth vidue, anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo quinto, regnorum nostrorum etc.

Ferdinandus m. p.

Nyilt papirlevél a király sajátkezű aláirásával, de pecsét nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1535. Nov. 18.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

62.

Várad, 1535 november 22.

János király megbizó levele Frangepán érsek és Brodarics püspök, a császárhoz küldött követei részére.

Excellentissimo principi domino Carolo quinto divina favente clemencia Romanorum imperatori semper augusto, necnon Germanie, Hispaniarum, utriusque Sicilie et Hierusalem regi etc. amico maiori nostro honorandissimo, Joannes dei gracia Hungarie, Dalmacie Croacie etc. rex, salutem et omnis felicitatis continuum incrementum. Excellentissime princeps, domine amice maior noster honorandissime, in certis arduis et nostris et tocius reipublice christiane negociis mittimus ad vestram sacram cesaream et catholicam maiestatem hos fideles et primarios consiliarios nostros presencium ostensores, reverendos in Christo patres dominos Franciscum comitem de Frangepanibus, Colocensis et Bachiensis ecclesiarum canonice

unitarum archiepiscopum et electum ecclesie Agriensis, necnon Stephanum Brodericum episcopum Sirmiensem et postulatum ecclesie Quinqueecclesiensis. Rogamus itaque vestram sacram cesaream et catholicam maiestatem, velit dictorum oratorum nostrorum et commissariorum verbis fidem indubiam habere, perinde ac nostris propriis: omnia enim, que sacre vestre catholice et cesaree maiestati nomine nostro dicturi sunt, a nobis dicenda acceperunt, et maiestas vestra sacra ad ea pro salute religionis christiane se accomodare dignetur. Quam Deus optimus diu felicissimam conservet. Varadini vicesima secunda die Novembris anno Domini M. D. XXXV. regnorum vero nostrorum anno decimo.

Joannes Rex Hungarie manu pp.

Lanz, Correspondenz des Kaisers Karl V. II. 207. — *Theiner*, Vetera monum. Slavorum merid. I. 628.

63.

Ida, 1535 november 22.

Makófalvi Tamás, a szepesi egyház éneklőkanonokja bizonyítja, hogy a kassai birótól kilencz, különböző tárgyakról szóló kiváltságlevelet és egy kar-inget átvett.

Ego Thomas de Makofalwa, cantor et canonicus ecclesie Montis Sancti Martini Scepusiensis etc. fateor et recognosco per presens manuscriptum meum: ab egregio domino Andrea Melcher, Judice civitatis Cassoviensis, novem instrumenta privilegia, ex certis negotiis sonantia et existentia, que tempore conflagrationis dicte civitatis cum aliis rebus tam propriis, quam ecclesie Bachiensis in manus dominorum Judicis et Consulum tunc devenerant, recepisse et accepisse, simulcum uno supprapellutio [így], de quibus prefatum dominum Judicem, ceterosque dominos Consules vigore et testimonio literarum mearum mediante quittum ac expeditum reddidi. Datum in Ida XXII. die Novembris, anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo qninto.

Idem manu propria.

Egy negyedív papir egyik oldalán, alatta zöldviaszba nyomott gyűrűpecséttel. — *Kassa város levéltára 1601.*

Közli: Bunyitay Vincze.

64.

Bécs, 1535 deczember 7.

Ferdinánd király megparancsolja a kassaiaknak, hogy azokat az arany és értékes tárgyakat, miket Erdődy Simon zágrábi püspök az elmult években Henckel János egykori plébánosuk gondjaira bízott, ez pedig náluk hagyott, nevezett püspöknek haladéktalanul visszaadják.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungariae et Bohemiae etc., rex, semper augustus, infans Hispaniarum, archidux Austriae etc.

Prudentes et circumspecti fideles nobis dilecti. Exposuit Maiestati nostrae fidelis noster reverendus in Christo pater dominus Simon episcopus ecclesiae Zagrabiensis, quomodo ipse superioribus annis depositum certarum rerum aurearum et pretiosarum rationumque suarum in capsula sive ladula quadam manibus fidelis nostri venerabilis Joannis Henkel, alias plebani vestri isthic Cassoviae sub bona restitutionis fide commendaverat, quod ipse Joannes Henkel in translatione vobis salvum ac integrum reliquerat, prout vos ad requisitionem fidelis nostri spectabilis et magnifici domini Alexii Thurzo, iudicis curiae nostrae sponte affirmasse comprobamini. Cum autem nulla iusta et rationabilis causa appareat, cur depositum ipsum domini Zagrabiensis restitui non debeat: fidelitati igitur vestrae firmissime mandamus, ut acceptis praesentibus praescriptam ladulam unacum rebus et rationibus per ipsum dominum Zagrabiensem isthic depositam absque omni dilatione vel subterfugio eidem Domino Zagrabiensi vel homini suo, quem idem vobis suis in literis declaraverit, dare et restituere teneamini. Secus nullo modo, nullaque ratione facturi, praesentes pro vestra superinde expeditione reservando. Datum Wiennae in profesto Conceptionis Virginis gloriosae anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo quinto.

Ferdinandus m. p. *Wylaky* m. p.

Kívül: Prudentibus et circumspectis iudici et iuratis civibus ceterisque inhabitatoribus civitatis nostrae Cassoviensis, fidelibus nobis dilectis.

Eredetije papiroson, zárlatán piros pecséttel, Kassa város levéltárában. Közölte *ifj. Kemény Lajos:* Történelmi Tár. 1890. évf. 387. l.

65.

Sárospatak, 1535 deczember 17.

Esztery György sárospataki prefektus írja Boczkovicz Ulriknak: Igaz ugyan, hogy az elűzött anabaptisták kértek engedélyt a Patakon való megtelepedésre, de Patak ura, Perényi Péter, meg nem tűri őket.

Magnifice Domine, Domine mihi observandissime post meorum servitiorum commendationem! Literas M. D. V. ex parte *Anabaptistarum* scriptas domino meo gratiosissimo et in absentia sue Dominationis mihi intitulatas perlegi et sane intellexi, quod scribit M. D. V. se intellexisse prefatos Anabaptistas profligatos et ex ditionibus Regie Mtis undique pulsos ac eiectos in civitate Pathak sedem se habituros sperare a domino meo gratiosissimo. Sive istud soli Anabaptiste publicaverint, sive per alios sit declaratum, M. D. Vestra fidem huiusmodi rumoribus non adhibeat. Verum quidem est, quod illi domino meo gratiosissimo plurime pro sede supplicant et post dominum meum etiam mihi, et litere eorum perlate sunt ad dominum meum; tamen ego nullo modo possum in animum meum inducere, uti dominus meus, qui totus ad exequendam Regie Mattis voluntatem propensus est, credi debeat hoc hominum genus ad sua bona suscipere. Mittam autem literas M. D. V. quamprimum oportunitas erit, domino meo gratiosissimo, ex quibus non dubito suam magnificentiam bonum consilium Magnifice D. V. libenter amplexurum.[1] Deus optimus, maximus conservet M. D. Vestram. Ex Pathak feria sexta post [festum] Lucie Virginis, anno Domini M. D. XXXV. Magnifico Domino Hulricho Christophoro Domino de Boczkovicz et Czernahora Servitor Georgius Eztery prefectus civitatis m. p.

Egy félív papir egyik oldalán, pecsét nélkül; lehet, hogy csak másolat, de egykorú. — *Bártfa város levéltára.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

[1] Franciscus Dobo de Ruszka «pomeria eius (Collegii Sárospatakiensis) ampliavit et *ordinem anabaptisticum* hungarice *Fazekas-sor* nominatum adiecit». Szombati J.: Monumenta protestantium Hungariae ecclesiastica. 1860. p. 190.

66.

Beszterczе, 1535 deczember 17.

A beszterczei biró és tanács jelenti az erdélyi püspöki helytartónak, Adorján kanonoknak, hogy Ambrus a szász-szentgyörgyi plébániáról lemondott. Kéri, hogy a helyébe választott János miséspapot erősítse meg.

Iudex senatusque Bistriciensis nuntiat Adriano, vicario et canonico Albensi, Ambrosium plebaniam de Zenthiorg (Szász-Szentgyörgy) resignasse et recommendat Joannem presbyterum, neoelectum plebanum ut confirmetur.

Eredetije papiron, Beszterczе város levéltárában.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

67.

Bécs, 1535 deczember 18.

Ferdinánd megparancsolja a körmöczbányai kamara ispánjának, hogy a körmöczbányai templomot illető díjakat kiszolgáltassa.

Ferdinandus diuina fauente clemencia Romanorum, Hungariae Bohemiae etc. rex semper augustus, Infans Hispaniarum. archidux Austriae etc. fidelibus nostris egregÿs et nobilibus Bernardo Behem, comiti Camerae Crempniciensis, ac Joanni Dobrawÿczky et Bertholdo similiter Behem, vice comitibus eiusdem, salutem et graciam. Ex querelis fidelium ciuium ciuitatis Cremniciensis accepimus, vos census a molendinis mineralibus ecclesiae parochialis illius ciuitatis ebdomadatim dare solitos, ad multa iam mandata nostra, in hunc usque diem dare et administrare recusasse, diuersis in ea re vtentes tergiuersacionibus, et difficultatibus, in manifestum tot mandatorum nostrorum contemptum. Quod non sine displicencia accepimus. Nunc igitur iam ex superabundanti vobis denuo committimus firmiter, vt predictos census ecclesiae ipsorum, citra omnem vlteriorem renitenciam et difficultatem reddere et administrare debeatis, et secus sub indignacionis nostrae poena* nullo modo facere presummatis. Nam alioquin, si ulteriores ad nos in hac re querele venerint, impunitam non praetermittemus hanc tot mandatorum nostrorum transgressionem. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Vienne, sabbato

* Az eredetiben tollhibából kimaradt.

proximo post festum beatae Luciae Virginis Anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo Quinto.

Ferdinandus. (L. S.) *Wylaky.*

Eredetije Körmöczbánya levéltárában tom. I. f. 19. fasc. 2. Nr. 41.

Közli: TIMON ÁKOS.

68.

Bécs, 1535 deczember 21.

Ferdinánd megparancsolja Homonnay Drugeth Gábornak, hogy azon egyházi szereket, amiket a leleszi monostorból testvére Pál elrabolt, adja vissza.

Ferdinandus — Fideli nostro magnifico Gabrielli Drugeth de Homonna salutem et gratiam. Ex supplicatione fidelis nostri venerabilis et religiosi viri Joannis Praepositi Ecclesiae Sanctae Crucis de Lelesz* intelleximus, superioribus annis magnificum Paulum Drugeth de Homonna, fratrem tuum, in praedictum Monasterium temere impetum fecisse, et sacras res argenteas et sericeas Deo dicatas e Monasterio exportasse, quas illo mortuo ex praedicti Joannis Praepositi supplicatione apud te esse intelligimus. Cum autem huiusmodi res sacras homini praesertim Christiano non liceat quoquomodo in profanos usus convertere: mandamus tibi firmiter, ut acceptis praesentibus quascunque res argenteas, aut alia sacra Ecclesiae illius Lelesziensis suppellectilia suae Ecclesiae praefatae quamprimum restituere debeas; nolumus enim permittere ullo pacto, ut tales res sacrae a suis Ecclesiis per quospiam abalienentur. Secus igitur ne feceris. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Viennae in festo Sancti Thomae Apostoli anno Domini 1535.

Ferdinandus m. pria. *Wylaky.*

Kaprinai Msc. C. tom. III. pag. 384.

* A Schematismus canonicor. regul. Ord. Praemonstratensis Praepositurae s. Joannis Bapt. de castro Jaszó ad an. schol. 1891/2 szerint: *Joannes IV. de Quinque-Ecclesiis (Péchy ?).*

69.

Lőcse, 1535 deczember 29.

Boczkovicz Ulrik levele Bártfa város tanácsához. Ismételt kérdezősködésre értesíti a tanácsot, hogy az anabaptistákat, mint Perényi Péter tisztlartója levelének mellékelt másolatából láthatják, sem Patakon, sem annak vidékén megtelepedni nem engedik.

Meinen grues vnnd diennst mit guetem willen zuvor. Ersamb, weisse, lieb vnnd guet Frueundt. Das Ir mir abermals der Widertauffer wesen habt angezaigt, bedannkh ich mich gegen Euch fruenndtlich. Vnnd wiewol Ir in Ewren schreiben, so Ir mir jezt gechen vermeldet, das gedacht Widertauffer nochmals ires Nidertunns furnemen gen Patakh stellen, so hat mich doch des Herrn Prinnÿ Peters Verwallter daselbst zu Patakh auf mein schreiben, mit dem Ich in jungist dahin angelanngt, das denselben Widertauffern solhes Ires furnemens gen Patakh, noch annders denselben orten nit stat gechen würde, sovil bericht, das inen den Widertauffern sich daselbst niderzachain nit zugelassen wirdt, wie Ir nach Abschrifft desselben schreiben hirbei vernommen mugt. Nicht weniger hab Ich demselben Verwallter zu Patakh jetz abermals derhalben zuschreiben nit vnderlassen, dergleichen wo es mich sonnst von noten hat angesehen, das Ich also gedennkh, es werde den Widertauffern Irer Wonung vnd einwurtzlung diser orten inndort beruklicher platz gelassen. Was Euch nun weiters hier Inn glaubwirdigs furkhumbt, wellet michs aigentlich berichten, damit Ich ferner notdurfftigchlich einsehung thuen mus. Hirmit was Euch lieb ist. Datum Leÿtsch am XXVIII. Decembris zu Aussgang des XXXV. Jars. Vlrich Christof Herr von Boczkhovicz vnd Tschernahor, Verwallter der obristen Veldhaubtmanschafft in Hungern.

Kívül: Den Ersamen vnd Waisen N. Richter vnnd Rate der Stat Partfa, meinen sounder lieben vnnd gueten fruenndten.

Egy ív papir két oldalán, veresviasz zárópecséttel. — *Bártfa város levéltára.*

Közli: Bunyitay Vincze.

70.

Bécs, 1535 deczember 31.

Ferdinánd a szalavári apátságot Hasságyi Ferencznek adja.

Anno 1535. Viennae in festo B. Silvestri Papae confertur Abbatia de Zalawar Egregio Francisco Hassagÿ.

Kaprinai Collect. Msc. B. Tom. XXVIII. 82. l.

71.

Pozsony, 1535 deczember.

A Ferdinánd királytól összehivott pozsonyi országgyűlésén alkotott törvényczikkelyekből.

Constitutiones statuum et ordinum in conventu Posonii pro festo beatae Elisabeth anno Domini MDXXXVI [1] celebrato editae.

Articulus IX.

Generaliter vero, bona universa ecclesiasticorum et saecularium omnium fidelium Maiestatis Regiae, per hos annos post serenissimi piae memoriae domini Ludovici regis obitum indebite occupata, usque festum beati Mathiae apostoli proxime venturum illis, quibus sunt adempta, restituantur.

Articulus XV.

Quum reverendissimo domino archiepiscopo ecclesiae Strigoniensis, ex eiusdem ecclesiae antiquis privilegiis, tanquam summo et secretario cancellario regio iure competat, ut ipse iuxta formam generalis decreti regni, tanquam personalis Maiestatis Regiae praesentia, unus ex iudicibus regni ordinariis esse censeatur. Tum igitur ex eo, tum etiam quod sit et Ungariae primas, Maiestas Regia inter dominum locumtenentem et caeteros ecclesiasticos consiliarios ac iudices regni ordinarios eum faciat ordinem, ut idem dominus Strigoniensis et in consilio et in iudicio, pro suo et ecclesiae suae honore, ut convenit, sua libere fungatur authoritate.

[1] A törvénykönyv szerkesztői hibásan tették ezen évet 1535. helyett.

Articulus LI.

Immunitates ecclesiarum parochialium semper observentur, nec quisquam, sub poena in generali decreto expressa, eas audeat violare.

Articulus LIII.

In beneficiis ecclesiasticis, quibus quispiam pro fide et fidelitate Maiestati Regiae debita per hos annos spoliatus extitit, postquam Deo optimo maximo auctore sive tractatibus pacis, sive armis Maiestas Regia Ungariam recuperaverit, spoliatos in integrum, ut convenit, restituet.

Articulus LVIII.

Cum aliquot capitula et conventus adversariis Maiestatis Regiae obediant et alioquin multa impedimenta ex temporis iniuria plerumque emergant, quominus ea, quorum interest, capitulorum et conventuum loca exequutionem aliquam cuipiam fidelium Maiestatis Regiae necessario facere possint, propterea placuit, ut capitula quaeque et conventus, ad loca huiusmodi exequutionum magis vicina, si quas fecerint vel facturi sint exequutiones, citra tamen dolum et fraudem, ubique efficaces habeantur.

Fraknói: Magyar Országgyűlési Emlékek. I. 564—578.

72.

1535 (napi kelet nélkül).

Brodarics püspök kéri valószinüleg Szalaházi Tamás főkanczellárt: küldenének valakit a királyi udvarból Kápolnai Ferencz megfékezésére, ki mindenfelé, de legkivált a pécsi püspök és káptalan birtokain garázdálkodik; kéri továbbá: engedjék meg Verbőczynek, hogy szolgáját a fogoly Bodó Ferenczhez küldhesse; Paxy Farkas Szent-István esztergomi prépostjának pedig, hogy nővére, Pestyéni Gergelyné látogatására Budára mehessen.

Dominatio Vestra Reverendissima dignetur reducere in memoriam Maiestati Regiae, ut mittatur aliquis ex curia Sue Maiestatis ad compescendum Franciscum Kapolnai a tot spoliis bonorum et proventuum alienorum quorumcunque, occupationibus maxime ad Episcopatum et Capitulum Quinqueecclesiense, ad Dominum Verbewczy Cancellarium, item ad castrum Anija pertinentibus, et ut remittat occupata.

Item ut permittatur Domino Verbeuczy mittere unum servitorem ad Franciscum Bodo captivum.

Item quod Vestra Reverendissima Dominatio dignetur facere scribere unas literas ad capitaneum Strigoniensem, ut permittat Domino Wolfgango Paxy, preposito Strigoniensi de Sancto Stephano, quod possit ire Budam ad paucos dies, ad invisendam sororem suam, que est uxor magnifici Gregorij Pesthieny, Locumtenentis Bude existentis.

Servitor

Sirmiensis vel Quinqueecclesiensis m. p.

Kívül egykorú kéztől: Brod[arics].

Egy félív papir egyik oldalán, kelet nélkül, valamely levél melléklete, melytől másfelé tévedt; egészen Brodarics írása. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1535. Jan. 1.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

73.

1535 (napi kelet nélkül).

A királyi felséghez felterjesztett folyamodvány, melyben az esztergomi érsek, a fejérvári prépost, Apaffy Miklós és Bethlen, Armbruster Mátyás és Haller János, Fysser Jakab, a szentmártoni apát, Sidonius és végül Bogdán Péter moldvai ex-vajda különböző ügyeik elintézését kérik.

Negotia particularia, pro quibus Domini supplicant Maiestati Regie.

Liceat Domino Strigoniensi penes ecclesiam suam locum residentie habere, ut in ea solito more divina officia peragantur.

Assecuretur litteris Maiestatis Regie, quod ubi cum Joanne pax conciliabitur, arcem libere possidendam Maiestas sua sibi restituet.

Relaxet seu condonet sibi Maiestas Regia sex millia flor. quam summam ex redditibus Ecclesie sue ad usum militum arcis Strigoniensis quottannis solvendam constituit, ut hanc summam Dominus Strigoniensis possit convertere ad instaurationem arcis ipsius, que magnam passa est ruinam a Thurcis etc.

Preposito Albensi Maiestas Sua provisionem aliquam facere dignetur, unde se in diem sustentet, vel concedere eidem, ut Hungariam ad beneficia sua per aliqua media redire possit.

Domino Nicolao Apaffy et Bethlen Vicewaywode similiter qui extrema egestate et inopia laborant unacum uxoribus et liberis

suis, quibus nisi Maiestas Vestra providerit de honesto victu, procul dubio cogentur se ad alia consilia conferre et velle nolle a Maiestate Vestra deficere, quod ipsis Maiestas Vestra imputare non poterit.

Mathias Armbruster cum collega Haller pro eliberatione ipsorum e manibus Nyary, privatim vero idem Mathias quid cupiat, ex litteris suis intelligentur. (Petrus Haller collega Armbruster captivus petit sibi intuitu captivitatis sue et perpessorum damnorum in aliquo sumptu providere.) Joannes Haller, quod a cusione monete prohibitus est, ad extremam devenit paupertatem; dignetur Maiestas Sua ex Regia pietate et clementia, qua miseros prosequi solet, iam tandem permittere illi cusionem, et cum hoc concedere, ut ex rebus mercimonijs suis in tricesimis dimidia pars tricesime in sortem debiti sui deducatur vel defalcetur. Item registra sua cusionis petit sibi dari, ut possit cum debitoribus facere computum, ea detinentur apud Stephanum Penphlinger.

Jacobus Fysser, civis Budensis, habuit annuentiam Regie Maiestatis, ut dimidia pars tricesime ex mercimonijs suis sibi relaxetur, tamdiu, dum summam pecunie Ludovico Regi creditam rehabebit, qua annuentia hactenus ille ob continua bella uti non potuit. Suplicant domini, dignetur sibi concedere Maiestas Regia litteras, sicuti Maiestas Regia ex litteris eorundem Dominorum superinde ad Maiestatem suam datis clarius intelliget.

Abbas Sancti Martini suplicat Maiestati Regie, ne patiatur Sua Maiestas ipsum incognita causa ita vexari et in diuturna miseria vivere, cum fuerit semper fidelis, sed Maiestas Sua dignetur iudicialiter revideri facere, meritone an immerito privatus sit sua prelatura et ecclesia? in qua extinctus est divinus cultus.

Sidonius cupit et suplicat pro revidenda ratione sua super administratione proventuum Archiepiscopatus per commissarios.

Petrus Bogdan, waywoda Moldavie, petit provideri, ut in servitiis et fidelitate Maiestatis Vestre manere possit, stipendio aliquo ad certos equos, vel gratia Maiestatis Vestre, deposito iuramento fidelitatis, expensis et vestibus honestis provisum regi Polonie per litteras commendare, quo aliquando regno suo Moldavie potiri et Maiestatibus Vestris ac toti Christianitati servire possit. Commendat se in gratiam Maiestatis Vestre.

Egy ív papir két oldalán, kelet és aláirás nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1535. S. d. 18.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

74.

1535 (napi kelet nélkül).

A királyi felséget kérik, hogy a kalocsai érseknek Sszarvaskővárát és különböző urak által elfoglalt dézmáit visszaadatni és a vonakodókat fővezére által erre rákényszeríteni méltóztassék.

Memoriale de negotijs Domini Colocensis.

Item, ut Regia Maiestas castrum Zarwaskew dictum, quod quondam Thome Episcopo etc. conservarunt, ad manus Domini Colocensis dare et assignari facere dignetur, ne ex illo pauperes coloni supprimantur et regnum amplius desoletur.

Item, ut Sua Maiestas omnes decimas ad episcopatum Agriensem pertinentes, quas hactenus dicto quondam domino Thome episcopo administraverunt, ad manus eiusdem domini Colocensis remitti facere dignetur, ut easdem Sua R. D. pro voto suo arendari facere valeat in futurum.

Item, si Maiestati Regie ob certas causas videbitur, quod castrum Zarwaskew et decime prefate nunc ad manus eiusdem domini Colocensis assignari non debebunt, saltem Sua Maiestas dignetur per literas suas Gasparo Seredy, Georgio Homonay, Francisco Horwath de Zarwaskew et Michaeli Bidi de Mwnkach prefectis (committere), ut ad prefatas decimas sese quovismodo intromittere non audeant, neque arendent, imo etiam ad decimas Capituli Agriensis sese non ingerant, sed usque aliam informationem Sue Maiestatis maneant inarendate eo statu, quo nunc sunt.

Item, ut Sua Maiestas generales literas suas dignetur dare ad comitatus Ung, Saros, Zemlyn, Zabolch, Wywar, Bereg, Borsod, Hewes et Maromaros, ut decimas futuri anni vinorum et aliarum rerum usque aliam informationem Sue Maiestatis nemini dare debeant.

Item, ut Sua Maiestas Gasparo Seredy et personaliter et per literas committere dignetur, ut decimas anni presentis, quas ipse in Myskolcz, Mohy, Nyek, Chaba et suis pertinentiis, cumulare fecit, eidem domino Colocensi restituere debeat, nam prefatas decimas preter annum proxime transactum semper ad Agriam cumulaverunt, saltem anno proxime transacto easdem decimas idem Seredy cum bello acceperat contra inducias.

Item, dignetur Sua Maiestas etiam Sebastiano Penflinger prefecto castri Dyos Gewr per literas committere, ut decimas anni

presentis de Myskolcz, Mohy, Nyek Chaba et suis pertinentiis eidem domino Colocensi restituere debeat.

Item, ut Sua Maiestas Francisco Horwath, prefecto castri Zarwaskew, per literas suas committere dignetur, ut decimas anni presentis, quas in Debrew et Wych idem Franciscus Horwat pro presenti cumulare fecit, licet antea semper ad Agriam cumulaverunt, eidem Domino Colocensi restituere debeat.

Item, ut sua Maiestas specialiter eidem Francisco Horwath et generaliter aliis fidelibus Sue Maiestatis per literas committere dignetur, quod in comitatibus Hewes, Borsod et alijs ad partem alteram alias dicatis ad dicandum sese non intromittant, ne pauperes coloni taxam ipsam bis solvere cogantur; mandet autem Sua Maiestas omnibus sub indignatione Sue Maiestatis.

Item, ut Sua Maiestas Generali Capitaneo Sue Maiestatis in Regno Hungarie constituto vel eiusdem locumtenenti per literas suas mandare dignetur, ut omnes, qui mandatis Sue Maiestatis parere nollent, auctoritate Sue Maiestatis compellere debeat.

Hátán egykorú kéztől: Petita Colocensis et responsum ad ea. Ez utóbbi azonban hiányzik. (Posterius tamen deest.)

Egy félív papir két oldalán, kelet és aláirás nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1535. S. d. 22.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

75.

1535 (napi kelet nélkül).

Homonnai Gábor özvegye kéri a királyt: vegye fel fiát, Istvánt újból az udvarába nevelés végett, hogy megfelelhessen az ő felségétől nyert főispáni méltóságnak; igéri, hogy fiával együtt igyekezni fognak e kegyet kiérdemelni.

Serenissima Regia Maiestas et Domine Domine mihi Clementissime. Post fidelium servitiorum meorum in gratiam Maiestatis Vestre S. humillimam commendationem. Proxime elapso humili mea suplicatione impetraveram apud Maiestatem Vestram facultatem ex aula eiusdem Maiestatis Vestre S. excipiendi filii mei [így] Stephani Homonnay, deinde aliquantisper intertenendi et erudiendi, quem filium meum nunc remitto Maiestati Vestre S. suplicans Eidem humillime, ut habita cum mee vidue relicte, ancille Sue, et huius quoque unici fili mei, preter quem alium non habeo, tum quod Cesarea Sacratissima Maiestas dictum filium meum honore dignitateque comitatus Zempliniensis decoratum insignitumque esse

gratiose voluerit, ad quod officium fideliter tenendum fidei iuramentum quoque prestare debuit, clementi ratione, dignetur eundem filium meum in aulam Suam pro aulico recipere, illique ad duos equos ordinem solutionemque fieri iubere, ita ut possit istic in aula Eiusdem educari. Cui adiungerem pro eius custodia fidelem rerumque peritum servitorem aliquem, qui curam eius diligenter haberet. Nam vereor, misera vidua femina, ne hunc unicum filium ex incuria aliqua sim amissura, ut talis illi prestitus in aula Maiestatis Vestre ordo et conditio merito possit respondere honori comitatus per Cesaream Maiestatem sibi collato, quam clementiam Maiestati Vestre S. ego et dictus filius meus fidelibus irrequietis obsequiis apud Maiestatem Vestram promereri vita durante contendemus. Gratiosum a Maiestate Vestra S. superinde expectans responsum.

Eiusdem Maiestatis Vestre Sacratissime

humillima relicta ancilla
Magnifici Gabrielis de Homonna
Relicta Vidua.

Kívül ugyanazon kéztől: Humillima supplicatio Magnifici condam Gabrielis Homonnay relicte vidue.

Egy félív papir egyik oldalán, kelet nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1535. S. d. 21.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

76.

1535.

Kletsko János lőcsei lutheránus tanítóról. — Laszki Jeromos összeveszvén Basó Mátyás Zapolyai-párti murányvári kapitánynyal, megtámadja Murányt, s ez alkalommal katonái a templomot kirabolták, a képeket összetörték. — Ugyancsak Laszki Késmárkot, Dunajeczet és a savyniki cziszt. r. apátságot feleségére iratta. — Basó Mátyás János király nevében meghagyja a szepesieknek, hogy a préposlsági tizedeket ne Horváth Jánosnak, a régi prépostnak fizessék, hanem a Zapolyaytól kinevezett Bácsy Ferencznek.

Anno MDXXXV. ... Feria quarta post conductum Paschae Joannes Kletsko scholasticus petiit favorem, quod consulatus eum voluit licentiare propter sectam Lutherianam, qua super omnes, quos antea audivimus vel vidimus, infectus erat, et scholares et iuvenes maxime infecit et a via christiana errare fecit.

— — — — — — — — — — — — — — —

Mathias Baso capitaneus Muraniensis Zapolyianus venit Kesmarkinum ad Laszkium, petens sibi et suis medietatem manubiarum ex prostrato iuniore Minkovics cum suis (qui omnes Kesmarkiensibus se devoverunt, relicto Ferdinando), at dicebat Baso, suis adscribendam victoriam. Negabat Laszki, omnemque praedam reservare sibi studuit: unde dissidii origo inter eos, nonnisi singulari certamine terminanda dato die et loco. Basone pro abducendis captivis eunte, venit Laszki ad Murány, multaque damna infert Basoianis... Exercitus Laszkianus fregit in villa Murány ecclesiam, omnia ornamenta et vestimenta accepit, imagines fregit, pedibus calcavit, et totam villam spoliavit, fornaces et vitra et alia destruxit; et talia, qualia nec Turcus faceret.

— — — — — — — — — — — — — — —

Hieronymus Laszkius feria quinta ante octavas Pentecostes, invitatis capitularibus et nonnullis nobilibus ad Kesmark, fassionem coram eis celebravit, mediante qua civitatem Kesmarkiensem, castrum Dunavecz, abbatiam Cisterciensis ordinis Schavnik, et Dobritz in Ungaria uxori suae inscripsit, ne alium habeant dominum. Notandum, quod iam publice dicitur, quod Katzianerus tales financias et practicas subordinavit, et quod Ferdinandus nunc a muliere debeat emere illa bona, quasi non de iure illa capere posset.

— — — — — — — — — — — — — — —

Mathias Baso mandato regis Joannis mandat omnibus Scepusiensibus omnes decimas, quae ad praeposituram Scepusiensem spectant, dari Francisco Paksy,* tamquam vero et legitimo praeposito, non vero amplius Joanni Horváth veteri praeposito. Ea etiam, quae data sunt antea Laszkio, omnia restituentur per eum novo huic praeposito per Joannem Zapolya electo.

Sperfogel Konrád egykorú krónikája. *Wagner*, II. 177., 178., 180. ll.

77.

(Brassó) 1535.

«Eodem anno (1535), celebrantur nuptiae amici nostri Magistri Johannis Honteri, quas benedicat Omnipotens.»

Album Oltardianum. *Trauschenfels* id. m. 10. l.

* Helyesen: Bácsy.

78.

Szegedi Gergely 1535-ben megjelent Censuráira Dévay ily czímű irattal felelt: «Apologia quarundam propositionum, summam doctrinae christianae continentium, contra indoctas censuras indocti franciscani, Gregorii Zegediensis», s azt Bácsy Ferencz szepesi prépostnak, Zapolyai János titkárának ajánlta a következő keltezéstelen levéllel:

Reverendo Domino Francisco Batsi, Praeposito Sepusiensi et Secretario Regio Matthias Devay S. D. Venit in manus meas eiusdem franciscani confutatio, seu, ut ipse vocat, censurae, super propositiones meas, quas fratribus aliquando meditandas forte communicaveram. Argumentum et Epistola ad Lectorem, ut certo comperi, ex officina reverendi domini *Johannis Fabri* prodierunt, qui etiam monachi censuras a multis pro sua opinione mendis vindicavit, qui me nullius eruditionis hominem esse praedicat, et merito sane, equidem agnosco meam imperitiam, et cum Paulo fateor, me nihil aliud scire praeter Christum, et hunc crucifixum. Non invideo episcopo quamlibet magnam eruditionem, quamlibet doctrinam insignem obtigisse, modo his armis ad aedificationem, non ad destructionem utatur ecclesiae. Quod autem frontem perfricuerim, vos me coëgistis, ut hanc meam ineruditionem, ut sic loquar, prostituerem. Scio me politiores literas ne a limine quidem salutasse. Caeterum, si *Fabri* mallei multorum perfregerunt capita, hae nugae talitrorum vice impingantur frontibus quorundam, ut pertinaciam (sicuti domino episcopo videor) Devay, hominis infra mediocritatem docti, experiantur. Pertinax est Fabro, qui veritatem Christi, quam ipse oppugnat, non deserit, et suae factioni non adhaeret. Sed ne pluribus Tecum agam *Domine Francisce,* vela contraho et ad Pseudo-fratris naenias evertendas accingor. Tu interim boni consule hanc meam balbutiem, et contra latrantes eruditos pro tua virili defende. Vale!

Dévay latin művei együttes kiadásának az egyetemi könyvtárban levő példányából. — *Lampe* 76. Magyar fordításban *Révész,* Dévay Biró Mátyás életrajza. 85. l.

79.

Bécs, 1536 január 7.

Ferdinánd király megparancsolja a selmeczbányai tanácsnak, hogy Várday Pál esztergomi érseknek odaküldendő embereit a kath. vallás védelmében és a hitújítás megakadályozásában támogassák.

Ferdinandus... Hungarie... Rex... magistro civium, iudici et iuratis totique communitati incolarum civitatis nostre Schemniciensis... Mandavimus vobis his superioribus diebus medio nuntiorum vestrorum, quos ad nos miseratis, ut sectam illam pestiferam Lutheranam, per sacrosanctam Sedem Apostolicam sacratissimamque Cesaream Maiestatem, uti sacrilegam, erroneam et hereticam condemnatam per omniaque principum christianorum regna, provincias, terras et dominia explodi et eradicari commissam, quam in civitate ista nostra Schemniciensi adeo invaluisse viresque et incrementa sumpsisse, fido testimonio referente, edocti summus (!) ut et cultus divinus et missarum solemnia, in memoriam mortis Jesu Christi pro iugi sacrificio veris catholicis instituta, et ieiunia divinitus a patribus sancita castimoniaque sacerdotalis et alie ceremonie ecclesiastice penitus inter vos obrute et pessumdate, abrogateque sint, e medio vestro tollere, explodere et eliminare, moribusque et conversationi bonorum christianorum ab antiquo ad hec usque tempora inconcusse observatorum (!) vosmet ipsos conformare deberetis. Nunc itaque idipsum rursus fidelitati vestre harum serie firmissime committimus et mandamus, ut ab labe hac pestifera prorsus abstinere, vosque ipsos exuere et vendicare et reverendissimo... Paulo de Warda Archiepiscopo Strigoniensi... hominibusque et concionatoribus ipsius, quos pro hac ipsa heresi sacrilega exterminanda ex debito officii sui pastoralis istuc in medium vestri cum presentibus missurus est, in omnibus morem gerere et obtemperare eosdemque concionatores honorate et reverenter excipere, audire et pertractare ac concionibus ipsorum interesse plenamque solidam et indubitatam fidem illis adhibere modis omnibus debeatis... Datum Wienne feria sexta proxima post festum Epiphaniarum Domini anno eiusdem millesimo quingentesimo tricesimo sexto.

Ferdinand. (L. S.) *Wylaky.*

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

80.

Várad, 1536 január 14.

János király kéri III. Pál pápát, hogy Statilio János választott erdélyi püspököt megerősítse és küldöttének, Miklós pécsi főesperesnek hitelt adjon.

Sanctissimo in Christo Patri, domino Paulo tercio sancte Romane et Universalis Ecclesie Summo Pontifici, domino colendissimo.

Beatissime Pater, domine colendissime. Post oscula pedum et filialem nostri commendacionem. Meminimus etiam alias apud Sanctitatem Vestram egisse, quo ecclesias istius regni nostri non derelinqueret, fidelemque nostrum reverendum Joannem Statilium, electum episcopum Transilvanensem, in suo episcopatu confirmaret. Supplicamus igitur nunc quoque Sanctitati Vestre, ut pro ea affectione, qua erga Sanctitatem Vestram ducimur, dictum Joannem Statilium in eo episcopatu, quem ex collatione nostra possidet, confirmare dignetur: quod nos omni obsequio filiali Sanctitati Vestre recognituri sumus. Quicquid vero fidelis noster venerabilis Nicolaus archidiaconus Quinqueecclesiensis, secretarius noster, nomine nostro Sanctitati Vestre dixerit, fidem certam verbis eiusdem Sanctitas Vestra adhibere dignetur. Quam Deus Optimus Maximus pro incremento reipublice christiane felicissimam conservet. Waradini decimaquarta die Januarii anno Dni M. D. XXXVI. regnorum vero nostrorum decimo.

Eiusdem Vestre Sanctitatis devotus filius

Joannes,

Rex Hungarie manupp.

Theiner, Vetera monumenta Slavorum meridionalium historiam illustrantia I. 628.

81.

Trient, 1536 január 17.

Frangepán Ferencz és Brodarics jelentik Ferdinándnak, hogy melléjük adott udvari embere Zsigmond társaságában szerencsésen megérkeztek Trientbe, melyet azonban a császár követje, a lundi érsek meg nem érkezése és egyikük lábfájása miatt el kell hagyniok és hajón Bolognába mennek, de igyekezni fognak gyorsan visszatérni, hogy Magyarország ügyeit annál hamarabb és jól bevégezzék.

Sacratissima Regia Maiestas et Domine, Domine Clementissime, Post servitiorum nostrorum humilem commendationem. Jussu

Vestre Sacratissime Maiestatis fuit comes itineris nostri is presentium exhibitor dominus videlicet Sigismundus, aulicus Vestre Maiestatis, qui ob respectum vestre Sacratissime Maiestatis nobis optimam fecit societatem et conduxit nos Tridentum usque, uti Vestra Maiestas Sacratissima nobis dixerat. Gratias igitur agimus immensas Vestre Maiestati, que nobis dignata est providere de idoneo comite, suplicamusque eidem, velit Sua Munificentia Regia rependere huic bono viro labores, quos nobiscum pertulit iuxta mandatum Vestre Sacratissime Maiestatis. Sumus nunc hic Tridenti, Sacratissime Rex, et cogimur relinquere comitivam reverendissimi domini Nostri Cardinalis Tridentini, tum ob absentiam reverendissimi domini Lundensis, Oratoris Maiestatis Cesaree, tum potissimum ob adversam valetudinem alterius nostrum, Quinqueecclesiensis videlicet, qui incidit in dolores pedum, postquam huc applicuit, propter quem casum uterque cogemur Bononiam usque navigio devehi. Accelerabimus tamen iter nostrum, quam maxime poterimus, ut eo citius bene terminemus res regni Hungarie, quod avide expectat a nobis bonum finem. Maiestatem Vestram sacratissimam Deus conservet semper felicem et incolumem. Ex Tridento 17. Januarii 1536. E. V. M. S.

Servitores et capellani humiles
Frater Franciscus de Frangepan mp.
S. Brod[arics], Quinqueecclesiensis scripsit.

Kívül: Sacratissime Regie Maiestati Romanorum etc. domino clementissimo.

Egy ív papir első oldalán két piros zárópecséttel, a kisebbik Brodaricsé, a paizs felett három betűvel SB.. a harmadik betű, valamint a paizs czímere bizonytalan. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1536. Jan. 32.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

82.

Hodrusbánya, 1536 február 11.

«Achatius Hensel Hodrieziensis ecclesie minister» kéri «Magister Joannes Tropper Schemniciensis ecclesie vere Episcopus»-t, eszközöljön ki számára Selmeczbánya városnál legalább heti 25 dénár fizetés-javítást.

«Achatius Hensel Hodrieziensis ecclesiae minister» rogat «magistrum Joannem Tropper, Schemniciensis ecclesie vere episcopum», ut apud senatum municipii Schemniciensis pro se auctionem stipendii saltem 25 denariis hebdomatim obtineat.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: DR. KARÁCSONYI JÁNOS.

83.

Gyulafehérvár, 1536 február 14.

Birtokcsere Statilio János erdélyi püspök és a kolozsvári domonkosiak között.

Nos Capitulum ecclesiae Albensis Transilv. memoriae commendamus — — quod Rmus D. D. Joannes Statilius Episcopus Transilvanus, consiliarius Regiae Maiestatis, etc. dominus et praelatus noster dignissimus, ab una, nec non honorabilis frater Vitalis de Kolosvár et Demetrius de Thorda Ordinis B. Dominici, in claustro seu coenobio B. V. M. in civitate Colosvariensi fundato degentium nomine et personis, partibus ab alia, coram nobis personaliter constituti, idem Rmus D. Joannes Statilius Episcopus — — — universorum successorum suorum episcoporum huius Ecclesiae, dicti vero fratres — — — similiter cunctorum fratrum dicti ordinis onera et quaevis gravamina mutuo ac vicissim ad infrascripta firmiter observanda super se se assumptis, sunt confessi libere ac sponte hunc in modum: quomodo ipsi commodum et utilitatem ac profectum huius ecclesiae et dicti claustri B. M. V. considerantes, in bonis eorum infrascriptis talem inter se fecissent concambialem permutationem perpetuo duraturam, prout fecerunt nostri in praesentia tali modo: quod Rmus D. noster praelatus totales decimas suas episcopales in possessione Gyulatelke existentes, una cum quarta decimarum archidiaconatus Dobocensis in eadem possessione habita (quam Vener. D. Adrianus de Enyed artium liberalium et iuris utriusque doctor, archidiaconus Dobocensis, Vicarius in spiritualibus et causarum auditor generalis, socius et concanonicus frater noster salubri ordinatione eiusdem Rmi D. Episcopi resignavit eidemque quartae suae pure et simpliciter cessit, nil iuris seu proprietatis in eadem sibi ipsi et successoribus suis reservando; cui quidem spontaneae cessioni et resignationi nos quoque consensum nostrum capitularem praebuimus), simul cum omnibus terrae nascentiis, necnon apibus et agnellis et aliis proventibus ex iisdem decimis integris provenire debentibus, dicto claustro B. M. V. et fratribus in eodem degentibus: e converso vero iidem fratres — — — totales portiones ipsorum possessionarias in possessione Thur in comitatu Thordensi existenti habitas, ipsos optimo iuris titulo concernentes, simul cum cunctis earumdem utilitatibus etc. memorato Rmo domino Joanni Statilio episcopo et successoribus suis episcopis universis praemissae con-

cambialis permutationis titulo dedissent, contulissent, inscripsissent, imo dederunt etc. — — — irrevocabiliter — — — nullum ius — — — reservantes. Datum in die B. Valentini M. Anno Domini 1536.

Szeredai Antal: Series antiquorum et recentiorum episcoporum Transilvaniae. A.-Carolinae, 1790. p. 194.

84.

Pannonhalma, 1536 február 15.

Mihály pannonhalmi apát és a konvent nagy szükségtől kényszerítve, de különösen azért, hogy csanaki birtokukat Szarka Mihály győri polgártól kiválthassák, Dyaky nevű részint pozsony-, részint nyitramegyei jószágukat 400 magyar forintért «in monetis alemanicis» elzálogosítják Thurzó Elek országbíró és kir. helytartónak.

Michael abbas et conventus Sacrimontis Pannoniae magna egestate compulsi et praesertim ad redimendam vineam suam Csanakiensem possessionem suam Deáki (Dyaky, in comitatibus Posoniensi et Nitriensi adiacentem) Alexio Thurzó, Locumtenenti regio et iudici curiae, 400 florenis oppignorant.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági lt. c. 41. l. Ee.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

85.

Bécs, 1536 február 26.

Kecsethy Márton újból leírván a király és közte megállapított feltételeket, kéri ő felségét, hogy az adományozott püspökségre vonatkozó, valamint többi ígéreteit kegyesen teljesíteni és írásban megerősíteni méltóztassék.

Sacratissime Rex, Domine, Domine mihi clementissime. Miseram superioribus hisce diebus ad Sac. Maiestatem Vestram dominum Balduinum de Reuelles, ut per eum commodius ac citius eas literas recipere possem, quas Sac. Maiestas Vestra discedens hinc pollicita mihi fuerat. Qui cum istuc pervenisset, Sacramque Maiestatem Vestram convenisset, respondit Eadem, excidisse sibi conditiones rerum mearum neque posse respondere mihi, nisi prius ille Sac. Maiestati Vestre a me perscriberentur. Quod ego minime miror, cum longe gravioribus negotiis Sac. Maiestas Vestra implicita sit, quam ut minima queque memoria tenere possit. Nunc itaque conditiones inter Sac. Maiestatem Vestram et me confectas paucis Eadem accipiat: Cum Sac. Maiestas Vestra in conclave suum me accersivisset, iuramentoque obstrinxisset, ne cui mortalium id quod mihi Sac. Maiestas Vestra dictura esset, efferrem, in hunc modum

me ex sua innata benignitate allocuta est, hosque articulos mihi proposuit. Primum, ut haberem episcopatum, quem abhinc octo annis mihi Sac. Maiestas Vestra contulisset, ea tamen lege, ne ad certum tempus episcopi titulo uterer, sed proventus dumtaxat perciperem; quod me facturum vicissim hoc pacto respondi, si Sac. Maiestas Vestra literas super arce Fogaras in Transilvania et super oppida Zakmar et Nemetti redderet, quas omnes inventas esse certe scio. Preterea donationes super episcopatum, quas etiam arbitror inventas, fuerunt enim iste omnes donationes, quemadmodum coram Sacre Maiestatis Vestre (így) dixi, unum in locum ab avunculo meo incluse. Quodsi tamen donationes super episcopatum deperdite fuissent, quas ipsemet dominus Vylaky confessus est, mihi a se conscriptas fuisse et quas etiam magnificus dominus Gaspar Horvath, vir integerrimus, qui nunc cum Sac. Maiestate Vestra est, multique alii viderunt ac legerunt, ut interim de me taceam, qui non semel eas tractavi, quodsi inquam donationes super episcopatum deperdite fuissent, ut Sac. Maiestas Vestra novas daret, quod se facturum Sac. Maiestas Vestra pollicita est. Alter erat articulus, ut pro auleis magnifico domino Comiti a Salm satisfacerem, id quod iam executus sum eo modo, quo Sac. Maiestas Vestra voluit. Tertius erat ex articulis, ut tres ille Stephani Deeshazy arces traderentur in manus eius, cui Sac. Maiestas Vestra contulisset. Ad hunc ego articulum ita respondi, non posse me precipere castellanis illarum arcium, qui non meo nomine in illas inpositi fuissent neque mihi fidem eorum obstrinxissent. Quod quam sit verum, ex ea facile intelligere Sac. Maiestas Vestra poterit, quod ne bona quidem illa mobilia Stephani Deeshazy, que mihi ex commissione Sac. Maiestatis Vestre a proceribus Hungarie adiudicata sunt, reddere voluerunt, quin potius summa cum ignominia affecerunt eos, quos ad repetenda ista bona miseram. Hi sunt Sacratissime Rex, ac Domine mihi Clementissime articuli, quos Sac. Maiestas Vestra habere a me voluit. Supplico itaque Sac. Maiestati Vestre tanquam domino meo clementissimo, ut dominum Balduinum remittat mihi cum his literis, quas paulo ante recensui primo quoque tempore, ne me hic aere alieno, quod iam non mediocriter excrevit, penitus obruam. Servet Eandem ac sospitet Christus Optimus Maximus perpetuo felicem ac incolumem, cui me meaque servitia etiam atque etiam dedo ac defero. Vienne XXVI Februarij anno MDXXXVI°.

Eiusdem Sac. Maiestatis Vestre deditissimum mancipium

Martinus Kechetynus.

Kívül: Sacratissimo Romanorum Hungarie Bohoemie etc. regi domino meo clementissimo.

Egy ív papir három oldalán, pirosviasz záró kis gyűrűpecséttel, melynek paizsán jobbra ügető farkas mintha szájában valamit vinne s ennek háta felett félholdban csillag, a paizs felett M. K. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1536. Febr. 17.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

86.

Róma, 1536 márczius 8.

A capuai bíbornok Kecsethy Mártont, az elhalt egri püspöknek jeles tulajdonságokkal biró unokaöcscsét Ferdinánd király pártfogásába ajánlja.

Sacratissima Serenissima Regia Maiestas humillimam commendationem! Martinus Kechetynus, Episcopi Agriensis vita defuncti nepos adolescens virtutis studio atque eruditione omnibus sane commendatus, cupit magnopere, ut meo testimonio Maiestati Tue commendatior fiat. Quod ego non tam, ut illius virtutem apud Maiestatem Tuam laudibus efferam, quam exploratissimam, ut existimo, habet, quam, ut ei rem honestam a me petenti morem geram, nunc facio: supplicoque Maiestati Tue eum ita tractet, ut is intelligat commendationem meam sibi non defuisse. Quod reliquum est, meipsum meaque omnia Maiestati Tue despondeo, cui me humillime commendo. Rome VIII Martii M. D. XXXVJ.

Eiusdem Sacratissime Serenissime Regie Maiestatis Tue

humillimus Servitor
N. Cardinalis Capuanus.

Kívül: Sacre Serenissime Regie Maiestati.

Egy ív papir egyik oldalán piros zárópecsét nyomával. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1536. Marcz. 5.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

87.

Róma, 1536 márczius 13.

Campegi Lőrincz bíbornok kéri a királyt, hogy Kecsethy Mártont, ki dicséretesen halad elhalt nagybátyja, az egri püspök nyomdokain, nemcsak saját kitűnő tehetségeinek, hanem nagybátyja emlékének és az ajánló szolgálatainak tekintetéből is a veszprémi püspökség adományozásával vigasztalja és tisztelje meg.

Serenissimo Invictissimo Re, Signore mio sempre colendissimo. La singulare et continua benignitá de la Maestá Vostra verso

di me persuade a molti, et io volentieri lo consento, che le intercessioni mie appresso di Lei debbiano essere di qualche momento. Per questo io sono hora da chi puó molto di me con grande instantia ricerco a scrivere alla Maestá Vostra in commendatione di M. Martino Kechetynus giovine per quanto da molti intendo, né manco di virtú che di sangue nobilissimo, et il quale si vede egregiamente caminare per le vestigie del suo reverendissimo zio, gia Vescovo d'Agria di sempre honorata memoria, il quale per le sue rare virtú et per la fede singulare si sa quanto sia stato caro a Vostra Maestá et quanto li sia doluto del caso suo. Io adunque con quanto piú studio et diligentia posso, lo raccommando ad Essa Maestá Vostra, humilmente pregandola, che oltre li altri degni rispetti Li piaccia anchora per la servitú mia consolarlo et honorarlo del Vescovato di Vesprimio secondo la promessa, che Ella, gia sono piú anni, a preghi del predetto Reverendissimo zio liberalmente gle ne fece, che oltre che Essa collocará il benefitio Suo in persona degna et mostrará con sua grande gloria, ch'Ella non pure in vita, ma etiam dopo la morte ritiene grata memoria di li suoi fideli servitori: a me per ogni rispetto ne fara gratia singulare, et quante se tutto il commodo et honore ne venisse in persona di li miei proprii figliuoli. Cosi di nuovo ne La prego et il detto M. Martino quanto la persona mia humilmente et di tutto il core Li racommando. Que diu felicissima valeat. Rome XIII martij MDXXXVI.

Di Essa Vostra Maestá humillimo servitore

L. Card. Campegius.

Kívül: Al Serenissimo et Invictissimo Re de Romani etc. Signore mio sempre Colendissimo.

Egy ív papir első oldalán piros zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1536. Mar. 11.*

Közli: Bunyitay Vincze.

88.

1536 márczius 17.

A kolosmonostori konvent bizonyítja, hogy Vitályos, a kolozsvári domonkosok perjele és Péter ugyanazon rend tagja, a tordamegyei Csányban levő részbirtokukat Koppány Gergely erdély-fehérvári őrkanonoknak és Patai Nagy Sebestyén szentmihálykövi várnagynak hatszáz forintért eladták.

Conventus monasterii Beate Marie Virginis de Kolosmonostra... Ad universitatis vestre harum serie volumus devenire

notitiam: quod religiosi fratres Vitalis prior fratrum Predicatorum, ordinis Beati Dominici, necnon frater Petrus eiusdem Ordinis in claustro Beatissime Marie Virginis in civitate Coloswariensi fundato degentes et residentes in personis totius conventus eiusdem Ordinis et claustri coram nobis personaliter constituti sponte et libere confessi sunt in hunc modum: quomodo ipsi matura intra seipsos deliberatione prehabita totales possessiones ipsorum possessionarias in possessione Chaam vocata, in comitatu de Thorda existente habitas, eisdemque per egregium quondam Benedictum Thwry in elemosinam legatas, simul cum cunctis utilitatibus... venerabili et egregio Gregorio Koppany, canonico et Custodi ecclesie Albensis Transilvane, necnon egregio Sebastiano Nagh de Patha, castellano castri Zenthmyhalkewe, heredibusque et posteritatibus ipsorum universis pro florenis sexingentis, plene, ut dixerunt, ab eisdem receptis iam et levatis... dederunt, vendiderunt... Datum feria sexta proxima ante Dominicam Oculi, anno Domini 1536.

Budai orsz. ltár: Kolosmonostori Protocoll. III. — töredék. 24^b. l.

Közli: Bunyitay Vincze.

89.

Pozsony, 1536 márczius 24.

A helytartótanács bizonyítványa, hogy Szalaházy Tamás püspök Szarvaskővárát bizonyos összeg fejében Horváth Ferencz praefectusnak zálogba adta.

Nos locumtenens et consiliarii serenissimi principis et domini, domini Ferdinandi, divina favente clementia Romanorum Hungarie etc. regis, memorie commendamus per presentes, quod egregius Franciscus Horváth, prefectus castri Zarwaskew, tam vivente reverendissimo quondam domino Thoma episcopo Agriensi, Cancellario regie Maiestatis, quam etiam illo e vivis sublato, prefate Maiestati regie domino nostro clementissimo fideliter servierit, arcemque Zarwaskew, fidei sue commissam, in multis rerum difficultatibus conservaverit; ex quo autem prefatus quondam dominus cancellarius eidem Francisco Horvath de necessaria solutione, ut debebat, provideri non potuisse, sed pro certa pecuniarum summa arcem ipsam literis, manu et sigillo suo obsignatis, mediantibus obligasse dicatur, ut idem simili fidelitate Majestati regie inservire et arcem eam conservare inposterumque possit, eundem Franciscum Horvath assecurandum duximus, prout assecuramus per presentes

et apud Maiestatem regiam omni diligentia instabimus, ut predictas literas obligatoriales ipsius condam domini Cancellarii manu et sigillo obsignatas, Maiestas sua regia ratas habeat et confirmet, et si autem aliquo pacto id apud Maiestatem suam (qui nunc a nobis longius abest) efficere non possumus, hoc nihilominus perficiemus, ut prefata Maiestas regia arcem ipsam ex manibus prefati Francisci Horvath non prius eximat, quam de omnibus suis servitiis, factis vel fiendis, posita tamen prius justa et recta ratione, eundem Franciscum Horvath contentum reddat quoad plenum. In cuius testimonium presentes nostras dandas duximus Posonii feria sexta proxima ante dominicam Letare anno Domini 1536.

Ötpecsétes eredetije az Országos ltárban N. R. A. 834. cs. 30. sz. Kiadta *Szederkényi:* Hevesvármegye története. II. 434.

90.

Székes-Fejérvár, 1536 circiter mense Martio.

Jalsovai Péter somogyi és Rayki Pál zalai főesperesek és veszprémi kanonokok a székesfehérvári jánoslovagok előtt tiltakoznak a Pét mellett eső Luas másként Thykol nevű puszta elidegenítése ellen.

Petrus Jalsovai archidiaconus de Somogy et Paulus Rajki, archidiaconus de Zala, canonici Vesprimienses coram cruciferis de Albaregali protestantur contra abalienationem praedii Luas alias Thykol penes Pét siti.

Eredetije a veszprémi kápt. mag. lt. cap. 11. f. Luos Nr. 16.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

91.

1536 április 2.

Vitályos, a kolozsvári domokosok perjele és Lőrincz ugyanazon rend tagja a kolosmonostori konvent előtt kijelentik, hogy ha valamikor arra határoznák magukat, hogy Túr nevű birtokukat eladják, azt senkinek másnak, hanem csak Maylath István erdélyi vajdának fogják eladni.

Nos conventus monasterii Beate Marie Virginis de Kolosmonostra memorie commendamus per presentes: quod religiosi fratres Vitalis prior conventus Ordinis Beati Dominici in claustro Beate Marie Virginis in civitate Koloswar fundato, necnon Laurentius eiusdem Ordinis in persona totius conventus eiusdem Ordinis nostram personaliter venientes in presentiam... retulerunt in hunc modum: quod si temporum in processu casualiter contigerit ipsos

possessionem eorum Thwr vocatam, ab egregio quondam Benedicto Thwry eisdem in perpetuam elemosinam legatam, pro pecuniis vendere: extunc nemini alteri, preterquam spectabili et magnifico domino Stephano Maylath Waywode Transilvano et Siculorum Comiti etc. vendere volunt et nemini alteri, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in dominica Judica, anno Domini 1536.

Budai orsz. ltár: Kolosmonostori Protocoll. III. — töredék. 33. l.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

92.

Pozsony, 1536 április 11.

Thurzó Elek országbiró és királyi helytartó Majtényi Uriel túróczi prépost kérésére az 1535. pozsonyi országgyűlés törvényei szerint megidézteti Mihály pannonhalmi apátot, a ki állitólag a turóczi prépostnak nagybaráti, nagyécsi (Győr m.) és kulcsodi (Kuchud, Komárom m.) birtokait elfoglalta.

Alexius Thurzó, Locumtenens regius, citari iubet Michaelem, abbatem Sacrimontis Pannoniae, possessiones praepositi Thurόciensis, Urielis Maytényi, in pagis Nagy-Baráti, Nagy-Écs et Kulcsod adiacentes, ut asseritur, occupantem. Citationem peregit Valentinus Gyirmolthy, canonicus Jauriensis.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági lt. c. 18: l. Y. Rá van vezetve, hogy az idézést Gyirmolthy Bálint győri kanonok a szentmártoni várban véghezvitte.

Közli: DR. KARÁCSONYI JÁNOS.

93.

Esztergom, 1536 április 12.

Várday Pál esztergomi érsek a káptalan képviseletében és Jozefics Ferencz zenggi püspök Zudar Dávid Barsmegye alispánját a garamszentbenedeki apátság javainak adminisztrátorául rendelik.

Nos Paulus de Warda archiepiscopus ecclesie Strigoniensis, primas, legatus natus regni Hungarie ac summus aule regie maiestatis cancellarius, nomine et in persona capituli eiusdem ecclesie Strigoniensis, nec non Franciscus Josephitius episcopus Segniensis conventusque abbatie S. Benedicti de iuxta Gron, fatemur et recognoscimus per presentes litteras nostras, nos egregium dominum David Zwdar, vicecomitem comitatus Barsiensis, elegisse constituisseque in provisorem et administratorem generalem prefate abbatie S. Benedicti universorumque eiusdem abbatie fructuum, reddituum et proventuum collectorem. Quocirca vobis universis et singulis iudicibus

iuratis, villicis — mandamus, quatenus dicto d. David — obedire — teneamini. — Datum Strigonii, feria quarta maioris ebdomade, anno domini millesimo quingentesimo tricesimo sexto.

Az eredetiből (Szentbenedeki ltár Prot. A. 22. 1.) *Katona* XX/2. 1008.

94.

Esztergom, 1536 április 13.

Simonyi Menyhért, kire Várday érsek és az esztergomi káptalan Garam-Szent-Benedeken a várnagyi tisztséget bízták, Esztergomban az érsek lakásán András nagyprépost jelenlétében, az érsek kezébe «manibus Rmi dom. Pauli archiepiscopi tactis» eskü alatt fogadta, «quod predictum monasterium seu abbaciam S. Benedicti, quod ab eodem domino Rsmo et Capitulo his diebus in officiolatum accepit, fideliter ac diligenter citra omne dampnum, dispendium et periculum sue Rme dominacioni nomine dicti capituli ecclesie Strigoniensis, ipsique capitulo et prefato domino Francisco episcopo Segniensi tenebit, defendet, custodiet et conservabit» s ha az érsek, a káptalan és Josephit püspök «uno voto et uno consensu» visszakövetelik, minden nehézség nélkül vissza fogja adni.

Meinhardus Simonyi castellanus monasterii s. Benedicti iuxta Gran Capitulo Strigoniensi et Francisco episcopo Segniensi fidelitatem iurat.

Eszterg. kápt. ltár. Lad. 40. 7. 28. *Knauz:* A Garam-melletti szent-benedeki apátság. 115.

95.

1536 április 21.

Lehotai Kelemen esztergomvári kanonok tanúskodása Bakócz Tamás bíborosnak végrendelkezésére vonatkozólag halálos ágyán tett kijelentéséről és Erdődy Péternek ez alkalommal tanusított magaviselkedéséről.

Honorabilis dominus magister Clemens de Lehotha, canonicus ecclesie collegiate S. Stephani prothomartiris de castro Strigoniensi, iuratus et examinatus fassus est: Quod ipse de a. d. 1521. de mense Junii, quantum recordari posset, presens interfuisset, quando Rmus D. Thomas cardinalis et archiepiscopus Strigoniensis in eodem castro Strigoniensi, in turri scilicet solite residentie sue, in lecto egritudinis sue decumbens, post confessionem eidem testi, tamquam confessori suo, factam, sacramque communionem et sacri crismatis inunctionem de manibus condam Rdi dom. Thome episcopi Salonensis percepisset; tandemque a Rdo d. Andrea doctore preposito Strigoniensi, tunc ibiden penes lectum astante, admonitus fuisset, ut si testamentum aliquod de bonis suis mobilibus et immobilibus,

a Deo sibi collatis, nondum fecisset, dominacio sua Rma non negligeret, illudque post confessionem communionemque et inunctionem huiusmodi iam perfectas absolveret: qui voce clara coram omnibus, tunc ibidem existentibus respondisset, diu de bonis suis immobilibus bonam dispositionem et ordinationem fecisse et super illis litteras quoque serenissimi regis Ludovici emanatas esse, velletque et committeret nunc quoque testamentaliter omnia et singula illa, que in litteris eisdem expressa et ordinata essent, perpetuo rata, grata, valitura et observanda esse; ad cuius rei maiorem evidentiam litteras quoque serenissimi regis Ludovici, tribus sigillis sigillatas *(érti a királynak 1517 május 25. levelét)* ibidem per manus magistri Cherubini, tunc capellani sui, coram se adduci fecisset. Et egregium dominum Petrum Erdewdy fratruelem suum, tunc ibidem astantem, rogasset, ut contentari deberet illis bonis, que ipse sibi iam contulerat, et ordinationi ac dispositioni sue huiusmodi, quam in litteris eisdem fecisset, in nullo penitus contravenire vellet. Qui quidem dominus Petrus in continenti eidem ad hec verba, lacrimis ex compassione super infirmitate eiusdem domini cardinalis, ut testi videbatur, emissis, respondisset: quod non solum illam dispositionem et ordinationem nollet vel in minima earum parte turbare aut immutare, verum etiam paratus esset extunc illa quoque omnia, que hactenus dominatio sua Reverendissima sibi contulerat, cuicunque mandaret, dare et assignare.

Esztergomi kápt. ltár. Lad. 10. 9. 4. Közölve *Knauz* Nándor: A Garam-melletti szentbenedeki apátság. I. 105. l.

96.

Selmeczbánya, 1536 április 26.

Molomi Gábor selmeczbányai polgár végrendeletének vallási vonatkozású része.

In nomine Domini et servatoris nostri Jesu Christi anno Domini 1536 die vero vicesima sexta mensis Aprilis ego Gabriel de Molom... commendo animam meam Domino ac Servatori nostro Jesu Christo, corpus autem meum sepulture in monasterio sancti Nicolai, ordinis divi Dominici, Schemnitie.

Item, in ladula est ciphus unus simplex argenteus, quem lego pro fiendo calice et patena... et calix detur ad ecclesiam nostram patrie scilicet et mansionis nostre...

Item, domino magistro Bartholomeo Pannonico, lego opera

Augustini, item domino Nicolao Fellero, notario Schemniciensi lego opera Ciceronis...

Petii prefatos dominos Bartholomeum Pannonium et Nicolaum Fellerum, testamenti mei executores in presentia venerabilis fratris Nicolai eiusdem monasterii Schemniciensis pro nunc conventualis, confessoris mei.

Bartholomeus Pannonius mp.
Nicolaus Fellerus mp.
Frater *Nicolaus Hamburger*,
ordinis predicatorum mp.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. f. XXVI.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

97.

Várad, 1536 április 29.

Werbőczi István az esztergomi káptalan és az Erdődyék között Csábrág vára miatt felmerült peres ügyben a káptalannak ád igazat.

Megemlítvén, hogy Erdődy Péter a Bakócz érsek által tett jószágfelosztás ellen ennek életében nem tiltakozott, «sed per taciturnitatem illi plane consensit»; sőt azt az érsek halálos ágya előtt tiszteletben tartani igérte, így folytatja: «Quod ex eo etiam liquet, quia tam ipse castra bonaque, in divisione, per eundem dom. cardinalem facta, sibi sequestrata, eo ordine, quo idem dom. cardinalis divisionem illam fecit, semper pacifice possedit et ea usus est. Valentinus item Erdewdy et filii sui Wollfgangus et Stephanus pariter fecerunt et alter alterum pretextu eiuscemodi castrorum et bonorum nunquam impedivit. Jure autem sanguinis in Petrum Erdewdy castrum illud *(Csábrág)* devolvi non potuit, quia nec paternum nec aviticum fuit, sed dominus ipse cardinalis acquisivit, de quo, prout voluit, disponere potuit iuxta regni veterem et approbatam legem. Isti etenim Petrus et Valentinus non ex eisdem parentibus progeniti fuerunt, nec aliqua bona acquisiverunt, iuxta regulam igitur per dominum cardinalem eis datam uti fruique debuerunt, prout etiam in futurum debebunt. Virtute itaque dispositionis et ordinationis eiusdem domini cardinalis et vigore regii consensus exinde adhibiti, castrum illud optimo iure in capitulum ecclesie vestre Strigoniensis devolutum habetur. Hec mea opinio pariter et sententia est, salvo iudicio meliori».

Kívül: Rdo dom. Andreae doctori, preposito maiori eccl. Strigon. ac prothonotario Apost., amico et tanquam fratri charissimo.

Esztergomi kápt. ltár. Lad. 10. 9. 5. Közölve *Knauz N.* A Garam-melletti szent-benedeki apátság. I. 109.

98.

Kolosmonostor, 1536 május 18.

Szentmiklósi Nagy Lőrincz a kolosmonostori konvent előtt bizonyságot tesz arról, hogy Enyedi Adorján dobokai főesperest, kanonok és püspöki helyettes azt a hetven forintot, melyet néhai Nagyfalvi Gergely szatmári főesperest neki és testvéreinek hagyományozott, valósággal kifizette.

Nos conventus monasterii Beate Marie V. de Kolosmonostra memorie commendamus per presentes, quod nobilis Laurentius Nagy de Zenthmyklos pro se et nobilis Domine Ursule, relicte Nobilis quondam Johannis de Zazphylpes, necnon Georgius Hencz de Patha, domine Dorothee consortis sue, filiarum scilicet nobilis quondam Nicolai Nagh de Zenthmyklos nominibus et in personis... retulerunt in hunc modum: quod cum venerabilis quondam Gregorius de Naghffalw, Archidiaconus Zakmariensis, parenti dictorum Laurentii, Dorothee et Ursule florenos septuaginta legasset testamentaliter... venerabilis et egregius Dominus Adrianus de Enyedino, artium liberalium et iuris utriusque Doctor, archidiaconus Dobocensis, canonicusque et Vicarius ecclesie Albensis Transilvane, executor testamentarius cum ceteris coexecutoribus plenam et omnimodam fecisset solutionem... Datum feria quinta proxima post festum Beate Zophie anno Domini 1536.

Budai orsz. ltár: Kolosmonostori Protocoll. III. — töredék 30^{b} *l.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

99.

Pozsony, 1536 május 28.

Bethlenfalvi Thurzó Elek országbiró és Ferdinánd király helytartója Tompa Gergelyt a megürült glogonczai prépostságra a királytól nyert felhatalmazásnál fogva kinevezi.

Nos Comes Alexius Thurzo de Bethlenfalwa Judex curie et Locumtenens serenissimi principis... Ferdinandi... memorie commendamus... quod nos habentes respectum ad honestatem morum,

literalis scientie sufficientem peritiam, ceterasque animi virtutes, quibus venerabilem magistrum Georgium Thompa presbyterum ab Altissimo preditum esse... intelleximus, eundem... ad preposituram de Galgoncza per mortem et defectum venerabilis Gabrielis filii quondam domini Petri Morcziny... vacantem auctoritate per prefatum dominum nostrum regem in hac Maiestatis Sue absentia nobis gratiose concessa... eligimus et nominamus... ac illi, cuius interest, confirmandum presentamus presentium per vigorem. Quocirca vobis... Datum Posonii dominica proxima post festum Ascensionis Domini anno eiusdem M. D. XXXVI.

Egy félív papir egyik oldalán pecsét és aláírás nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1536. Mai. 35.*

Közli: Bunyitay Vincze.

100.

1536 június 6.

Lukács kolosi apát arra hivatkozván, hogy Zablathy Hrwsay János halállal való fenyegetéseinek engedve apátságát Lőrincznek, ugyanazon Hrwsay János fivérének adta át és iratta be, most az ijesztéssel tőle kicsikart adományozást visszavonja és érvenytelennek nyilvánítja.

Nos conventus monasterii Sancti Benedicti de Juxtagron memorie commendamus per presentes, quod religiosus frater Lucas, abbas de Kolos, coram nobis personaliter constitutus, nostram personaliter veniens in presentiam, per modum protestationis et retractationis nobis significare curavit in hunc modum: quod quod (így) superioribus iam elapsis temporibus idem frater Lucas terrore ac diversis minis mortis sibi per egregium Johannem Hrwssoy de Zablath impositis preventus et inclinatus, prefatam abbatiam suam Laurentio, fratri eiusdem Johannis Hrwssoy resignasset et inscripsisset in periculum iuris sui et dampnum non modicum; unde facta huiusmodi protestatione, idem frater Lucas premissam dispositionem, que sic, ut premittitur, per ipsum cum dicto Johanne de Hrwsso terrore dictarum minarum (így) ductus, quoad omnes eius clausulas et obligamina revocasset et retractasset, imo revocavit et retractavit coram nobis vigore et testimonio presentium mediante. Datum feria tertia proxima post festum Penthecosten, anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo sexto.

Eredeti, papir, hátán nagy kerekpecsét maradványaival. — *Jászai országos ltár: KK. I. 56.*

Közli: Bunyitay Vincze.

101.

Várad, 1536 június 26.

Birtokcsere Statileo János erdélyi püspök és özv. Somlyai Báthory Istvánné, Telegdy Katalin között.

Nos Joannes rex Hungarie etc. memoriae commendamus — quod fidelis noster R. D. Joannes Statilius, episcopus Transsilvanus et consiliarius noster regius, personaliter ab una, ac honorabilis magister Thomas, plebanus et vice-archidiaconus de Somlyo, in persona generosae dominae Catharinae de Telegd, relictae spect. ac magnif. condam Stephani Bathor de Somlyo, pridem vayvodae Transsilvani, cum pleno et sufficienti mandato ac instructione, partibus ab alia; idem dominus episcopus nobilium Joannis ac Michaelis nepotum suorum et Petri Gore de Csalacz, ipse vero magister Thomas magnificorum Andreae, Christophori et Stephani, filiorum ipsius Catharinae, ex praefato condam Stephano Bathory vayvoda susceptorum, onera et quelibet gravamina negotio in subscripto super sese levando et assumendo, coram nobis personaliter constituti, sponte et libere confessi sunt retuleruntque nobis in hunc modum: quomodo ipsi, matura inter se deliberatione praehabita, ceterisque bonis respectibus animum ipsorum ad id moventibus ac inducentibus, in bonis et iuribus possessionariis quibusdamque decimis, infra denotandis, talem inter se fecissent dispositionem vel concambialem permutationem perpetuo duraturam, quod primo praefata domina Catharina de Telegd totales portiones suas possessionarias in oppido Darocz vocato, nec non possessionibus Gyrus [1] vel Gyeng [2] appellatis — in comitatu Zathmariensi — habitas, quas prius ipsa domina ab eodem domino episcopo pro 2000 florenis, plene ab ipso levatis et receptis, iure perpetuo emisset simul cum cunctis earundem utilitatibus, — rursus et e converso memorato domino episcopo suisque successoribus universis dedisset, donasset, contulissetque et concambialiter inscripsisset; e converso vero idem dominus episcopus totales decimas suas episcopales ex praedicto oppido ipsius dominae Catharinae, Somlyo, in comitatu de Kraszna habito, quae ratione episcopatus annuatim sibi provenire deberent, simul cum omnibus earundem decimarum proventibus, ad ecclesiam parochialem B. M. V. in dicto oppido Somlyo

[1] Géres, pagus.
[2] Nunc Gyöngy, pagus.

constructam dedisset ac via concambialis permutationis convertisset inscripsissetque et incorporasset, coram nobis, iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas, exigendas colligendasque pariter et habendas. — — Datum Varadini tertio die festi nativitatis b. Joannis Bapt., anno Domini 1536.

Pray, Hierarch. II. 275. *Katona* XX/2. 991.

102.

Selmeczbánya, 1536 június vége.

Selmecz város tanácsa a dominikánusok kolostorát lefoglalja és abba a Szent-Erzsébet-ispotályból a szegényeket és betegeket áthelyezi.

Tanács-határozat.

Die Brüder Ordinis S. Dominici haben das Closter innen gehabt, biss solang dasselbige von bemeldten Brüdern in abnemen kommen ist, nicht dass sie betracht hätten dasselbige zu bessern oder zue erhalten, sondern haben auch noch die Kirchengueter, als Messgewandt, Bücher und all das Jenig, so noch bei der Kirchen gewesen von Kelchen, Kreuzen, Ampulls, Thuribuls, dessgleichen Äcker, Feld und Weingärten zum meisten versetzt, verkaufft und von der Kirche entfremdet, — sie sindt zue einigen abgestorben, weggezogen u. (haben) zuletzt solch unser Closter ödt gelassen. Nun ist aller Welt offenbar, wie Unfriedlichkeit und Unsicherheit der Zeit gewesen, — wo wir es nicht hätten eingezogen oder eingenommen, das es gar zue Boden gangen wäre, — auch besorgsam gewesen, dieweil zudieser Zeit alle Winkel (der) Büberei voll seyn, dass sie dieselben durch Verrätherey bei nächtlicher weise hätten mögen einnemen, dadurch der ganzen Stadt grosse Unruhe und Gefährlichkeit daraus erwachsen wäre; so seyn uns die armen Leute unten im Spital auch gar zu weit gewesen, haben weder Predigt, noch nichts hören mögen, von uns auch nicht sowohl besorgt seyn, als wenn sie nähenter bei uns gewesen; — seindt (wir) dero wegen und anderer Ursachen halber mehr, mit Wissen und Willen der ganzen erbaren Gemein, verursacht worden, die armen Leuth aus dem Elendt des untersten Spitals herauff zu nehmen und in das Closter zu sezen, Acker, Feldt und Wiesmaten den armen Leuten zu Guth zu genissen und zu gebrauchen. Derohalben zu mehreren Urkhundt und zuekünftigen Gedächtnuss haben

wir dieses in das Stattbuch verzeichnen lassen. Geschehen im oben angezeigten Richterambt (Bartfelder Tádé bírósága alatt) die nächste Woche nach Johannes des Täufers 1536.

Közölve *Breznyik* János: A selmeczbányai ág. hitv. evang. egyház és lyceum története. I. 78—79. ll.

103.

Bologna, 1536 július 18.

Brodarics István kéri Ferdinánd királyt, tiltsa el embereit attól, hogy Kápolnay Ferenczet, ki az egyházához és a budai hévvizi prépostsághoz tartozó birtokokat pusztítja, ne segítsék, mert ha magára hagyják, majd maga is tud végezni vele. Sajnálná, ha a király egy országos tolvajnak inkább kedvezne, mint neki, ki a király ügyében annyit fáradozott.

Serenissime et Auguste Princeps, Domine Clementissime. Post servitutis mee humillimam commendationem. Doleo toties Vestram Maiestatem molestare, imo obtundere pro hoc eodem negotio. Pergit rursus Franciscus Kapolnay, quod ex literis fratris mei, proxime ad me datis accepi, mihi et meis facere negotium et mille vexationes. Rursus occupavit quasdam ad Ecclesiam meam item ad Prepposituram aquarum calidarum Budensium, quam hospitali egenorum retuli Vestre Maiestati esse dicatam — pertinentes possessiones. Addidit his diebus et alia multa meorum spolia. Oro, obsecro, supplico humillime Vestre Sacre Maiestati, si ipse ab huiusmodi insolentiis prohiberi non potest, nec dicto vult esse obediens, prohibeantur saltem alij servitores Vestre Maiestatis, ne eum contra me adiuvent. Ego enim ab ipso me facile tuebor, si alij eum non iuverint. Et hoc cum ego dies et noctes cum tanto rerum mearum et valetudinis dampno in his elaborem, que sunt ad gloriam et commodum Vestre Sacre Maiestatis et clarissime illius familie, expensis infinitis in hoc factis, indignissimum certe putarem, si Vestra Sacra Maiestas, sapientissimus alioqui et optimus Princeps plus uni publice latroni ac predoni faveret, quam mihi tantos labores in bonum et commodum Vestre Maiestatis facienti. Meam humillimam servitutem in gratiam V. Maiestatis humiliter commendo, quam Deus conservet semper felicem et incolumem. Bononie 18 Julij 1536.

Eiusdem Vestre S. Maiestatis

humilis servitor

Stephanus Br. [Brodarich],

Quinqueecclesiensis scripsit.

Kívül: Serenissimo Principi et Domino Domino Ferdinando divina favente clementia Romanorum Regi etc. semper Augusto, Domino Clementissimo.

Egy ív papir első oldalán, zárópecsét nyomával. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1536. Jul. 30.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

104.

Selmeczbánya, 1536 július 19.

A selmeczbányai tanács felszólítja a körmöczbányai tanácsot, hogy a vallási és szertartási ügyekben tervezett zsinatot mielőbb hívja össze.

Unseren freunttlichen gruss vnd allen dienstparlichen Willen beuor. Ersame, fursichtige vnd weise besonder gonstige herren freundt vnd Nochparen. Noch dem Euer Ersamen gutt wissen tragen wie vnd was gestaltt die erberen Stett in der neulichsten Vorsamblung doselben oben beÿ Euer Ersamen der Kirch ordnung vnd der Christlichen Religion halben gehandeltt vnd beschlossen haben, die pristerschafft alle, so in den Pergstetten vnd in irem Kirchen sein, auff einen kurczen vnd bequemen tag doselben hien zue Euer Ersamen zue berueffen, mit den selbigen, die weill wir sonst in anderen sachen allen eins sein, einerleÿ Jura vnd priuilegia haben, noch lautt Inhaltt vnd vormogen der bibll vnd der heÿligen schrifft einen gottes dienst ein Kirchnordnung gott dem almechtigen zue lob vnd zue Eer zuemachen vnd auffzuerichten, merer ÿrthump vnd ergernuss darduch zuuormeiden, Die weil aber solichs noch biesheer von Euer Ersamen nitt gehandeltt ist worden, wolleten wir nitt geren das soliche lobliche vnd salige vorgenommene sach vnd beschlossene meinung in vorachtung oder vorgessung kham, Langtt der halben vnser ganzc freunttlich bitt an Euer Namhaft Weisheit, wollen sich nitt beschweren lassen bemelte sach auff das furderlichst oder on lengeren vorzug anczuegreiffen vnd zueprocedÿren dem almechtigen gott die Eer zuegeben vnd sein gottliche Maiestatt vmb Ratt hilff vnd beistandtt anczuerueffen, Auff das wo ÿs heÿutt oder morgen ein Statt oder die ander solicher sachen halben mitt irgentt einem bossen lufft wurdt angefochten werden, das man ein trost vnd hoffnung hett, den selbigen equali et communi, vt par est, voto zuuortreiben vnd zuuoranttworten. Sein der halben von Euer Ersamen ein anttwortt gewarten, Thuendt

widerumb was von vnss Euer Weisheit alczeitt freunttlich lieb ist. Anno Domini Schemnicz am 29 tag Julÿ 1536.

Richter vnd Ratt der Statt Schemnicz.

Eredetije Körmöczbánya levéltárában. Fasc. 2. Nr. 43.

Közli: Dr. TIMON ÁKOS.

105.

Innsbruck, 1536 július 22.

Anno 1536 Aeniponti in festo B. Mariae Magdalenae rex Ferdinandus Archidiaconatum Aba-Ujvariensem in Ecclesia Agriensi per mortem M. Joannis Doctoris de Gara vacantem contulit Michaeli, decretorum doctori, Praeposito Colocensi et praefatae ecclesiae Agriensis Vicario.

Steph. *Kaprinai* Collectan. Msc. B. Tom. XXVIII. 91. l.

106.

Esztergom, 1536 július 26.

Várday érsek levele Beszterczebánya városához. Az üzenetet megvivőknek hitelt adjanak.

Prudentes ac circumspecti domini amici honorandi, salutem et nostri comendacionem. Nunciavimus Dominationibus Vestris per hos homines nostros, presentium videlicet exhibitores, in certis negociis nostris nonnulla. Rogamus itaque easdem, velint verbis ipsorum tanquam nostris fidem adhiberi, que valeant feliciter. Strigonii XXVI die Julii, anno Domini 1536.

Paulus,
Archieps. Strigon. m. p.

Más kézzel: Ut religio in ordine pristino et consvetudine conseruetur, Euangelium clare absque fuco predicetur, ne secte interim suboriantur.

Kívül: Prudentibus ac circumspectis dominis Judici et Juratis ceterisque Ciuibus Ciuitatis Bistriciensis amicis honorandis.

Eredetije Beszterczebánya város levéltárában. Fasc. 267. Nr. 5. Közli *Katona* XX. 2. 1008. l.

107.

Kolozsmonostor, 1536 augusztus 15.

Tatár Lőrincz egeresi malmának felét Gergely egeresi plébánosra bízza megőrzés végett, annál is inkább, mert e malom másik fele úgyis a plébánosé volt.

«Discretus Laurentius filius olim circumspecti Joannis Thatar de possessione Egeres» medietatem molendini in possessione Egeres super fluvium Nadas constructi, tutelae Gregorii plebani de Egeres, ad quem altera medietas celeroquin spectabat, committit coram conventu Colosmonostoriensi.

Egykorú másolat a kolosmonostori konvent lt.-ban. Kolos 152.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

108.

Gyulafehérvár, 1536 augusztus 23.

Enyedi Adorján püspöki helytartó az aradi káptalan és a gyulafehérvári ágostonrendű szerzetesek közt folytatott pert az utóbbiak javára dönti el.

Adrianus de Enyed artium liberalium et iuris utriusque doctor, archidiaconus Dobocensis et canonicus ecclesiae Albensis Transylvaniae, necnon reverendissimi in Christo patris et domini Joannis Statilii episcopi Transylvani, consiliarii Regiae Maiestatis dignissimi, vicarius in spiritualibus causarumque auditor generalis, in causa, quae annis aliquot elapsis coram se inter venerabile Capitulum Orodiense, actoris nomine, per venerabilem dominum Vincentium a Pachyr canonicum et procuratorem legitimum dicti Capituli, ac religiosum Laurentium procuratorem caeterosque fratres professionis S. Augustini in conventu s. Stephani Protomartyris Albae Juliae fundato, reorum nominibus agentem mota fuit super medietate molendini territorii Egyházfalva in fluvio Rákosfalva vocato et comitatu Thordensi habiti, hortoque adiacente, ante complures annos a Matthia custode et canonico praefati Capituli, procuratorias eiusdem litteras habente, in sua ipsiusque Capituli Orodiensis personis cuidam Nicolao Literato, camerario Thordensi in emphyteusim cum certo canone, ab eodemque Nicolao venerabili quondam Mathaeo archidiacono Thordensi, perque eum conventui fratrum dictorum florenis 200 in auro venditi, definivit in favorem eorundem fratrum, eosque absolvit ab impetitione dicti Capituli, silentio huic perpetuo imposito. Datum Albae Juliae 23. mensis Augusti. Anno Domini 1536.

Szeredai, Notitia veteris et novi Capituli eccles. Albensis Transilv. ex antiquis ac recentioribus literarum monumentis eruta 154. l.

109.

Buda, 1536 augusztus 25.

Pathai Tamás szentferenczrendű tartományi főnök a szentírás szorgalmas tanulmányozására inti társait.

Fr. Thomas de Patha, ordinis Minorum fratrum s. Francisci provincie Hungarie Minister in litteris ad suos socios a. 1536, die 25 mensis Augusti Budae datis inter alia praecipit: «Ad evangelizationem verbi Domini... summe necessarium est sacrarum scripturarum studium. Date igitur operam et diligentiam studio sacrarum scripturarum».

Ferenczrendűek gyöngyösi levéltára. — Másolat. (Simplex copia in archivo ord. s. Francisci Gyöngyösini.)

Közli: Dr. Karácsonyi János.

110.

Innsbruck, 1536 augusztus 25.

Ferdinánd király arról értesülvén, hogy Charosius Gergely zágrábi kanonokságát a kitűnő zenész Gambacurta János trau-i kanonokságával akarja kicserélni, kéri a zágrábi püspököt, hogy egyezzék bele e cserébe.

Zagrabiensi. Ferdinandus etc. Reverende Pater, Devote, Syncere et Fidelis, Dilecte. Cum devotus nobis dilectus Gregorius Charosius presbyter canonicatum suum, quem in ecclesia cathedrali Zagrabiensi habere dicitur cum alterius presbyteri nomine Joannis Gambacurta canonicatu quodam in Trau, quem in arte musica egregie exercitatum probatisque moribus preditum esse percipimus, commutare intendat, in quo tamen Devotionis tue consensus requiri debeat, nobisque ex parte sua humiliter supplicatum fuerit, ut pro assequendo eiusmodi consensu apud Devotionem Tuam clementer favore nostro intercederemus. His itaque eius precibus iustis annuentes, Eandem Devotionem Tuam gratiosissime requirimus, ut permutationem illam accedente tuo consensu ad nostri contemplationem fieri permittas, nobis in eo rem gratam factura nostra in te gratia Regia recognoscendam. Datum in Innsprugk 25 Augusti 1536.

Exped[ite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1536. Aug. 70.*

Közli: Bunyitay Vincze.

111.

Szentlászló, 1536 szeptember 2.

A zágrábi püspök közbenjár a velikei vár tisztviselőitől zaklatott s javadalmától megfosztott megyericsei plébánosért és alesperestért.

Magnifice Domine... Hic honorabilis pater Michael, plebanus ecclesie Megyewreche et vicearchidiaconus, capellanus M(agnifice) D(ominationis) V(estre) cum summa humanitate ad nos veniendo non sine parvo animi sui dolore declaravit, se per officiales M. D. V. de Welÿke sine causa detentum, beneficioque privatum et ad fideiussoriam cautionem dimissum esse, ut nisi gratia M. D. V. sibi suffragata fuerit, cogetur per suam paupertatem certa summa multari. Supplicavit igitur nobis, ut in hac sua innocentia partes nostras apud M. D. V. interponeremus. Et quoniam idem plebanus honestam vitam egisse bonaque beneficii sui potius auxisse, quam dilapidasse minusque utilitatis ex eo recepisse, quam expense erogate fuerunt, dicatur, rogamus Eandem vehementissime, velit nostri causa solita in eum gratia uti, beneficiumque ipsius et pristinam sui capitis restituere libertatem, ne vel ex eo vulgus M. D. V. crudelem iudicet. Quicquid gratiarum in eum impenderit, causa nostri factum putabimus... Ex possessione nostra Zenthlazlo Sabbato post Egidii 1536.

Simon,
Episcopus ecclesie Zagrabiensis.

Kívül: Magnifico domino Thome de Nadasd consiliario Regie Maiestatis.

Eredetije a Nádasdy-levelek E. csomójában az országos levéltárban.

112.

Galgócz, 1536 szeptember 4.

Thurzó Elek a király azon parancsára, hogy a nyitrai püspökség jövedelmeiből eddig Buesso Jánosnak fizetett évi kétszáz forintot ezentúl de Castilegio Kristófnak fizesse, hivatkozva a püspöki javadalmak rongált állapotára, kéri a királyt, hogy e parancsa végrehajtását halaszsza addig, míg személyesen értesíteni fogja az ügy állásáról.

Sacratissima Maiestas Regia, Domine Clementissime. Fidelium servitiorum meorum humillimam commendationem. Accepi literas Maiestatis Vestre, quibus scribit, tempore assignationis Episcopatus

Nitriensis in manus meas, reservatam esse de illius proventibus ducentorum aureorum summam, quam Maiestas Vestra cuicunque vellet, esset applicatura, et idcirco mandat, ut sublato ex hac vita venerabili Joanne Buesso, capellano et elemosinario Suo, literas assecurationis obligationisque super huiusmodi ducentorum aureorum pensione darem venerabili Domino Christoforo de Castilegio, consiliario et secretario Maiestatis Vestre. Potuit profecto Maiestas Vestra iamtum me declarante cognovisse, quam desolata et quam ad nihilum quodammodo redacta sint bona illius episcopatus tum per incursiones Turcarum, tum etiam per eos, in quorum manibus ea fuerunt, adeo ut maxime ob hanc calamitatem et vastitatem deprecabar, ne Maiestas Vestra me ad obligationem ipsi Domino Joanni Buesso faciendam cogeret, quando intertenendis iis, quorum opera et vigilantia carere arx Nitriensis non potest, vix sufficiant redditus, uti deinde certius hanc penuriam et tenuitatem proventuum deprehendi. Quod autem attinet ad obligationem domino Christoforo faciendam, non memini me quicquam eiusmodi in literis Maiestatis Vestre donationalibus vidisse, ut decedente domino Joanne Buesso alteri me obstringere deberem. Supplico tamen Maiestati Vestre dignetur rem hanc in eodem statu usque felicem reditum suum relinquere. Tum enim coram Maiestas Vestra ex me certius cognoscet desolationes bonorum. Et credo atque spero, quod cognitis necessitatibus et vastitate episcopatus, Maiestas Vestra non putabit Ecclesiam illam hoc gravamine onerandam; tantummodo dignetur in isto statu negotium hoc differe ad felicem Maiestatis Vestre reditum. Cui fidelia servitia mea recommendo Ex Galgocz, 4 die Septembris Annno 1536.

Eiusdem Maiestatis Vestre Sacratissime

fidelis servitor

Alexius Thurzo etc. m. p.

Kívül: Sacratissime Maiestati Regie, domino meo clementissimo.

Egy ív papir első oldalán piros zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1536. Sept. 6.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

113.

Várad, 1536 szeptember 30.

János király 16.000 forintért zálogba adja Debreczen városát Enyingi Török Bálintnak.

Ioannes rex oppidum Debreczen pro 16.000 florenis oppignorat Valentino Török de Enying.

Az okirat közölve: Magyar Protestáns egyh. és isk. Figyelmező. Ötödik (1874.) évfolyam 491. l.

114.

Brassó, 1536 október 5.

Brassó város Jekkel Jeremiást választja plébánosnak.

Anno 1527 nach dem Dat: Marcello [1] ist zu Cron zum Pfarrer erwählt worden Herr Paulus Benckner, aber 1535 die Pfarr aufgeben, und seine Stelle eodem anno wird Herr Lucas Pleckner erwählet, und anno 1536. gestorben. Eodem anno in dessen Stelle Herr Jeremias Jeckel von Bierthelmen, welcher ein Locat in Cron gewesen, darnach Priester, und endlich Pfarrer geworden, und Cronstadt gegen Tartlau auf die Pfarr kommen.

Ostermayer egykorú krónikája. Kiadja gr. *Kemény József:* Deutsche Fundgruben der Geschichte Siebenbürgens. Klausenburg 1839. 22. l.

1535. Paulus Benknerus, Pastor Coronensis, Pastoratus officio (incertum qua de causa) sua sponte sese abdicavit. In cuius locum electus est civitatis concionator Lucas Plecker (!): qui antea visus fuit amplecti puram Evangelii doctrinam, cuius semina iam tum Dom. Honterus sparserat. Sed pastoratum adeptus, mutata mente et voluntate, hostis et adversarius Evangelii factus est, et ob id divinitus punitus, anno sequenti 1536 d. 17 Novembr. vitam cum morte commutans.

1536. Ei in officio successit d. 5 X br. huius anni Jeremias Jekel, Birthalbinus, qui ex scolastico paupere minister ecclesiae Coronensis factus studio et diligentia in praedicanda pura Evangelii doctrina ad summum dignitatis fastigium est evectus, quod ipsum tamen post,[2] suapte sponte deseruit, Prasmarinum concedens.

Trausch: Chronicon Fuchsio-Lupino-Oltardinum. Coronae 1847. I. 51. l.

[1] Január 16. [2] 1544-ben.

115.

Galgócz, 1536 október 6.

Thurzó Elek országbiró és királyi helytartó Mihály pannonhalmi főapát kérésére megparancsolja a veszprémi káptalannak, hogy Devecseri Choron András zalai főispánt, aki a pannonhalmi apátságtól a siófoki vám harmadát elvette, a helytartói szék elé idézze.

Alexius Thurzó, Locumtenens regius, ad petitionem Michaelis, abbatis Sacrimontis Pannoniae citari iubet Andream Choron, supremum comitem de Zala, tertiam partem tributi de Siófok occupantem.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági lt. c. 33. l. J.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

116.

Sümeg, 1536 október 19.

Choron András zalai főispán írja Mihály pannonhalmi apátnak, hogy a siófoki vám harmadát vissza fogja adni, csak megkérdi előbb a tihanyi tisztet, miért foglalták el?

Adreas Choron, comes de Zala, Michaelem, abbatem Sacrimontis Pannoniae, certiorem reddit, se redditurum tertiam partem tributi de Siófok, sed prius interrogat officialem suum de Tihany, quare occupavit?

Eredeti a pannonhalmi főapátsági lt. c. 48. l. L.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

117.

Róma, 1536 október 21.

III. Pál pápa Morone János modenai püspököt Ferdinánd királyhoz állandó nuncziusul küldi.

Carissime! Cum revocato ad nos dilecto filio P. Paulo Vergerio, electo Justinopolitano, nuper apud Maiestatem Tuam nuncio nostro, vellemus non solum pro more, sed pro amore nostro erga Serenitatem Tuam apud te continuum nuncium habere, qui tua ad nos desideria, quotiens accideret, referret nostrasque et huius sanctae Sedis res et negotia presertim ad tutelam fidei catholicae pertinentia apud te procuraret: diu deliberavimus super homine eligendo, quem hoc munere dignum putaremus, sed cum in venerabili fratre Joanne Morono episcopo Mutinensi virtus, prudentia et probitas pari doctrina ac religione animi fideque erga nos coniunctae essent, accederetque etiam devotio eius et quondam genitoris sui

erga Cesaream et Tuam Maiestatem, neminem habuimus, quem in hoc munere ei anteferremus. Eum itaque ad Maiestatem Tuam nostrum et huius sancte Sedis nuncium cum Dei nomine mittimus, iugiter apud te mansurum acturumque cum illa et curaturum ea omnia, quae pro nobis et eadem Sede pro tempore agenda occurrerint. Hortamur igitur Serenitatem Tuam in Domino, ut ipsum Joannem episcopum nuncium nostrum solita, qua ceteros huius sancte sedis nuncios humanitate et honore suscipere eique in cunctis nostro nomine nunc et deinceps referendis haud minorem fidem continue habere velit, quam si nos ipsi presentes cum Maiestate Tua colloqueremur.

Datum Romae apud S. Petrum etc. 21 Octobris 1536, anno 2.

Blosius.

Nuntiaturberichte aus Deutschland. Erste Abtheilung 1533—1559. II. Bd. Gotha 1892. 57. lap.

118.

Róma, 1536 október 24.

III. Pál pápa utasítása Morone János modenai püspök, kinevezett bécsi pápai nunczius számára. Kifejti az okokat, miért szükséges a (tervezett mantuai) zsinatra a magyar főpapokat is meghívni, mely meghívás az ő pápai el- vagy el-nem-ismerésüket egyáltalán nem érinti.

Instructio pro causa fidei et concilii data domino episcopo Mutinae San^{mi} domini nostri Pauli papae III. ad Ser^{mum} Romanorum etc. regem nuncio destinato die 24 octobris 1536.

Quia regnum Hungariae fuit semper validum propugnaculum et veluti antemurale Christianitatis, ideo iudicavit San^{mus} Dominus Noster non esse praedictum regnum ob discordiam principum super temporalibus rebus ortam a Sanctitate Sua in spiritualibus deserendum, sed eius praelatos, quamlibet alias contumaces, esse, quemadmodum et caeteros, ad universale concilium vocandos, ne dictum regnum et ob commercia et confederaciones, quas proximis annis cum infidelibus habuit et nunc, si ob ullam Sanctitatis Suae negligentiam vel contemptum in universali synodo eius praelati non comparerent, cum evidenti detrimento fidei in defectione ab obedientia et unione sanctae Romanae ecclesiae nimis diu insordesceret: eapropter Sanctitas Sua ad archiepiscopos eius regni literas in forma brevis scribit, suppresso tamen ipsorum proprio nomine, et una copias authenticas bullae concilii tam ad ipsos quam ad suffraganeos et abbates in eorum provinciis consistentes mittit,

quae brevia una cum praedictis copiis dominus nuncius curabit quanto maturius poterit ad praedictos archiepiscopos mittere et, si videbitur, etiam ad eos scribere, ut praedictas copias per omnes suffraganeos et abbates suarum provinciarum distribuant, ut ad omnium notitiam, quorum interest, in eo regno praedicta concilii intimatio et publicatio perveniat.

Ne autem mirum videatur Ser^mo^ Romanorum etc. regi, declarabit dominus nuncius Maiestati Suae, San^mum^ Dominum Nostrum pro honore Dei, salute universalis ecclesiae ac concilii celebrandi maiore perfectione hoc fecisse, unde Maiestas Sua (cuius utpote Germaniae regis hoc concilium potissimum interest) etiam maius commodum consequetur, et praesertim, quia Sanctitas Sua non nominando praedictos archiepiscopos nequaquam propterea eos confirmat aut recognoscit vel admittit, quinimo etiamsi eorum nomen exprimeretur, nihil propterea magis, quam antea illis accederet, non enim summus pontifex aliquem titulum alicui in superscriptionibus tribuendo eum talem facit, qualem in titulo nominavit, nisi ille aliunde sit talis, sicut etiam in sacris canonibus cautum est; tanto igitur minus non exprimendo eorum nomen; quare Sua Sanctitas non ad illos contumaces, sed ad illorum ecclesias vel legitimos dictarum ecclesiarum praelatos, si qui sunt vel esse deberent, scribere videtur. Si igitur vigore huius vocationis ad concilium accedent, antequam in gratiam sedis apostolicae redierint, petetur illic ab eis: amice quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? [1] neque prius habebunt votum aut alias admittentur, quam sanctae matri ecclesiae fuerint reconciliati. Sin autem concilium aliquo legitimo impedimento retardaretur et illi ex hac inscriptione putarent se esse a Sede Apostolica confirmatos, tunc Sanctitas Sua declarabit mentem suam et contra eos per debita iuris remedia, sicuti antea, procedet.

Hae sunt rationes et argumenta, quibus dominus nuncius erga Ser^mum^ regem uti poterit, si quam difficultatem Maiestas Sua in hoc facere videretur; neque est opus, ut dictus dominus nuncius alias hanc instructionem Maiestati Suae vel aliis ostendat, praesertim, nisi necessitas cogat, sed rationibus supradictis ex ea depromptis viva voce utatur.

Sed nec Bohemiae regnum etc. — —

Nuntiaturberichte aus Deutschland. Erste Abtheilung 1533—1559. II. Bd. Gotha, 1892. 58. lap.

[1] Matth. 22, 12.

119.

Róma, 1536 október 24.

A Morone bécsi nunczius tájékoztatására szolgáló pápai instrukczióból. — Brandenburgi Györgyről.

— — — — — — — — — — — — — — —

Georgius marchio Brandeburgensis: nuper Lutheranorum maximus fautor, nunc aliquando aequior erga nos factus.

Nuntiaturberichte aus Deutschland. Erste Abtheilung 1533—1559. II. Bd. Gotha, 1892. 67. lap.

120.

Várad, 1536 november 8.

Frangepán Ferencz kalocsai érsek és egri püspök urának, János királynak megbizásából a római császárhoz indulóban kötelezi magát, hogy azokat a feltételeket, melyek alatt a római királytól, Ferdinándtól szabad menetlevelet kapott, szentül teljesíteni fogja.

Ego Franciscus de Frangepan, archiepiscopus Colocensis et episcopus Agriensis, fateor et per presentes literas recognosco, cum mihi ex commissione serenissimi principis et domini domini Joannis Hungarie etc. regis, domini mei clementissimi, propediem ad Sacram Cesaream et Catholicam Maiestatem in negotio tractationis pacis Vngarie per serenissimi domini Romanorum etc. regis etc. dominia profecturo Sacra Maiestas Sua Regia salvum conductum eo pacto concesserit, ut nullibi locorum neque gentium de rebus Hungaricis pacisque negotio agere et tractare debeam, preterquam apud solam Cesaream et Regiam Maiestatem Suam, et idipsum me facturum sub honore et fide mea Christiana promisi meque obligavi, prout harum vigore sancte promitto et me obstringo, ita quod in prefatis rebus nusquam nisi apud dictam Cesaream vel Regiam Maiestatem agere et tractare, neque quicquam contra ambarum Maiestatum Suarum dignitatem et honorem seu in ipsarum preiudicium aut subditorum suorum damnum in eiusmodi profectione mea directe vel indirecte aut quovis modo practicare aut machinari, neque ullam personam, cuius medio talia fieri possint, mecum ducere volo nec debeo, quinimo subito postquam a Maiestatis Cesaree curia absolutus rediero, recto tramite Hungariam versus proficisci nec ullibi in itinere pedem figere aut

ad aliquos Principes vel Potentates practicas ullas exercendi causa divertere volo neque debeo. In quorum fidem et evidens testimonium has literas manu mea propria et scriptas et subscriptas dedi et sigillo meo consueto roboratas. Varadini 8 Novembris anno Domini MDXXXVI.

Idem qui supra manu propria subscripsit.

Egy félív papir egyik oldalán, alatta az érsek czímeres, veresviasz pecsétjével. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1536. Nov. 12.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

121.

Nürnberg, 1536 november 10.

Dévai Mátyás Nádasdy Tamásnak. Érlesíti megérkeztéről, szállásfogadásáról és pénzbeli viszonyairól. Az orvosokkal még nem beszélt, mert egy híres szemorvos megjöttét várja. Vitus mesterrel, szent Sebaldus egyházának prédikátorával már néhányszor bizalmasan értekezett. Ha szem- és gyomorbajából felépülne és pénze engedné, elmenne Wittenbergbe s egyideig ott tartózkodnék; hallja, hogy ott sok magyar van.

Post perpetua obsequia etc. gratiam et pacem per Jesum Christum. Norembergam usque, gratia Deo, Magnifice Princeps, venimus in pace, nec quidquam accidit incommodi, preterquam quod ego semel cum equo cecidi, idque factum non ipsius, sed meo vitio, multum sanguinis e naribus effluxit, consultus medicus, sed jam gratia Deo sanus sum. Hoc usque equum nondum potui divendere, vereor ne possim tanti, quanti emptus est. Foeni et avenae magna penuria et hominum edalia dantur magno. Pridie, quo haec scriberem, accepi habitacionem cum tabula, credo non minoris ad septimane tempus rhenense uno. Joannes Farkas dedit fl. 20, quos vel Caspar Leczer vel Volffgangus Pener, quos credo et Dominationem Vestram Magnificam novisse, solvent hic, et Hassagi sumptu in itinere me adjuvarunt, insuper florenos X dedit, dabat et plus, sed accipere nolui. Ivit ipse Vittenbergam et a me et a Vito magistro praedicante diligentissime Philippo et aliis fratribus commendatus. Haec ipsius voluntate scripsi, et quidem soli Magnificentiae Vestrae, petiitque eandem, ut matrem sollicitaret, ne ei deesset; coactus est et Viennae pro debitis suae parentis plus XV fl. perdere. Cum doctoribus adhuc nihil egi. Expectatur in civitate ophthalmicus, qui celebrior in tota habetur Germania. Hunc praestolor et ego, et quidem consilio fratrum. Cum Vito magistro, praedicante apud Sanctum Sebaldum jam egi aliquoties quam

familiarissime, ejus et litteras Magnificentiae Vestrae ostenderam. Sunt hic boni viri et docti, politia egregie instituta, unum dumtaxat coenobium, in quo sunt monachi tres, nonnarum duo, exire liberum, intrare non item, sed nullam habent potestatem vel praedicandi vel alios in suum ordinem recipiendi. Rasippone venit ad nos Gerardinus Tercus, Ungaricae linguae non ignarus, qui inter alia humanitatis officia coepit me allicere, quod si egerem sumptu, acciperem ab eo, ipse enim libenter daret. Miratus sum hominis candorem et pietatem in fratrem, ipse tamen actis gratiis honorifice renui oblatam munificentiam; hic tamen nisi fuissem commendatus bonis viris, nescio gravius forte fuisset. Sarcinula mea adhuc est in itinere; si oculis et ventri consuli possit et bulga non exhaurietur, intrarem et ego Vittebergam et aliquousque apud illos essem. Audio multos Ungaros esse istic. Haec in praesentia, alias plura et credo etiam certiora de rebus meis Magnificentiae Vestrae scripturus. Credo Magnificentiam Vestram cum meo famulo id effecisse, quod oportuit. Eandem Christus Iesus ad multa tempora, cum sua honestissima conjuge conservare dignetur. Amen. Norenbergae in profesto Martini anno salutis 1536.

Dévai,
M. Vestrae mancipium etc.

Kívül: Spectabili ac Magnifico domino Thomae de Nádasd domino et patrono mihi semper observandissimo. Ad Sarvar.

Eredetije félív 2-rét, a zárlatán zöldpecsét nyomával. Az Országos Levéltár kincstári osztályában. Közölte *Szilády* Áron Dévai «At tíz parancsolatnak stb.» cz. művének akad. kiadásában (Budapest, 1897.) 127. l.

122.

Hanta, 1536 november 17.

A hantai prépost írja Kecthely Márton választott veszprémi püspöknek, hogy nagy a felháborodás amiatt, hogy illetéktelen kezek felnyitották azt a ládát, mely az elhalt Zalaházi Tamás főkanczelláré volt és abból sok, országokat érdeklő iratot elidegenítettek, amiért őt, a prépostot s a püspököt okolják. Javalja, hogy írjon ez ügyben Rogendorfnak és a pilisi apátnak. Végül vegyes hírek közlése után tudakozódik Török Bálint állapota felől.

Reverendissime Domine, Domine, mihi semper Observandissime, servitutis mee perpetuam commendationem. Heri ad Hantha veni meum, iam tandem ex longo exilio et insimulationis iniquitate medio magnifici domini Joannis Zalay imprimis et ceterorum amicorum, videlicet domini Locumtenentis et domini Transsilva-

niensis eliberatus. Sed audi, Reverendissime Domine, emersit aliud negotium vel potius malum: Wylaky ex Nova Civitate applicuit recta Posonium ante regis adventum in Viennam, tertio die, ni fallor, salutatum una cum preposito Alberto adivimus, quumque porrexisset manus mihi cunctanter torvisque oculis inspexisset: itane egistis Vienne mecum unacum Domino Martino? literas immo capsam totam plenam variis literis et his quidem privilegiis, que terminos totius Regni Hungarie et Regni Boemie ceterarumque, in quit, provinciarum continebant, amisimus, nunc in Oeniponte sex a Regia Maiestate selecti homines literas illas et privilegia tractant, secernunt. Profecto vos, inquit ipse Wylaky, estis causa et calamitas Regni. Ego respondi: minime, inquam, quum secretarius Domini Stephani Pempflinger cum clavibus Viennam missus fuisset, serasque et repagula domus vel potius camere aperuisset. Certe nihil nobis de illa capsa obligata cordis, sigilisque obsignata dixit, nec etiam vetuit, ne illam plaustro inponeremus, dixique, si vobis Regia Maiestas commiserat, cur non alio a ceteris rebus Domini nostri condam reverendissimi posuistis? Preterea vult et in animo suo deliberavit omnino, coram regnicolis in conventu Vienne iamiam futuro aperte proclamare et in nos concitare odia omnium Dominorum: Dominationem Vestram Reverendissimam capsam illam dedisse ad manus Germanorum. Franciscus vero Batthyani cum venisset ad eius Castrum Nemetthwyhel, mirabilia dixit et fieri et facere, si potestatem haberet, Dominationi Vestre Reverendissime, prout et consequenter mihi comminatus est valde. Propterea Reverendissima Dominatio cogitet de his omnibus. Concitabit iram et odium omnium Dominorum adversus Dominationem Vestram Reverendissimam homo ille et perennis inimicus etc. Scribat, si videtur Eidem, ad Dominum de Regondorff (így) de ista re et ad dominum abbatem Pilisiensem, quocum Posonii multa de hoc negotio egi, et ipse modo est Vienne. Ipse quoque fortasse cogitabo. Ad Dominationem Vestram Reverendam Vesprimii multa quidem coram dicturus. Iam quasi ad arma Posonij veni, promulgant id negotium ubique, exterminandi sunt, inquiunt, istorum omnes Genelogia (így) quasi esset crimen lese Maiestatis. Sed profecto ipse Wylaky est magis in causa, quam Dominatio Vestra Reverendissima. Regem dicunt infra viginti dies, hoc est ante Natale Domini Pragam proficisci. Mature opus est. Pwdnomycky aliquot arces ipsius Thurzonis citissime ademit, dicam vero totam ex Comitatu Trinciniensi iam pridem exegit, extorsit et rapuit. Ex Vienna bombardas tres ingentes et prope fulminantes ad Sambokrethi duxerunt,

quibus expugnarunt. Si viri fuerint nostri, facillime arces adempte. Supplico Dominationi Vestre Reverendissime, scribat ad me ex parte Domini Valentini Therek, quo sit in statu, et alia nova. Turca, nihil certius, ad mensem Aprilem veniet. Hodie fuit apud me quidam explorator, qui Bude erat, quum nuntius Imperatoris Turcarum venerat. A Pesthenij Budam, ipsam sedem regiam aperte petit et vult. Pestheny statim recta ivit ad Joannem. Dominationem Vestram Christus Jesus incolumem conservet. Datum in Hantha 17 Novembris 1536.

Eiusdem Reverendissime Dominationis Vestre

Hantensis servitor perpetuus etc.

Kívül: Reverendissimo Domino Martino a Kechet, Electo Vesprimiensi, Domino meo semper observandissimo atque dignissimo.

Egy félív papir mindkét oldalán, piros záró gyűrűpecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1536. Nov. 28.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

123.

Várad, 1536 november 18.

János király rendelete Buda város birája és tanácsához, melyben meghagyja, hogy a budai harmadrendű ferenczes beginákat azon ház birtokába, melyet Orsolya domonkosrendű beginától királyi jóváhagyás mellett vettek, beiktassák s őket abban minden jogtalan támadás ellen megoltalmazzák.

Commissio propria dni Regis.

Joannes Dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie [etc. Fidelibus] nostris nobilibus et circumspectis iudici ac iuratis civibus civitatis nostre [Budensis sal]utem et graciam. Cum intelligamus religiosam ac honestam dominam Vrsulam [con]dam circumspecti Thome Ethwes de Buda regularem obseruanciam relig... inarum Sanctimonialium de Insula Leporum profitentem domum suam in in ipsa [civitate] Budensi prope Sanctum Sigismundum habitam et domui seu cenobio religiosarum... Beginarum tertii ordinis beati Francisci confessoris observanciam regularem... atque profitencium ante claustrum sew Monasterium Sancti Joannis ewangeliste sitam... fere connexam eisdem dominabus Beginis iure perpetuo vendidisse, quamquid[em ven]dicionem nos quoque ratam et acceptam habentes eidem nostrum regium consensum prebui[mus] immo prebemus benevolum pariter et assensum. Volentes itaque prefatas

dominas Beginas [in] reale dominium prescripte domus annotati quondam Thome Ethwes, (cuius alioquin empcio ob contiguam ejus vicinitatem de veteri lege et approbata consuetudine ipsius civitatis nostre Budensis magis ipsas dominas Beginas quam alios quospiam concernere dinoscitur) collocare statuique facere, proinde fidelitati vestre harum serie mandamus firmissime, quatinus, acceptis presentibus et premissis suo modo se habentibus, memoratas dominas Beginas iuxta consuetudinem illius civitatis nostre Budensis in corporalem possessionem realeque dominium prescripte domus (exclusis omnibus, qui nunc illam utcunque inhabitare residenciamque eius prope per indirectum usurpasse dicuntur) collocare statuereque, et easdem dominas in ipsa domo contra quoslibet illegitimos impetitores turbatoresque per omnia opportuna remedia tueri protegereque et conservare debeatis et teneamini. Authoritate nostra regia presentibus vobis in hac parte attributa. Jureque et iusticia mediante. Et secus nulla racione facturi. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Waradini in profesto Beate Elizabeth Vidue. Anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo sexto.

Papiros, a gyulafehérvári káptalan levéltárában, szélessége 29, hossza 31 centiméter, veresviaszban rányomott körpecséttel, melynek alakja és felirata letöredezett, a pecsét átmérője 8 centiméter.

Közli: Bunyitay Vincze.

124.

Veszprém, 1536 november 19.

Kechethy Márton Ferdinánd királyhoz írt levelében elpanaszolván azt, hogy Ujlaky őt szörnyű fenyegetésekkel üldözi, kéri a királyt, hogy a mellékelt, Ujlakyra vonatkozó levelet olvassa el s Horváth Andrást kedvező válaszszal bocsássa hozzá vissza.

Sacratissime Rex, Domine, Domine mihi Clementissime. Mallem Sacratissime Rex et Domine, Domine mihi Clementissime, quidvis aliud facere, quam vel iustissime aliquem deferre apud Sac. Maiestatem Vestram. Sed quoniam video hoc negotium primum ad Sacrat. Maiestatem Vestram, quam quodammodo nititur prodere Dominus Vylaky, secretarius eiusdem Sac. Maiestatis Vestre, deinde etiam ad me ipsum pertinere, cui extrema omnia minatur, quum tamen neque eum, neque quempiam unquam mortalium leserim neque verbis neque factis: opere pretium esse duxi, literas Sac.

Maiestati Vestre, que ad me a preposito Hantensi scripte sunt in specie mittere, ex quibus animum Domini Vylaky tum erga Sac. Maiestatem Vestram tum etiam erga me intelligere abunde poterit, quas, ut Sac. Maiestas Vestra diligenter perlegat, etiam atque etiam supplico. Supplico preterea Sac. Maiestati Vestre, ut Andream Horwath, quem superioribus diebus ad Eandem in rebus meis misi, voti compotem remittat. Servet Sac. Maiestatem Vestram Christus Optimus Maximus, perpetuo felicem ac incolumem. Cui mea servitia tanquam domino meo clementissimo commendata et accepta esse cupio. Vesprimij 19 Novembris 1536.

Eiusdem Sac. Maiestátis Vestre

humillimus ac obedientissimus servitor

Martinus de Kecheth etc.

Kívül: Sacratissimo Augustissimoque Principi et Domino Domino Ferdinando, Romanorum, Hungarie Boemie etc. regi domino meo clementissimo. Ad manus proprias Regie Maiestatis.

Egy ív papir egyik oldalán, piros zárópecsét nyomávai. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1536. Nov. 27.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

125.

Bécs, 1536 november 29.

Ferdinánd király arról értesülvén, hogy az esztergomi káptalan Prugg Arnoldnak kanonoki járandóságait távolléte miatt kiadni vonakodik, meghagyja ugyanazon káptalan prépostjának, hogy a nevezettnek a kanonoki és a barsi főesperestségi jövedelmekből az őt illető részt, mind a hátralékban maradottat, mind a jövőben esedékest a káptalan által kiadassa.

Preposito Strigoniensi. Ferdinandus. Venerabilis devote, fidelis dilecte. Quamvis alias te requisivimus tibique adeo etiam iniunximus, ut cum venerabilibus, devotis et fidelibus nobis dilectis Capitulo ecclesie Strigoniensis nostro nomine et loco tantum ageres et efficeres, uti honorabili fideli nobis dilecto Arnoldo de Prugg, capelle nostre regie Magistro vel procuratori suo legitimo de fructibus, redditibus, proventibus et emolumentis universis ex canonicatu in metropolitana ecclesia Strigoniensi, necnon archidiaconatu Barsiensi sibi per nos auctoritate iurispatronatus nostri regii collatis provenientibus atque provenire debentibus locis et temporibus opportunis integre et debite responderent et per eos, quorum interest, responderi facerent, non obstante neque ipsius

absentia, neque aliis in contrarium facientibus, quandoquidem honestum est et omni rationi ac divine legi consentaneum, ut quicunque altari servit, de altari etiam vivat et quia dictus Arnoldus non sua causa absens, verum continue Dei, nostroque officio intendens, non minus prebendam suam meretur, quam si coram istic agens, rei divine insisteret; nosque eius opera in cultu divino in curia nostra rite et devote, ut nos decet, peragenda nequaquam carere possumus, tanto igitur magis prefatum Capitulum adduci debuisset ad satisfaciendum ipsi Arnoldo de fructibus prefatis; tamen, cum audiamus illud nondum integre, neque debite ab eodem Capitulo factum esse, nosque omnino velimus prelibatum Arnoldum tam ob causas suprascriptas, quam etiam nostri intuitu presertim in re tam honesta ab eodem Capitulo digne tractari, sibique, ut convenit, de universis proventibus, ut prefertur, respondere: idcirco tibi denuo et quam firmissime committimus, ut omnibus modis apud dictum Capitulum cures ac loco et nomine nostro efficias, ut non solum de redditibus iam decursis, verum etiam futuris suo quoque tempore sine aliqua exceptione, contradictioneve eidem Arnoldo satisfaciant, nostram in eo expressam et omnimodam executurus voluntatem. Datum Vienne 29-a Novembris 1536.

Ex[pedite].

Fogalmazat egy félív papir két oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1536. Nov. 28.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

126.

Brassó, 1536.

«1536. Georgius Kakasius a nostris Wittebergam mittitur hauriendae uberius purioris doctrinae causa.»

Album Oltardianum. *Trauschenfels* id. m. 10. l.

127.

Brassó, 1536 november 11.

«Die 11. Novembris komben Briefe aus der Witteberg, quae omnibus nostratibus communicantur. Scripsit etiam Magister Johannes Reuchlinius.»

Album Oltardianum. *Trauschenfels* id. m. 10. l.

128.

Nürnberg, 1536 deczember 1.

Dévai Mátyás Nádasdy Tamásnak. — Most már orvosi kezelés alatt van. Legközelebb Brandenburgi Györgyhöz megy, a ki, nem tudja miért, magához hivatta. Könyve rövid idő alatt meg fog jelenni. Vitus predikátor is beleegyezett, hogy az egész könyv kiadassék. Panaszkodik aztán, hogy Vitusnak hozzá írt leveleit Sárkány Antal jogtalanul magánál tartja, s hogy róla hamis hírt terjesztenek. Ha Isten úgy akarja, vízkereszkor Wittenbergben lesz. Barátai azt kívánják, hogy könyvének megjelente mindaddig ne hiresztellessék, míg a példányok szét nem küldetnek.

Obsequia, orationes, gratiam, pacem. Accepi ex litteris Ambrosii Hilarii, fratris mei, Magnificentiam Vestram Viennam velle venire ad regem; utinam concluderent bona. Hic de novis Turcarum in Sclavoniam et Ungariam impressionibus varia feruntur, velim sane si irrita essent, nam si vera sunt, vel prima fronte Velike impetum eorum sentit. Nunc jam sum in cura medici, stomachi sanitatem, magis quam oculorum sentio. Die lunae proxima ad Georgium Marchionem, qui a Norinberga quinque milliaribus habitat, volente Deo proficiscar, rogavit enim me, ut veniam ad se. Quid velit, nescio. Equum nondum vendidi, sumptus intollerabilis, et vereor, ne non possim vendere aut saltem florenis 16, foenum centenario emitur et appenditur, aut ipsi marchioni, quanticunque voluerit, vendam. Liber meus brevi prodibit. Vitus praedicator apud Sanctum Sebaldum, alioquin vir doctus, qui profecto aliquot millia habet semel in praedicatione sua, non vellicat controversiam, quam prius non admittebat, sed ex corde et toto affectu vult, ut totus liber videat lucem. Nuper quaerebam, quid impietatis invenisset in eo, nihil sane, respondit, charissime Mathia, et hoc mihi summopere placet, subjunxit, quod salutem per solum Christum partam ita maxime urget. E Vienna aliquot litteras dederant ad me Antonio Sarkan, cum adhuc essem domi, unas ex illis Sarkan resignavit. In quibus tractabatur nostra controversia, nec restituit, quamvis rogaverim et scripserim pro eis. Jam ab ipso Hassági intellexi, quod hoc sparsere, me ignorasse ea, quae praedicavi et propter hanc causam veni in Bavariam, ut discerem certiora, haec et Zalaj dicebat a parente Magnificentiae Vestrae audivisse, sed tunc ego putabam, haec inania esse. Gratia deo, quod isti ne verbum quidem mihi contulerunt, sed ubique eadem sede insedimus, sed miror Antonii humanitatem, qui cum nec Christianus sit, nec Ethnicus, sed ex his duobus unus conflatus nebulo et scurra, audet se in alienam messem inge-

rere et suae humanitatis immemor, ut fidei suae commissas litteras non reddidit tantum, sed resignatas prostituit aliis. De eo in praesentia plura non scribam. Accepi ab eodem Vito multos Ungaros esse Vittembergae, ad ferias epiphaniarum, volente deo, forte videbo eos. Scripsi Hassági, sed adhuc non habeo relationem. Magnificentia Vestra urgeat parentem eius, ne ei desit, mihi sane magno adjumento extitit; placet fratribus, ut editio libri ne innotescat multis, donec exemplaria deferuntur, ne a corvis malis impediantur, quare et Magnificentia Vestra non cuilibet dicat. Me Magnificentiae Vestrae (commendo) eandem Christus Iesus conservet cum sua conjuge et familia. Amen. Norinbergae secundo die Andreae. Anno salutis 1536.

Dévai,
Vestrae Magnificentiae Mancipium.

Kívül: Spectabili ac Magnifico Domino Thomae de Nadasd Domino et patrono meo semper observandissimo. Ad Sárvár.

Eredetije félív 2-rét, zöldviaszba nyomott, papirossal borított pecsétjének alakja kivehetetlen. Az Országos Levéltár kincstári osztályában. Közölte *Szilády* Á. Dévai «At tíz parantsolatnak stb.» cz. művének akad. kiadásában (Budapest, 1897.) 129. l.

129.

Nürnberg, 1536 deczember 3.

Dévay Mátyás Nádasdy Tamásnak. — A levél első felében politikai híreket közöl (többi közt a pápa haláláról: Fertur et summam pestem vel summum pontificem excessisse, timendum, ne eo peior sufficiatur) s bizonyos Pemer Volfgang nürnbergi polgár ügyét ajánlja Nádasdy pártfogásába, azután így folytatja:

Postridie postquam haec scripsi, volui ire ad Marchionem. Quid istic egerim, scribam Magnificentiae Vestrae. De meo libro scripsi in superioribus litteris, qui prodibit brevi, si esset, qui calcographo numeraret. Novum Testamentum possit cudi hic ungarice, meus enim amicus Otto susciperet hunc laborem, super hoc aliis fratribus scripsi, sed credo, alia nunc esse graviora negotia, ad quae pecunia opus esset. Me Magnificentiae Vestrae commendo, eandem Christus Iesus ad multa tempora conservet. Amen. Norembergae 3. Decembris anno salutis 1536.

Matthias Devaj,
Magnificentiae Vestrae Mancipium.

Kívül: Spectabili ac Magnifico Domino Thomae de Nadasd, domino et patrono mihi semper observandissimo.

Eredetije félív, 2-rét, zöldviaszba nyomott pecsét nyomával. Az Országos Levéltár kincstári osztályában. Közölte *Szilády* Á. Dévai «At tíz parantsolatnak stb.» cz. művének akad. kiadásában. (Budapest, 1897.) 131. l.

130.

Esztergom, 1536 deczember 3.

Az esztergomi káptalan levele Erdődy Péterhez a Bakócz-kápolnára szállott Csábrág vára ügyében.

Magnifice domine domine nobis observandissime felicitatem et nostri, oracionumque nostrarum commendacionem. Non dubitamus Magnificenciam Vestram recenti memoria tenere, Rmum dom. beate memorie dom. Thomam Cardinalem, patrem et patronum eiusdem singularem, Castrum suum Chabragh ex pia et saluberrima Sereniss. olim felicis reminiscentie dominorum Wladislaj et Ludovicj Regum Annuencia per deffectum seminis egregij quondam Stephani de eadem Chabragh in perpetuam eleemosinam cultusque diuini incrementum ad capellam Anunciacionis gloriosiss. virg. Marie, in latere ecclesie Strigon. per eundem dom. Cardinalem a fundamentis pro sepultura corporis sui et pijs deuotisque oracionibus perpetuis inibi ad laudem gloriam et honorem Dei omnipotentis eiusdemque glor. virg. Marie, proque salute et refrigerio anime sue jugiter et indefesse exequendis legasse et reliquisse, quod dominacio Vestra Magn. anno proxime exacto contra sacrosanctam hanc eiusdem Rmi d. Cardinalis disposicionem Rmo domino Zagrabiensi vendidit, consensumque super eo a regia Maiestate domino nostro clem. impetrauit, non perpenso eo, quod Maiestas sua longe ante disposicioni et ordinationi huiusmodi suum gratum et beneuolum adiecisset consensum. Intelligimus autem dom. vestram Magn. eo, quod nos partes eiusdem Rmi dom. Cardinalis et capelle sepultureque sue huiusmodi in castro ipso iuxta piam et vere christianam illius ordinacionem recuperando tuendas susceperimus, gravi et permolesto a nobis accepisse animo. Magnifice domine, quum causa hec castri Chabragh et capelle iudicio omnium recte sencientium ad Magn. Vestram et Rmum dom. Simonem Episcopum Eccl. Zagrab., ne sancta et salubris illius sanctissimi patris ordinacio labefactaretur, ad sanguinis vsque effusionem tuenda et deffendenda pertineat; indignissimum profecto erat, vt nobis ob id, quod eam

pro virilj nostra tuendam suscepimus, subirasceretur, quum potius hortari nos et omnem lapidem mouere debebat, ne illam iustam, piam et sacrosanctam desereremus. Rogamus itaque Magn. vestram vti dominum nostrum semper obseruandum, nolit nobis pro hac re tam pia et diuina indignari; sed toto posse suo adnitj, quo vltima prefati Rmi dom. Cardinalis benefactoris sui voluntas salua et inconcussa permaneat, castrumque ipsum penes capellam perpetuo subsistat, aut saltem recompensa aliqua idonea Capelle loco illius fiat. Quam felicissime diu ad vota valere optamus. Ex loco nostro Capitulari tercia mensis Decembris 1536. Eiusdem Magn. dom. Vestre deuoti capellani Capitulum Eccl. Strigon.

Magn. Dom. Petro Erdewdy de Monyorokerek Agazonum Regalium Magistro etc. domino nobis obseruandissimo.

Esztergomi káptalani ltár. Lad. 10. 9. 6. — Nyomtatva kiadta *Knauz* Nándor: A Garam-melletti szent-benedeki apátság. Budapest, 1891. 110. l.

131.

Kanizsa vára, 1536 deczember 9.

Matyssy G. kanizsai várnagy értesíti Nádasdy Tamást Baranyamegye és Pécs város állapotáról, továbbá a földmíves nép rossz indulatáról.

Magnifice domine... Hesterno die redierunt duo famuli mei de Baronÿa, quos inde tum ad visenda bona et fratres meos tum ad castellanum de Soklyos pro pullis repetendis miseram, quos in Sarospatak erat pollicitus. Sed Wlyssem egit, ut coloris sui est, et frustra per me ad sese missum pertulit. Inter cetera miseram sciscitatum de infelicis terre statu. Relatum est, Mehmet Bek in decursu Drave omnia occupasse, solam arcem Walpo esse residuam, quam ternis iam vicibus nomine Cesaris petitam ventura septimana obsidere velle dicuntur. Ladislaum More occlusum in sola arce Rahowcza nil foris ferocire et scire et posse, iuventutem autem miserorum rusticorum, qui vel ad Turcos cum familia profugissent vel quovis modo sese subdidissent, in predam et manubias conversam, solam orbatis parentibus lacrimatam pacem relictam et titulum: vos iam estis iobagiones Magni Cesaris, neminem metuatis. Inter quos (ut diversatur nature et morum varietas) nonnulli, investigatis prioribus ipsorum dominis naturalibus et nobilibus, quoscunque comperissent, hos duxerunt vinctos cum liberis, illos trucidaverunt, alios in perpetuam rusticitatem sibi ipsis coequarunt. Civitas Quinqueecclesiensis est in faucibus eorum, que mox sese subdet, ut viderit

Turcum adventantem, quum non est, qui protegat. Hoc malum si serpat ad istas nostras partes, quis erit hac gente in suos dominos truculentior, que nondum visa, sed audita hac Turcarum fama, iam turcascit et Turcum spirare videtur... Vix dominus Zagrabiensis huc veniet, quum miseram ad Zenthlazlo, unde renunchiatum mihi est, nil tale de domino episcopo intellectum esse. Jesus Eandem conservet incolumem. Ex arce Kanysa Sabbato post Conceptionis ad candelam anno 1536.

Servitor *Matyssy.*[1]

Kívül: Magnifico domino Thome de Nadasd etc....

Eredetije a Nádasdy-levelek M. csomójában az Országos Levéltárban.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

132.

Nürnberg, 1536 deczember 19.

Dévay Mátyás Nádasdy Tamásnak. — Gyomorbajából jobbára kiépült, de szembajából nem. A szemorvos azalatt járt Nürnbergben, míg ő György őrgrófnál volt, s így nem beszélhetett vele. Jövő szombaton indul Wittenbergbe. Az őrgróf szivesen fogadta, átvette a lovat, ezenfelül 20 frtot adott neki. Kéri (Dévai) Nádasdit, sürgesse Hassági atyját, hogy küldjön pénzt. Hassági azt kéri, hogy jövő évben is ott maradhasson a hol van; írja, hogy egészséges, hogy Wittenbergben 2100 tanulónál több van stb. Politikai hírek.

Obsequia, orationes, gratiam, pacem. Cum nanciscor idoneos tabelliones, non possum non scribere Magnificentiae Vestrae. Stomacho utcunque consultum est, oculis non item. Ophthalmicus, donec fui apud marchionem, venerat Norembergam, sed iterum rediit domum, quocum nec loqui potui. Hunc unicum laudant in tota Germania hac in re expertissimum. Ego, Deo duce, sabbato sequenti Vitembergam versus solvam, medicum in redeundo, si Deus voluerit, vel in propria domo quaesiturus. Est sub ditione marchionis Georgii, quem credo Magnificentiam Vestram optime novisse, qui me in eadem civitate sua excepit humanissime, equum tanti, quanti emptus est, habet, insuper florenos 20 Rhenenses dedit. Una tantum coena potui cum eo esse, nam alio die domum properabat ad Olcpoch (Onolzbach). Cum doctore Joanne Raymon, qui egit Budae, multa locutus sum, qui Magnificentiam Vestram novit bene, qui et convivio me excepit. Dixi. Ex pecunia Hassagi praeter sumptus in

[1] Pecsétjén «G» betű is látható. A 160. okiratból kitetszik, hogy György volt keresztneve.

itinere, accepi florenos X. Rogo Magnificentiam Vestram, urgeat parentem suum pro mittenda pecunia. Petit item Magnificentiam Vestram magnopere, ut et ad sequentem annum agat istic, ubi est. Dedit jam ad me litteras, sanus est, plures 2100 studentibus dicit esse etc. Caesarem omnino ad Hispanias rediisse persuasum habent. Unum exemplar pasquilli est, quod exprobrat caesari, voti compotem non potuisse fieri de Gallo. Hic de Turca multa feruntur, rogo Magnificentiam Vestram, scribat mihi, cum potest, de rebus Ungaricis, quae scripta possim et aliis nonnullis cupidis ostendere, hic nam nihil habemus. In Anglia inter regem et reginam magnos tumultus exortos esse dicunt... Magnificentiam Vestram Christus Iesus conservet. Norembergae feria tertia ante Thomae apostoli anno Salutis 1536.

Devaj
M. Vestrae deditissimus.

Nunc hic hyems maxima est.

Kívül: Spectabili ac Magnifico Domino Thomae de Nádasd, domino mihi semper observandissimo. Ad Sárvár.

Eredetije félív, 2-rét, zárlatán zöldpecsét nyomával. Az Országos Levéltár kincstári osztályában. Közölte *Szilády* Áron.

133.

Sárvár, 1536 deczember 27.

Erdősi Sylvester János Nádasdy Tamásnak. — Örömmel vette tudósítását a könyvnyomtatóról, de nem bizik benne, míg csak itt nem látja. Legjobb volna, ha Nádasdy magával hozná; mert az ilyen egyszerű embereket könnyen megcsalják s a németek nagyon féltik keresetüket. Fel is tette magában, hogy ha eljön, megtanulja től mesterségét, s tehetséget érez magában hozzá. Rövid idő alatt elkészül szent Pál leveleinek fordításával is.

Magnifice domine, domine mihi gratiosissime. Seruiciorum et mei ipsius commendacionem. Scripseram V. M. ex parte Theodori mei, quod rediens ab eadem V. M. saluum repererim, super qua re, cum eadem mihi scribat se plurimum gratulari, eidem, quamdiu viuam, reseruire studebo. Qui tamen paulo post tussi cepit laborare, cui cum ex Plinio medicinam adhibuissem, uidetur in dies morbus a puero recadere. Scripseram eciam ex parte Typographi, de quo quae mihi eadem scribit, fuere quam iucundissima. Ego tamen tamdiu de homine illo diffido, quamdiu hic non uidero. Proinde consultum mihi uideretur, ut V. M. una secum adduceret; est re homo simplicissimus et propterea facile ab hominibus nepharijs a proposito depellitur. Tales re facile deceptui patent, et mirum

dictu, quantum Germani suis metuant quaestibus. Nec est, unde maiorem illi questum faciant, quam ex hoc artis genere. Quod uellem autem, ut quaestum illius possemus saltem aliqua ex parte ad nos conuertere, transferre enim ut non possumus, ita conari non debemus. Induxi animum, ut si ille aduenerit, solus artem hanc addiscam. Videor autem mihi ad effingendos qualescunque caracteres non prorsus esse ineptus, quod et facerem haud dubie, quamuis non sine aliqua studiorum meorum iactura. Breui nos (?) Paulinas quoque absoluens (absoluentes?) epistolas, in quarum translatione nostram diligentiam credimus optimis quibusque probari, quamuis non desint plurimi, qui in hoc studium suam contulerint operam. Ex Sarwar In ipso die Joannis 1536.

Stor Jones Syl,
ludimagister.

Kívül: Magnifico domino Thomae a Nadasd etc. Domino ac Mecaenati meo plurim. observan.

Körülnyírt negyedívnyi papiron, kerek zöldviasz pecsét nyomaival zárlatán. Országos levéltár. Közölte *Szilády* Áron : Régi Magyar Költők Tára II. köt. 489. lap.

134.

Kapornak, 1536 deczember 28.

Sömjéni Antal kapornaki apát értesíti Nádasdy Tamást azon zaklatásokról, melyeket a monostor kegyura rajta elkövetett. Utoljára 50 lovast kért tőle s ő kénytelen volt megtagadni. Ezért most haragszik a kegyúr. Tanácsot és segítséget kér.

Magnifice domine, domine mihi gratiosissime post servitiorum meorum debitam et perpetuam commendationem et orationes in Christo Jesu devotas. Manifestum est Do(minationi) V(estre) quomodo ego sine consilio D. V. M(agnifice) nihil unquam egi, nec agere volo, quoniam ego a D. V. inseparabilis sum. Constat D. V. M., patronus nostre ecclesie quis sit. Deus maximus non dedisset, quod patronus meus fieri potuisset, nam ego iam solummodo in tribuendis donis penitus fere exhaustus sum. Nam anno etiam superiori vina omnia, que meliora habebam, sue dominationi obtulli (!), tum etiam gentes cum expensis maximis frequenter dare debui. Nuper etiam in obsidione castri Czerenacz omnes gentes, quas habuimus, tum pedites et equites, istic fuerunt non absque periculo ipsarum nostrarum gentium. Sed ego nescio, quid commodi exinde assecutus fuissem. Hijs diebus iterum quinquaginta equites petebat, sed ego dare non potui, partim, quia plurimum defeci, nam cesar Thur-

carum me depauperavit vehementer, partim autem nec dare audeo, quoniam ex parte patroni mei multa audio, sed nescio, utrum sint vera vel falsa? Hoc enim valde me torquet, aiunt enim parti Johannis regis adhesisse. Si ego aliquas gentes penes patronum meum dedero, videt D. V. quomodo omnia turbata sunt et quasi celum terre miscetur, si aliquid tale patronus meus fecerit, ipse securus eo abibit, quo velit, me autem hic derelinquet et nescio, qua securitate ego hic permanere possum?

Talibus enim et similibus cogitationibus usque adeo sum perturbatus, ut etiam noctu nescio, quid agendum mihi sit, quoniam, exquo nunc ad mandata patroni mei illos quinquaginta equites non dedi, audio, quod plurimum est commotus et ira percitus. Hÿs diebus natalitiis dominus Franciscus Zay erat aput (!) me et ipse maximam iracundiam mei patroni predicavit. Hinc etiam plurimum animus vacillat, quid mihi ex iracundia patroni mei subsequatur.

Supplico itaque D. V. M. uti domino meo gratiosissimo, quatinus D. V. ob respectum Dei omnipotentis et eius genitricis, virginis Marie, det mihi consilium edoceatque, quid agere debeam? Quia si iam inter tot varios casus et discrimina rerum ope et consilio D. V. me defendi, iam non deberem perire. Quia, si quid mihi acciderit, post Deum altissimum neminem habeo patronum preter D. V. M. Etiamsi D. V. mecum fornacem suam calefieri faciet, et hoc faciam. Nam ego a D. V. nunquam separari possum, quia ex domo et alis Dominationum vestrarum ego emersi.

Supplico insuper D. V. M. quatinus si Eadem istic superius ab aliquibus blateronibus ad me aliquid audierit vel contra me moliri senserit, habita ratione perpetuorum meorum servitiorum Eadem me defendat, obloquentiumque ora retundat et refrenet.

Iterum supplico V. M. quatinus in presenti hac mea cura exhilaret suo consilio salubri, ut sciam, ad quid me conservare debeam? Nam videre videor, nunquam alias similem habuisse curam. Solam D. V. mihi persuasi opem, refugium et patronum. Super (!) D. vestram Deus conservet felicissimum mea fortuna. Ex Kapornak in festo sanctorum Innocentium Anno Domini 1536

Eiusdem V. M. D.

servitor et capellanus
Antonius,
abbas de Kapornak.

Kívül: Magnifico Domino Thome de Nadasd...

Eredetije a Nádasdy-levelek K. csomójában az országos levéltárban.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

135.

Selmeczbánya, 1536 ismeretlen napon.

Tröpper János («Joannes Troeper») a selmeczbányai tanácstól kéri fölmentését a lelkipásztori hivatal alól.

Bytt eynem chrystlichen Vrlab mit Gunst und Liebe von solche geferlichen ampt abczusthenden, denn ich weisz keynen leiplichen gebroch, der mich dorczu vorursacht: alleyne das gottlosse undangbarlich wesen und leben, das aus meynen vill predigen und Stroffen erfolget. Ich hab nu von der dibren (Diebereyen) vill predigen gethan. Es ist am tag, wy man sich bessert. Man kan sich nu nicht rechen, alleyne das man den kirchendynern todtliche neigen ym tzangk fur gutt gelt heymschigkt. Das mus ich itzundt keuen und vordeuen mit wetagen in meynen leibe, das es auch mir besser were. Ich leg do heym im betth, denn ich der canczel ausworte.

Joannes Troeper.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

136.

1536.

Anno 1536. post resignationem Fratris Jacobi Abbatis Monasterii S. Mauritii de Beel Rex Ferdinandus eandem Abbatiam confert Fratri Benedicto de Papa.

Steph. *Kaprinai* Collectan. Msc. B. Tom. XXVIII. 82. l.

137.

1536 végén.

Ferencz zengi püspök tudván a királyi kincstár ürességét, arra kéri Ferdinándot, hogy azon kétezer forintot, mely a királyi kincstárból neki járna, a garam-szentbenedeki apátság jobbágyain behajtandó adóból vehesse fel. Kéri továbbá, hogy adassa vissza mindazon kiváltságleveleket, egyházi ruhákat és edényeket, miket Turn Kristóf Szent-Benedek klastromából elvitt. Hasonló erőszakoskodással vádolja Nyáry Ferenczet s Balassy Menyhértet.

Sacra Regia Maiestas, Domine mihi Clementissime. Alias supplicavi Serenissime Maiestati Vestre, ut solvere dignaretur summam illorum duorum millium (így) florenorum, quos Domini

Capitulares deposuerunt in redemptionem Abbatie Sancti Benedicti per Maiestatem Vestram mihi collate, ut remaneret mihi libera. Sed quoniam video maximas Vestre M. necessitates, nec commode pronunc hoc facere posse, ideo supplico Maiestati Vestre Serenissime, dignetur annuere saltem, ut dicam, que a colonis meis Maiestati Vestre proveniret, habeam. Summa autem huius est floreni circiter centum et triginta quinque et dimidium, cum sint mihi graves expense in conservatione monasterii hoc turbulentissimo tempore et etiam solutio debiti Dominis Capitularibus.

Preterea, Sacra Maiestas, habet magnificus Dominus Christophorus de Turri omnia privilegia monasterii illius, clenodia quoque argentea, vestes item sacerdotales, altaris indumenta et huiusmodi, que omnia sunt in registro conscripta: dignetur Sacra Maiestas Vestra illi per literas mandare, quatenus sine ulteriori procrastinatione prefata reddere debeat in integrum.

Preterea Sacra Maiestas estate preterita Dominus Franciscus Niary privavit me quarta decime, que semper fuit monasterii in omnibus villis ad eundem pertinentibus.

Item spoliavit me nonis in villa, qui vocatur Wyffalw, qui sunt proprii proventus mei.

Item ultra hoc misit servitores suos in septem villas meas et spoliavit pauperes fecitque ibidem maxima dampna miseris colonis.

Item altero die Melchior Balassy similiter duas villas spoliavit.

Serenissime Rex, ad tantam penuriam devenerunt miseri rustici, ut nec vite necessaria habeant. Coloni non sunt mei nisi ad tempus, sed sunt Vestre Maiestatis Sacre et Ecclesie. Hoc spolium et hec iniuria verius est facta in Vestram Maiestatem, quam in me. Itaque supplico Sacre Maiestati Vestre, dignetur Eadem super hiis de iustitie remedio provideri et nisi Serenissima Maiestas Vestra istis regni sui spoliatoribus aliquem modum imponet, nec Turce quidem crudelius agent nobiscum.

Gratiosam Relationem a Sacra Maiestate Vestra expecto.

Eiusdem Sacre Maiestatis Vestre

capellanus
Franciscus,
Episcopus Segniensis, Servitor.

Segniensis Adamo Carolo etc.
Pro Episcopo Segniensi.

Eredeti. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár. Hung. 1536.*

Közli: Bunyitay Vincze.

138.

1536.

Maytheni Uriel turóczi prépost folyamodványának kivonata, melyben panaszt emel Myczinszky György, Turn Kristóf, Pekry Lajos és Bánffy ellen, hogy saját és övéinek birtokait erőszakosan elfoglalták, jobbágyait sarczolják; kéri, hogy Thurzó bizassék meg védelmezésével és szenvedett kárainak törvény útján való kiderítésével, maga kész a visszaszerzettet a király kincstárának ajándékozni. Hasonló panaszt emel Nyári ellen is.

Extractus supplicationis Vrielis Maytheni, prepositi Thwroczienzis, qui valde conqueritur, quod Georgius Myczinszky a se coram Locumtenente et Consiliariis Hungaricis Posonii conventus ob alienationem castelli et claustri Snyow per deditionem Kostkoni factam, licet satisdederit Vrieli occasionem damnorum et inuriarum per eum passarum, non tamen solvat promissum, et Christophorus a Turre illum non sinat promissioni satisfacere eo, quod eius servitiis insistit.

Quod Christophorus tempore, quo Vriel cum ceteris fidelibus Maiestatis Vestre in Moravia exul esset, sine ipsius culpa occupaverit unam possessionem seu villam ecclesie sue Selnicziaz dictam in Comitatu Soliensi valoris census annui L florenorum et a colonis eiusdem possessionis exactionaverit iniuste III^C^ florenos; atque ex turri ecclesie ville predicte unam, atque aliam campanas ex ecclesia Sancti Georgii in Thwrocz valoris III^C^ florenorum acceperit.

Item, quod idem Christophorus ex allodio arcis Blathincz vi abegerit in crepusculo noctis pecora supra 130, exitiosum se ubique reddens.

Contra Ludovicum Pekry.

Quod eodem tempore prefatus Ludovicus in comitatu Liptoviensi occupaverit aliam possessionem ecclesie sue Slecz vocatam, ad Vrielem spectantem, valens 100 florenorum et a colonis illius possessionis 800 florenos extorserit.

Contra Banffy.

Quod anno preterito Banffy propria auctoritate occupaverat oppidum Selle ad Vrielem et suos pertinens et a subditis iam per Turcas satis attritum ac 400 florenos vi quadam exegerit.

Preter hec Vriel cum suis plura alia damna passus est. Nam Nasadiste Maiestatis V. fere a bienio in dicto oppido Selle morati

sunt, quibus Maiestas V. committere posset, ut tutarentur ipsum in bonis Sellensibus, officiales et servitores Neronis Nyaronis (!) illinc abigentes.

Et petit Vriel sui tutelam committi Turzoni contra adversarios illos et damna ab eo perpessa iure mediante revideri et quitquid ab eis evictum fuerit, pure donat fisco Maiestatis V.

Ex alia supplicatione eiusdem Vrielis.

Conqueritur idem Vriel de Nyario, quod sicut non paruit primo mandato Maiestatis V. ita et secundo abtemperaverit. Modo quoque in comitatu Thwrocziensi a nobilibus et singulis sessionibus florenum unum et victualia emungat, licet ante quartale anni itidem fecerit, florenum unum extorquendo. Ad hoc inaudita birsagia et taxas extorquet. Item sub modernis induciis oppidum Selle ad Vrielem pertinens, occupavit et ab incolis, quorum centum non sunt, in summa paupertate constitutis circa florenos 140 extorsit et nunc florenos 100, ut sibi sub amissione capitis persolvant imposuit. Quibus omnibus petit necessarium et opportunum remedium per Maiestatem V. apponi.

Egy ív papir két oldalán, aláírás és kelet nélkül, a király számára készült kivonat. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1536. Sine dato. 6.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

139.

Bécs, 1537 január 1.

Ferdinánd király megparancsolja Bakyth Pál huszár-kapitánynak, hogy Benalis Ferencz pornai apátot az apátság birtokában mindenki, de különösen Erdődy Péter zalai főispán ellen védelmezze.

Ferdinandus rex praecipit Paulo Bakyth, capitaneo equitum, ut Franciscum Benalis in possessione abbatiae de Pornó contra omnes, praesertim vero contra Petrum Erdődy, comitem de Zala, defendat.

Eredetije a vasvár-szombathelyi káptalan levéltárában. Litt. eccl. f. D. Nr. 20.

Közli: DR. KARÁCSONYI JÁNOS.

140.

Sárvár, 1537 január 2.

Chernel Ambrus írja Nádasdy Tamásnak, hogy anyja nagyon beteg, már az utolsó kenetet is fölvette. A kapornaki apát Nádasdy kápolna-mesterének levelet írt.

Magnifice domine... Cetera omnia hic, Deo volente, sunt bene preter meam sortem. Nam matrem meam reperi in gravi infirmitate decumbentem, cui, ut opinor, nihil preter ultimum finem instare, quum et confessio et extremum oleum inunctum est. Si quid contigerit, me ad eam exire oportebit et more nostro exequias ordinare necesse erit... Miserat dominus abbas de Kapornak litteras ad magistrum capelle, quas vestre magnifice dominationi mittere curavit... Ex Saarwar secundo die Circumcisionis Domini summo mane 1537.

Servitor
Ambrosius Chernel.

Magnifico domino domino Thome de Nadasd Tavernicorum r. magistro.

Eredetije az országos levéltárban a Nádasdy-levelek C. csomójában.
Közli : Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

141.

Kanizsa, 1537 január 7.

Matyssy György értesíti Nádasdy Tamást a Dráva mentén folyt harczokról, arról, hogy Sulyok György a pécsi püspökséget (ismét) átvette és hogy a Palatychok Komáron kastélyt készítenek.

Magnifice domine... Fama advenit Turcos mixtos Christianis ultra Dravum incolentibus super glaciem transitum atque incursionem cis Dravum fecisse in territorio castrorum Soklyos et Sÿllÿe, quod olim Joannis Zerechen erat, ubi rustici ad ducentorum numerum confluentes ex illis quingentos profligarunt. Nunc facti animosiores vigilant et excubant in portu Dravi timentes illatas mortes retaliari... Georgium Swlyok in episcopatum Quinqueecclesiensem intromissum... Domini Palatych fortificaverunt domum, in qua habitabant, in Komar[1] sepimine instar castelli, cogunt vicinos omnes eam tueri non sine direptionibus communibus. Id inter nos agitur.

[1] Erat oppidum praepositurae Vetero-Budensis.

Deus salutaris noster det consultoribus illius vestre diete, privata utiliter seposita, publica mordicus tractare ad communitatis levamen. Ex arce Kanysa in crastino Epifaniarum Domini 1537.

Servitor
Matyssy.

Kívül: Magnifico domino Thome de Nadasd etc...

Eredetije a Nádasdy-levelek M. csomójában az országos levéltárban.
Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

142.

Bécs, 1537 január 17.

Ferdinánd király, tekintetbe véve Perényi Péter, erdélyi vajda hosszú időn át tanusított hűségét, Gábor nevű fiának adományozza a Macedoniai László halálával megüresedett váradi püspökséget, egyszersmind arról biztosítja, hogyha éltében a fia meghalna, azt az általa ajánlottnak fogja adományozni.

Nos Ferdinandus divina clementia Romanorum Rex semper Augustus ac Germanie, Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie, Sclavonie etc. Rex.... memorie commendamus tenore presentium significantes universis, quibus expedit, quod nos considerantes multiplicia, eaque fidelissima servitia fidelis nostri spectabilis et magnifici Petri Perenni, comitis perpetui Abawywariensis et Siculorum, Waywode nostri Transilvanensis, que ipse a tempore felicis coronationis nostre in hunc diem et capitis et bonorum suorum iactura ac discrimine, necnon sangvinis quoque effusione et persone sue captivatione in variis casibus pro temporis statu et conditione exhibere nobis et sacre corone nostre non omisit et in futurum quoque exhibere potest et debet; in memoriam insuper revocantes, quantum idem nobis tempore suscepti regiminis et gubernationis regni nostri Hungarie ad felicem nostram coronationem suffragatus fuerit, quantumque post susceptionem regiminis ac coronationem nostram rebus quoque nostris adesse et fidelitate et sollicitudine studuerit: ob tanta igitur, tamque preclara ac laudabilia sua opera et pergrata servitia episcopatum ecclesie Varadiensis nunc per mortem et interitum reverendi quondam Ladislai de Macedonia iure[1] vacantem auctoritate iurispatronatus nostri Regii, qua sicuti Rex Hungarie fungimur, reverendo Gabrieli de Perenni, filio suo, tanquam persone idonee et benemerite dandum duximus et conferen-

[1] Sed omittit voces: et de facto.

dum, et si dictum filium, supervivente patre, mori contingeret, nihilominus ex speciali nostra gratia ac regia benignitate etiam post filii sui obitum eidem promisimus per presentes, quod episcopatum illum cuicunque voluerit, persone idonee tamen, nobisque grate et bene vise, denuo conferemus, imo promittimus, damus, conferimus et concedimus harum nostrarum vigore et testimonio literarum. Datum in civitate nostra Vienna die decima septima mensis Januarii anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo septimo, regnorum nostrorum Romani septimo, aliorum vero undecimo.

Ferdinandus m. p.

ad mandatum Sacre Regni Maiestatis proprium

Ad. Carolus.

Nyilt papirlevél a király sajátkezű aláírásával s középütt, alant veresviasz kerekpecsét maradványaival, a szöveg felett más, de egykorú kéztől: Collatio episcopatus Varadiensis pro Gabriele de Peren. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1537. Jan. Nr. 28.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

143.

Eger, 1537 január 24.

Frangepán Ferencz egy hosszabb, hazafias érzületű levélben, mint János király embere, hivatkozván azon siralmas állapotokra, melyekbe a két versengő király közt folytatott háború a hazát sülyesztette és a kereszténységnek a töröktől való pusztítását előidézi, arra kéri Ferdinándot, hogy Jánossal kezet fogva, egyesítsék fegyvereiket a török ellen a haza védelmére; ez úton, később talán, de biztosabban nyerné meg Magyarország birtoklását.

Sacra Regia Maiestas et Domine, Domine Clementissime. Post orationum et servitutis mee humillimam commendationem. Scripturus aliqua de presenti statu rerum Hungaricarum Sacre Maiestati Vestre, supplico humiliter cum omni reverentia Eidem, velit mihi condonare, si ingero impudenter forte, non rogatus stulta consilia mea auribus prudentissimi et sapientissimi principis. Veniam autem mereor (mea quidem sententia) cum hec presertim non faciam temeritate aliqua ductus: sed ex vero et sincero amore, quem gero erga hoc nuncnunc ruiturum Hungarie regnum Christianum et erga Sacram Maiestatem Vestram, cum me ex illa familia procreatum credam, que et Regnum Hungarie in adversa fortuna pro posse iuvit et sublevavit et Progenitoribus Clarissimis Maiestatis Vestre Sacre plura servivit. Serenissime Rex! Reducat in memoriam Maiestas Vestra, a quot annis iam gerit bellum adversus serenissi-

mum dominum Regem meum et partem regni, Sue Maiestati subiectam, quot curas, quot incommoda sustinuerit, quot impensas fecerit, quidve profecerit. Ego nullum alium profectum ex dissidio Maiestatum Vestrarum video preter destructionem opulentissimi regni, preter abactionem tot milium animarum in perpetuam Turcicam servitutem, preter periculum evidentissimum, quod imminet e proximo Hungarie incidendi in manus hostium Jesu Christi, perfidorum Mahumetanorum. In hijs Maiestates Vestre satis superque profecerunt, in aliis nihil. Nunc rursum, ubi pacem sperabamus, ecce turbatio. Intelligo enim Maiestatem Vestram Sacram meditari nova bella contra hoc infelix Regnum, mota ex aliquibus causis et forte persuasa ab hijs, qui viam pacis non cognoverunt, quia timor Dei non est ante oculos eorum, qui multa magnifica promittunt, sicut aliquando et alibi promiserunt, et tamen credo, eos tantundem re ipsa prestare Maiestati Vestre, sicut et alibi prestiterunt. Hungaria autem tota cum provincijs ei subiectis supplicat Maiestati Vestre Sacre et eam obtestatur per Jesum Christum, qui dedit animam suam in mortem pro nobis: velit jam tandem misereri illis, pro quibus Christus mortuus est, qui singulis diebus propter hec atrocissima bella non una morte moriuntur, velit aliam viam inire consequende Hungarie, quam viam armorum; presertim cum non desit alia via honesta, firma, secura et brevis. Maiestas Vestra Sacra, cum sit princeps Christianus et frater clementissimi et vere pacifici Cesaris, imitetur et Domini et Cesaris mansuetudinem et clementiam, quorum alter cum iniquis reputari voluit et morte turpissima et maledicta condemnari, alter sua iura optima alijs dare, uterque ob hoc, ut Christiano populo pacem pareret. Quanto laudabilius esset et gloria eterna dignum, si ambe Maiestates Vestre coniungeretis et preces et arma ad defendendam vestram Hungariam a Turcarum tirranide, quam ut id quod a Turcis hactenus Hungarie salvum fuit vestris armis infelicibus everteretis. Deus Maiestatem Vestram insperato ad hanc dignitatem evexit. Insperato dico, quia sancte memorie Ludovicus, condam Hungarie et Bohemie Rex potuisset diutius regnare, si superis ita visum fuisset. Procul dubio ad hoc credo eam electam et evectam a Deo ad hoc fastigium, ut benefaceret christiane Reipublice et nobis; hanc vicissitudinem Maiestas Vestra det Deo, ut servet nos, tuos utique futuros, et non perdat. Servas autem, si concordia (qua parve eciam res crescunt) nos tibi subicere studueris, perdis autem, si armis. Credat enim mihi Maiestas Vestra Sacra, veritatem enim dico et huius veritatis testem adduco Jesum Christum, qui est veritas summa: maior pars Hun-

garorum, antequam invita subeat Germanorum iugum, sponte exponet se apertissimo periculo et discrimini Turcici iugi et notet Maiestas Vestra hec verba mea et bene ponderet ea et magis velit sibi et suis Hungariam conservatam quam perditam. Melius enim est, eam habere post aliquot annos, quam nunquam. Nec in multorum Hungarorum constantia est multum Maiestati Vestre fidendum, cum ipsi nunquam vellent habere unum Regem, sed plures nomine, ut nullus eis imperaret re ipsa. Accedit ad hoc potentissimus vicinus nomine dumtaxat amicus, qui sub ista Maiestatum Vestrarum hostilitate conquirit sibi regnum, quod non ita facile faceret, si hanc occasionem belli vestri non haberet. Hoc tamen bello durante uterque vestrum nedum conniventibus oculis respicit, sed quod peius est, gaudet cum alterius ditionem Turca populatur et occupat, quod tamen ambo plorabitis, si non adverteritis ista, etsi iam sero est, tamen iuxta proverbium antiquum: melius est tarde, quam nunquam. Amore Dei Maiestas Vestra advertat ad ista, nec videantur sibi hec somnia aut frivola. Post meum ex Italia reditum abduxerunt et occiderunt Turce in Sclavonia, Valko et Posega (uti a veridicis accepi) ultra quadraginta millia animarum. Forte ista Maiestati Vestre aliter referuntur, sed ita res'se habet, et si Maiestas Vestra ita permittet (ne quid gravius dicam) nostros abducere, cum posset istis obviare: forte conspiciet post nos vel forte ante nos suos Australes abduci, nec poterit obstare. Maiestas Vestra cedat aliquantulum de stricto iure suo pro tot Christianis, quia iuxta comici dictum: sepe summum ius summa iniuria, et Deus, pro quo id faciet eadem centuplum Eidem reddet in presenti et gloriam in futuro. Maiestas Vestra Sacra ignoscat mihi, supplico, si liberius quam cum tanto principe decuisset, locutus sum. Ad hoc enim, ut pretuli, coegit me amor et in patriam (cui post Deum primas partes debemus) et in Vestram Maiestatem, cui rursus servitutem meam humiliter commendo. Quam Deus hoc novo anno et multis sequentibus felicissime regnare concedat. Agrie 24 Januarij Anno Domini 1537.

Eiusdem Sacre Maiestatis Vestre

Servitor et Capellanus

Frater Franciscus de Frangepanibus scripsit.

Kívül: Serenissimo ac Potentissimo Principi et Domino Domino Ferdinando, Divina favente Clementia Romanorum etc. Regi semper Augusto necnon Archiduci Austrie Duci Burgundie etc.

Domino meo Clementissimo, presentetur ad proprias manus Sue Maiestatis.

Egy ív papir három oldalán, piros, czimeres zárópecséttel; egészen az érsek írása. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1537. Jan. 40.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

144.

Pozsony, 1537 január 25 és köv. napok.

Az országgyűlésnek az egyháziak megadóztatására vonatkozó határozatai.

— — — — — — — — — — — — — — —

Art. XV. Domini item praelati et aliae personae ecclesiasticae decimas habentes, pro dignitate ecclesiastica conscientiose, laici vero, qui quocunque modo ex temporis iniuria decimas ecclesiarum tenerent, sub fide Deo debita, dimidiam decimae partis decimarum ipsarum ad proximum festum beati Georgii martyris, alteram vero eius partem dimidiam ad festum Assumtionis beatissimae Virginis Mariae proxime venturum, ad manus praefatorum dispensatorum administrare teneantur...

Art. XVI. Ad quam quidem contributionem decimae decimarum dominus reverendissimus Strigoniensis non sit adstrictus; sed ratione huiusmodi decimae partis decimarum inter praescriptas gentes, ad ipsam particularem regni defensionem designatas, ad generalem usque expeditionem propriis impensis 50 equites levis armaturae continue teneat. Quibus in ipsa generali expeditione adiungat totidem armigeros et 200 huszarones, quos etiam ratione huiusmodi decimae partis decimarum et aliorum proventuum suorum durante ipsa expeditione generali conservet.

Art. XVII. Plebani quoque ac capellarum et altarium rectores per ternos florenos hoc ordine contribuant, ut ipsi per vicearchidiaconos, coram dicatore ad id in testimonium adhibito, tempore connumerationis generalis contributionis conscribantur, deinde, habita superinde eorundem vicearchidiaconorum conscientiosa limitatione, quisque iuxta suam facultatem solvat.

Art. XVIII. Facta autem huiusmodi connumeratione et limitatione, summam pecuniae solvendam vicearchidiaconi, quisque scilicet ex sua ditione, simul cum registris, sigillis eorum bene munitis, ad manus dominorum regni dispensatorum modo praemisso fideliter administrent.

Art. XIX. Regia Maiestas ecclesias Dei, quae in manibus

laicorum habentur, mature liberare dignetur et ne aliquam earum cuipiam in futurum inscribat.

Corpus Juris Hung. I. 368. *Katona* XX. 1013—1015. *Fraknói*, Magyar Országgyűlési Emlékek II. 13—14. l.

145.

Dombrai kastély, 1537 január 29.

Erdődi Simon zágrábi püspök az iránt folyamodik a királyhoz, hogy Kaczyanert, ki több aranygyűrűt, kötelezvényt és egyéb iratokat magában foglaló ládáját Kassán kezéhez vette, ha már az értékesebb tárgyakat el is emésztette, legalább iratainak visszaadására szorítsa, melyeknek úgyis semmi hasznát nem veszi.

Sacra Regia Maiestas.... Preterea Dominus Kaczyaner superioribus annis ex Cassovia receperat ladulam meam, in quo continebantur certe res et non contempnendi annuli aurei cum nonnullis litteris obligatoriis super credita pecunia et aliis literis, literalibusque instrumentis, pro qua cum in conspectu Maiestatis V. essem, eam impedire nolui, arbitrans eam vel sine querela rehabiturus; et licet idem D. Kaczyaner res, que alicuius momenti erant, comsumpserit, supplico nihilominus Maiestati V. dignetur eidem per suas firmissime mandare, ut iam vel ladulam cum carthis, que sibi nullius utilitatis sunt, restituat.... Ex castello meo Dombrensi vigesima nona Januarii M. D. XXXVII.

— — — — — — — — — — — — — — —

Eiusdem Maiestatis V. Ser.

humillimus servitor et capellanus
Simon
Episcopus Zagrabiensis m. p.

Egy ív papir három oldalán piros zárópecsét nyomával. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1537. Jan. 54.*

Közli: Bunyitay Vincze.

146.

Bécs, 1537 február 2.

Ferdinánd király meghagyja Choron Andrásnak, hogy a veszprémi püspökséghez tartozó sümegi várat Kecsethy Mártonnak, kinek a nevezett püspökséget adományozta, rögtön átadja, ezen levelét pedig igazolására megtartsa.

Patentes mandatorie. Ferdinandus etc. Egregio fideli, nobis dilecto Andree Choron, comiti Zaladiensi gratiam nostram regiam et

omne bonum. Commiseramus tibi superiori anno, ut arcem Symegh ad episcopatum Vesprimiensem spectantem et pertinentem nulli homini traderes consignaresque, preterquam huic, qui tibi literas sigillo nostro parvo seu annulari, quem tibi veluti eius rei signum ostenderamus, communitas afferret. Cum autem devotum fidelem nobis dilectum Martinum de Kecheth ad dictum episcopatum Vesprimiensem iamnunc de potestate scilicet ac pleno iure, quod nobis uti Regi Hungarie competit, nominaverimus elegerimusque, eiusque manibus vel homini suo, qui ad hoc specialiter a se deputabitur, prefatam arcem, uti par est, abs te reddi et consignari omnino velimus. Quapropter fidelitati tue harum serie firmissime precipientes mandamus, ut eiusmodi arcem vel ipsi Electo iam dicto, vel eius homini presentium nostrarum exhibitori libere et sine omni mora, ut debes, tradas et consignes et pro expeditione tua has nostras literas penes te retineas, secus sub obtentu gratie nostre minime facturus. Datum Vienne secunda Februarij 1537.

Exp[edite]. Registrata.

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1537. Febr. 4.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

147.

Bécs, 1537 február 6.

Ferdinánd király az ipoly-sági prépostságot Nagylucsei Lipcsey Orbánnak ajándékozza.

Nos Ferdinandus etc. memoriae commendamus etc. Quod nos moti bona indole nobilis adolescentis Urbani Lipchey de Nagh-Leuche, qua ipsum nonnullorum fidelium nostrorum commendacione praeditum esse accepimus, eundem ad praeposituram ecclesiae de Saágh nunc per mortem et decessum venerabilis quondam Francisci, eiusdem praepositurae ultimi, veri, legitimi et immediati possessoris de iure et de facto vacantem, authoritate iuris patronatus nostri regij, quod generaliter in omnibus ipsius regni nostri Hungariae ecclesiis instar praecessorum nostrorum habere dinoscimur, eligendum duximus et nominandum, ipsamque praeposituram eidem cum omnibus iuribus, obventionibus et emolunentis dandam et conferendam, imo eligimus et nominamus ac damus et conferimus pleno iure praesentium per vigorem; ita, ut quoniam nunc certis bonis respectibus praeposituram ipsam ex nostra annuentia

reverendissimus in Christo pater dominus Paulus de Warda, archiepiscopus ecclesiae Strigoniensis, legatus natus, primas Hungariae, summus cancellarius noster, tanquam commendatarius apud manus suas habet, eidem Lypchey singulis annis, dum in studiis literarum versatur, quingentos florenos Hungaricos pendere debeat et teneatur, ac tandem, dum idem annum vigesimum attigerit, sumpto habitu illius ordinis, possessionem ipsius Praepositurae realem obtinere et sibi occupare possit. Datum Viennae in festo B. Dorotheae V. et M. Anno Domini 1537. regnorum nostrorum Romani septimo, reliquorum undecimo.

Stephani *Kaprinai* Collectaneorum Msc. B. Tomulus XXVIII. 48—49. l.

Közli: Dr. RAPAICS RAJMOND.

148.

Bécs, 1537 február 6.

Ferdinánd értesíti a soproni tanácsot, hogy nemrégiben meghagyta Gerchyaker Andrásnak, hogy Kesző (Kezzew) várát adja át Ujlaky Ferencz győri püspöknek, mert ez azon pénzösszeget, melyben Kesző vára nála el volt zálogosítva, lefizetni kész, sőt a király kezéhez le is fizette. Mindamellett Gerchyaker a hűtlen Török Bálint védelmében bízva nem engedelmeskedett, a várat nem adta át s az ellenséggel tart. Meghagyja tehát a király a soproni tanácsnak, hogy Gerchyakert fogja el, vesse börtönbe és soproni javait foglalja le.

Ferdinandus rex praecipit senatui Soproniensi, ut Andream Gerchyaker, qui arcem episcopatus Jauriensis, Keszô vocatam, e pignore remittere Francisco Ujlaky episcopo nulla ratione adduci potuit, capiat, carceri tradat, bonaque eius Soproniensia detineat.

Eredetije Sopron város levéltárában. Lad. N. f. s. Nr. 19.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

149.

Léka, 1537 február 8.

Hirnik Lőrincz várnagy értesíti Nádasdy Tamást, hogy Jurisics Miklós meghívta keresztapának. A következő böjtre szükséges költségeket kéri.

Magnifice domine... Dominus Mikolitza[1] vocaverat D(ominationem) V(estram) M(agnificam) in compatrem. Sed eadem non potuit venire. Coactus fui ego loco D. V. M. esse compater. Similiter

[1] Jurisics.

domina uxor domini Pauli.[1] Et est masculus Adam nomine.[2] Gaudet ad summum et vult ut D. V. M. det operam, ut et ipse compater siet (!) M. V. etc. Ut nuper scripsi M. V. de vino huc providendum opus erit, si hospites hic perseverabunt. Similiter de salibus, de nonnullis expensis, ut pro ieiunio isto providerem rebus necessariis... Datum Lewka feria sexta post Dorothe (!) anno 1537.

Servitor

Laurentius Hirnyk.[3]

Kívül: Magnifico domino Thome de Nadasd

Kanÿsa.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

150.

Enns, 1537 február 11.

Ferdinánd király kegyesen inti és kéri az esztergomi érseket, hogy a sági prépost hagyatékából öt erdélyi hivének, ú. m. Bethlen, Toroczkay, Farkas, Gerendy Péter és Vásárhelyi Deák Gergelynek utalványozott ötszáz forint második felét is fizesse ki s mivel a hagyatékban annyi készpénz nincs, a 250 forintot a hagyatékban levő drágaságokra és ezüstneműekre előlegezze a király által visszafizetendő kölcsönül.

Strigoniensi. Ferdinandus. Reverenda Pater, Devote, fidelis et sincere Dilecte. Literas, quas Devotio tua de data sexta huius ad nos dedit, accepimus, quibuscum Eadem significet, quod ex quingentis florenis, quos de pecunia per prepositum de Saag relicta quinque Transilvaniensibus, videlicet Betleen, Torotzkay, Farkas, Petro Gerendi et Gregorio literato deputavimus, media pars desideretur, et tantum ducenti et quinquaginta floreni distributi sint, intendimus et volumus, ut et reliqua pars clementer illis ordinetur et cedat. Et cum ex inventario sive regesto literis Devotionis tue incluso intelligamus, clenodia et argentaria, que in manibus Devotionis tue dimisimus, procul dubio pretium ducentorum et quinquaginta florenorum longe excedere, ne igitur in ea re quicquid desideretur, sed talis pecunia istis bonis et fidelibus servitoribus, sicuti ordinavimus, integre numeretur, clementer hortamur et petimus, ut Devotio tua reliquam summam, videlicet ducentos et quinquaginta florenos super eiusmodi clenodiis nobis mutuo dare et prefatis quinque Transilvaniensibus numerare et persolvere non gravetur. Faciet Domi-

[1] Bakyth.

[2] Mortuus est sequenti anno 1538. Turul V. 184.

[3] Castellanus, ut ex aliis epistolis eius abunde patet.

natio tua in hoc rem nobis valde gratam. Quod nos erga eandem omni benignitate et clementia recompensabimus et rependemus. Datum Ens XI februarij 1537.

Exp[edite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1537. Febr. 36.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

151.

Enns, 1537 február 11.

Ferdinánd király arról értesülvén, hogy a sági prépost hagyatékában olyan tárgyak is találtatnak, melyek Csáky Elek tulajdonát képezik, minthogy Csáky János királyhoz pártolván, a hűtelenség bűnét követte el és ezért javai a királyra szálltak: szigorúan megparancsolja az esztergomi prépostnak és a selmeczbányai helyettes kamaraispánnak, hogy azokból háromszáz magyar forintot Gerendi Péternek, Toroczkay Antalnak és Vásárhelyi Gergelynek adjanak.

Ferdinandus etc. Venerabili, devoto et prudenti ac circumspecto, fidelibus nobis dilectis doctori Andree Tschazmensi, maiori preposito ecclesie Metropolitane Strigoniensis et Petro Helpranten civi et vicecomiti Sebnyciensi gratiam regiam et omne bonum. Intelleximus apud prepositum quondam Saagiensem res quasdam inventas esse, que Alexij Chaky fuisse perhibentur, easque ipsas res penes vos repositas et fidei vestre commissas esse. Cum autem constet, dictum Alexium Chaky notam infidelitatis incurrisse ex eo, quod adversarij nostri Joannis, comitis Scepusiensis partes secutus est semperque fovit et propterea eiusmodi bona illius singula et universa ad nos de vetere regni nostri Hungarie consuetudine irrefragabilique iure devoluta esse dignoscuntur et ex his ad summam trecentorum florenorum Hungaricalium fidelibus nobis dilectis Petro Gherendi, Anthonio Thorozkhay et Gregorio Wassarhely provideri omnino velimus. Idcirco Fidelitatibus Vestris harum serie strictissime precipientes mandamus, ut ex prefatis rebus dictis servitoribus nostris pretactam summam trecentorum florenorum Hungaricalium dare et numerare, debeatis, secus sub obtentu gratie nostre minime facturi, harum vigore literarum sigilli nostri impressione munitarum. Datum in oppido nostro Ens, die XI februarij 1537.

Exp[edite].

Fogalmazat egy félív papir két oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1537. Febr. 37.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

152.

Lincz, 1537 február 12.

Morone nunczius Ricalcati-nak a magyar papság megadóztatásáról.

— — — — — — — — — — — — — — —

Sua Maestà mi fece intendere ch'essendo necessario provedere agl'imminenti pericoli del Turco, etiam per defensione di quella parte ch'egli tiene de l'Ungaria, tutti li prelati et baroni Ungari ne la dieta sua fatta a Posonio havevano pigliato il carico sopra di se di defendere quella parte de l'Ungaria, che Sua Maestà possiede; ma che per fare questo havevano tassato anchora il clero, essendo cosa utile per il beneficio publico et necessaria per lo interesse loro, et che per questo ricercavano ch'io come nuncio di Sua Santità volessi darli l'auttorità di poter exigere la summa di tre fiorini per ciascuno sacerdote beneficiato.

Io feci rispondere a Sua Maestà, ch'io non haveva auttorità di fare tale tassa, la quale in apparenza era contra l'immunità ecclesiastica, et che Nostro Signore fin a qui per occorrenza alcuna non haveva voluto gravare il clero di alcuna provincia. Essi Ungari dapoi unitamente mandarono a pregarmi per questo, facendomi anchora intendere, che li prelati proprii hanno fatta questa tassa per la presente necessità, et il re similmente mi fece dire, ch'io ne scrivessi a Sua Santità come faccio: et cosi V. S. potrà dire a Sua Beatitudine, che non bastando le facultà de li signori temporali del regno per questa defensione et essendo il pericolo cosi presente, come egli è, et essendo li prelati proprii per la maggior parte stati presenti a questa deliberatione, com'essi m'hanno allegato, Sua Beatitudine potrà essere gratiosa di quello, che forse senza l'auttorità de la sede apostolica havrebbeno exacto: et in questo s'accresce l'auttorità di Sua Santità et queste exactioni sarano collocati in boni usi nè sarano dispensate o distribuite per mano d'altri che de li proprii regnicoli deputati unitamente da tutta la provincia per provedere a questa defensione.

— — — — — — — — — — — — — — —

Da Lince alli 12 di februaro 1537.

Nuntiaturberichte aus Deutschland. Erste Abtheilung. II. Bd. Gotha, 1892. 112. l.

153.

Sempte, 1537 február 17.

Várday érsek megküldi Morone nunciusnak a papság megadóztatására vonatkozó törvényczikkelyt és kéri őt, eszközölje ki mielőbb a pápánál, hogy az érsek ezt a megadóztatást nyugodt lelkiismerettel megengedhesse.

— — «Articulum, quo de taxa a presbyteris exigenda constitutum est, presentibus inclusum Dominationi Vestrae R^mae^ transmitto.» Rogat Moronem impetret apud Papam, «ut possim permittere salva atque integra conscientia mea taxam huiusmodi exigi. Equidem omnibus me viribus opposui egique et cum Regia Maiestate et reliquis consiliariis, ne insueto hoc onere presbyteri gravarentur; quod si quid contribuendum esset, honor et authoritas sanctae Sedis Apostolicae in ea re observaretur. Postquam tamen ita decretum est mihique potissimum haec provincia exactionem curandi... est demandata, mos gerendus est Maiestati Suae.» — —

Eredetije Parmában, *Arch. di Stato* Carteggio Farnes. — Az itt közölt töredékben kiadva: Nuntiaturberichte aus Deutschland. Erste Abth. II. 113.

154.

Lőcse, 1537 február 20.

Horváth János szepesi prépost jászai prépostnak is kineveztetvén, minthogy Serédy Gáspárral, kire beiktatása bizatott, semmire sem mehetett, kéri Ferdinánd királyt, hogy Ebersdorfi Ramprecht főkapitányt utasítsa a beiktatás végrehajtására. Egyszersmind jelenti, hogy öcscsét, Barnabást még eddig nem sikerült a király parancsa szerint megtérítenie.

Serenissime Princeps et Domine, Domine Clementissime. Fidelitatis mee et servitiorum meorum in gratiam Vestre Maiestatis commendationem. Eam, quam erga me, subditum suum, gratiam et munificentiam Vestra Maiestas in conferenda prepositura Jazowiensi exhibuerit, curabo perpetuis servitiis, adiuncta summe fidei integritate, demereri. Quandoquidem in tot et tantis tumultibus ea ope magnopere utor, cum mandato Serenitatis Vestre, quod dignata fuerat dare et dominis Capitaneis mandare, quo me in possessionem illius preposkiture collocarent, dominum Gasparem Seredy requisiveram. Tamen coniicio, eius opera me minime assequuturum: ideo coactus Vestram Maiestatem interpellare debeo, cui veluti principi et domino clementissimo etiam atque etiam supplico, ut

meorum meritorum ratione habita dignetur seriosas mandati literas ad dominum supremum Capitaneum Ramprech a Ebersdorff dare, quo me idem citra omnem excusationem in dominium illius prepositure et imponat et tueatur, ut aliquatenus de Vestre Serenitatis gratia gaudere possim. De Barnabe, fratris mei, punitione commissionem Maiestatis Vestre exequi hactenus nequivi, eo quia eum ad me allicere non potuerim. Quem etsi satis superque et per nuntios tum amicos, tum literas arguerim, tamen non video, illum verbis posse emendari, cuius animadversionem Vestra Maiestas dignetur Domino Hieronimo Lasky demandare, eius enim auctoritate facilius emendabitur. Me et servitia mea in gratiam Vestre Serenitatis recommendo, quam Deus optimus Maximus faustissimam et diutissime incolumem conservare dignetur. Ex Lewtschovia XX^{a} Februarij 1537.

Vestre Serenissime Maiestatis

Fidelis subditus
Joannes Horwath,
prepositus Scepusiensis.

Kívül: Serenissimo Principi Domino, Domino Ferdinando Dei gratia Romanorum Hungarie Bohemie etc. Regi, Infanti Hispaniarum etc. Domino meo Clementissimo.

Egy ív papir első oldalán, piros zárópecsét nyomával. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1537. Febr. 55.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

155.

Lővöld, 1537 február 20.

Devecseri Choron András zalai főispán Szepsi Bálint egri és örsi préposthoz és Gönczy Bertalan udvarmesterhez intézett levelében előadja, hogy 13 évi sümegi várnagysága alatt mit költött a magáéból a veszprémi várra s a veszprémi püspök bandériumára, és hogy ezen 50 ezer forintnál több költségeinek megtérítése fejében mit kíván az új veszprémi püspöktől, Kecsethi Mártontól.

Hoc egregius Andreas Choron super debitum suum quinquaginta circiter milia florenorum a reverendissimo domino Martino de Kecheth, episcopo ecclesie Vesprimiensis, domino suo gratiosissimo modo et ordine infrascriptis humiliter cupit habere.

Item licet ego ab initio, videlicet ab anno Domini 1524 a festo divi Jacobi apostoli, quo die dominus quondam reverendissimus Agriensis, foelicis memorie, dominus meus naturalis gratiosissimus, castrum istud Symegh medio egregii domini quondam Joannis de

Hethey, tunc provisoris arcis Vesprimiensis, manibus meis officialiter assignavit, usque ad presentem annum Domini 1537, quorum iam instat tredecima annualis revolutio, summam pecuniarum mearum exitus prefato domino quondam meo gratiosissimo partim datarum, missarum et assignatarum in paratis, de quibus omnibus habeo literas Sue Reverendissime Dominationis propria manu eius ad me datas, etiam in capitulo obligatorias factas, facit circiter duodecim milia florenorum. Ad expugnationem vero arcis sue Vesprimiensis eiusque castri Symek gentiumque, quas ad rem sue Reverendissime Dominationis debui conservare ex specialibus et literalibus eius mandatis (ut futurum me de illis expensis contentum facit omnium conservationum) in simul cum pretacta summa computatum, que omnia Dominus Deus Optimus novit, et ipse me ita sciat, ut a tanto tempore iuxta verum et bene calculatum regestum ad necessitates Sue Reverende Dominationis mediante eius mandatis absque omnibus Sue Dominationis proventibus de meis quinquaginta circiter milia florenorum exposui, preterea ad expeditionem Budensem, quo idem Dominus quondam Ręverendissimus per literas suas cum trecentis equitibus iussit me venire, ubi nulla mihi data est solutio, ad tot equites assecurans me dominus per literas, ut mihi futurum quicquid illic exposuero persolvet, in qua expeditione pure exposui duo millia florenorum. In super in binis expugnationibus arcis Vesprimiensis ac alijs in locis in protectione bonorum sue Reverendissime Dominationis certi nobiles familiares mei sunt interempti, etiam in propria mea persona non parcens laboribus, fatigijs, efusioni sanguinis, damnis et expensis meis maximis, quas omnes renumerare regestisque inscribi minime possum, semper ab initio affective et fideliter servivi, pro quibus meis servitiis dominus quondam reverendissimus fuit naturalis benevolus et gratiosissimus mihi dominus, cuius nepos est iste modernus prefatus dominus reverendissimus. Nolo esse ingratus et immemor de amore eius et erga me benevolentia, immo et huic sue reverendissime dominationis nepoti, moderno scilicet domino reverendissimo vita mea unacum liberis meis inservire studebo, ut et sua Reverendissima Dominatio sicuti et avunculus eius (ut premisi), bone memorie dominus meus singulariter gratiosissimus erga me et liberos meos sit semper benigna, benevola, fautor et protector gratiosissima, hec facere decrevi.

Item ante assignationem castri opto, ut Sua Reverendissima Dominatio in paratis pro premissis debitis primo solvat mihi duo millia florenorum.

Item duas possessiones in pertinentibus [!] arcium Vesprimiensis et Symek, quas ego voluero, iuxta minutam illam, quam Sue Reverendissime Dominationi misero, in Capitulo mihi et domine consorti ac liberis meis in pignore, quo redimere poterit, dignetur Sua R. Dominatio obligari et inscribi pure pro tribus millibus florenorum.

Item decimas cultellorum Tapolcza et Berend, quarum altera videlicet Tapolcza in centum, altera vero in viginti florenis singulis annis solent arendari, in spatio 20 annorum mihi et consorti ac liberis meis iuxta illas minutas, quas dabo, in Capitulo ac proprijs suis literis suo chirografo et sigillo usuali factis decimare, totumque proventum earum accipere, sua R. D. dignetur inscribere et obligari faterique.

Item Regia Maiestas, dominus meus clementissimus, abbatiam Tykonium filio meo Joanni donavit, in qua si Sua R. D. aliquod ius haberet vel futurum habere speraret, totum illud simul cum literis donationalibus Regiis, si quas superinde haberet, cum literis obligatoriis Capituli iuxta illam minutam, quam dabo Sue R. D., dignetur in filium meum transferre et ut eam et illud nunquam acquirere valeat.

Item si Sua R. D. in bonis egregij quondam Michaelis Ozla aliquod ius haberet, et illud ad nos dignetur transferre.

Item, quod castrum cum illis tantummodo inventariis, que prefatus quondam Joannes Hethey cum regesto, propria sua manu facto, tempore assignationis castri manibus meis dedit, a me etiam Sua R. D. dignetur acceptare.

Item tempore assignationis castri vicecastellano, portarijs, vigilatoribus, pistoribus ceterisque servitoribus castri, si quibusdam solutionibus ipsis teneor, que parvam facit sumulam, Sua R. D. dignetur persolvere.

Item, ut duo beneficia, que dominus Locumtenens, dum episcopatus iste esset in suspenso, alterum Baltasar Bolday, alterum vero Demetrio Beychy familiaribus meis donaverat et contulerat in ecclesia Vesprimiensi existentia, iuxta literarum donationalium domini Locumtenentis et Sua R. D. dignetur ipsis condonare, remittere et resignare, quoniam esset mihi et ipsis meis familiaribus maxima ignominia, si illa habere non possent, quum iam res ista patet omnibus et apud Suam R. D. servitia tanti ponderis non haberem, factaque donatione Dominationis Sue Reverendissime de facto istorum, ut illis quibus voluerint resignare possint ac valeant, super his quoque resignationibus dignetur Sua R. D. literas consensus suas dare.

Item quod providum Gregorium Kakas de Nyrad dimittat Sua R. D. in bona mea venire et demigrare cum omnibus suis rebus pacifice, nam et ego ex meis colonis dimisi ad Sue R. D. bona.

Item, ut super restitutione et assignatione castri ac ordinarias et extraordinarias exactiones per me et vicecastellanum ac subditos meos super colonos arcium Vesprimiensis et Symegh Turcosque per nos captos Sua Reverendissima Dominatio tam in Capitulo, quam propria manu et sigillo suis factas iuxta optatum ac votum meum et minutas meas tales et tantas, quales et quantas mihi et vicecastellano meo seorsum literas obligatorias, expeditorias et quietantiam habere cupio, Sua R. D. dignetur dare et emanari facere.

Tenor literarum Andree Choron missarum, in quibus retroscripti articuli inclusi extitere.

Reverende et Egregie Domine Conpater, et filii observandissimi salutem ac obsequiorum commendationem meorum. Misi in scriptis Dominationibus Vestris optatum meum presentibus inclusum, si dominus Reverendissimus, dominus noster gratiosissimus ad nos mittere voluerit, quamprimum Tykonium mittere dignetur, quia illic erimus, nec illic multum morabimur, preterea nudiustertius adest, quod dominus Reverendissimus noster gratiosissimus de parte nobilium de Chatar dederat ad nos literas, poterunt Dominationes Vestre ab omnibus rescire et Domino referre, ut ab initio etiam tempore Monachi et Michaelis Zewteny̆ semper illi ad Tykonium fuerunt occupati et possessi. Superest quod D. V. semper bene valere cupimus. Ex Leweld feria tertia post Dominicam Invocavit anno Domini 1537.

Et in calce earum literarum erat titulus scriptura in margine inferiori:

Andreas Choron de Dewecher,
Comes Comitatus Zaladiensis etc.

In tergo vero earum similiter literarum erat titulus suprascriptio:

Reverendo et Egregio dominis Valentino de Zepsi, Agriensi et Ewrsiensi preposito etc. ac Bartholomeo de Gewncz Magistro Curie domini reverendissimi Vesprimiensis etc. dominis conpatri et filio observandissimis.

Egykorú másolat a Kecsethit illető egyéb iratok közt. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1537. Febr. 83.*

Közli: Bunyitay Vincze.

156.

Esztergom, 1537 február 25.

Várday Pál primás, esztergomi érsek körlevele a papság által fizetendő országos segély ügyében.

Paulus de Warda archiepiscopus ecclesiae metropolitanae Strigoniensis, primas et legatus natus regni Hungariae ac supremus aulae Regiae Maiestatis cancellarius etc. etc. universis et singulis honorabilibus et discretis dominis ecclesiarum parochialium et capellarum altariumque hospitaliumque etiam rectoribus, in et sub iurisdictione nostra spirituali Strigoniensi, quam aliorum reverendissimorum, reverendorum ac aliorum dominorum praelatorum, regularium videlicet et secularium ecclesiasticarum personarum, sub ditione et regimine serenissimi principis et domini domini Ferdinandi Romanorum, Ungariae, Bohemiae etc. regis semper augusti ubilibet intra ambitum huius regni Ungariae commorantibus et existentibus, salutem in Domino sempiternam et nostris infrascriptis firmiter obedire mandatis.

Sacrorum canonum sanxit auctoritas, omnes et singulos cuiuslibet status, gradus et ordinis, conditionis, praeeminentiae et dignitatis existant, etiam sacrosanctas ecclesias Dei et personas illarum, patriam et rempublicam ipsorum ad extremam necessitatem excidiumque calamitosum propensam ab invasione et oppressione hostili, quibus premitur, ut in ea pax, quies et tranquillitas publica [restituatur?] inopesque et egeni, debiles, orphani, viduae et aliae miserabiles personae [vita?] fruantur, incendia vetentur, iniuriae proximorum pellantur, periculis captivorum occurratur, — praesertim dum ad hec subeunda vires et facultates secularium personarum minime sufficere constiterit, — tueri et defendere, proque pia totius cleri et secularium personarum utilitate manus adiutrices porrigere et contribuere debere.

Cum igitur vobis omnibus exploratissimum, ob oculosque cuiuslibet vestrum positum sit et manibus fere palpetur, quo in discrimine quibusque periculis, procellis, incendiis et tempestatibus regnum hoc et in eo omnes ecclesiae Dei una cum ministris earum ab hostibus cruentissimis fidei nostrae christianae, aliisque immanissimis praedatoribus internis et externis versentur et agitentur adeo, ut nisi aestibus et incendiis eiusmodi latissime iam grassantibus primo quoque tempore occurratur, verendum profecto est, ne regnum ipsum una cum incolis et ecclesiis Dei omnibus quam-

primum ruat et pessumdetur. Proinde Regia Maiestas, dominus noster clementissimus, cupiens pro debito regiae suae celsitudinis perniciosis his calamitatibus imminentibus maturius, quam fieri poterit, occurrere, in proximis comitiis Posonii pro festo Conversionis divi Pauli Apostoli celebratis, de expressa omnium dominorum praelatorum et baronum totiusque nobilitatis voluntate et assensu voluit, statuit et ordinavit, apostolicaque ex superabundanti ad id impetrata [licentia], ut vos omnes et quilibet vestrum et aliae quoque personae seculares possessionatae quorumlibet comitatuum, pro tutela et defensione regni, pacisque et tranquillitatis publicae conservandae causa, florenos tres ad festum divi Ambrosii episcopi et confessoris proxime et immediate adfuturum, nobis et hominibus nostris specialiter deputatis sub poena confiscationis et direptionis omnium bonorum vestrorum [dare] et persolvere modis omnibus debeatis et teneamini.

Quocirca vobis omnibus et singulis honorabilibus et discretis dominis ecclesiarum parochialium, capellarum, altarium et hospitalium rectoribus praefatis, in virtute salutaris obedientiae et sub maioris excommunicationis sententiae poena committimus et mandamus, quatenus mox acceptis praesentibus ac dum et quando cum praesentibus fueritis requisiti sive alteruter vestrum fuerit requisitus, praedictos tres florenos, non in duobus terminis, ut personis secularibus ex edicto et commissione Maiestatis Regiae iniunctum est, sed ad festum tantum beati Ambrosii praescriptum (attento, quod honestius sit et minus molestum vobis semel ab hoc onere totaliter exonerari, quam duabus vicibus pro eo urgeri et inquietari), quilibet vestrum suo archidiacono, nobis, seu hominibus nostris per nos ad id specialiter deputatis, tradendos et assignandos, limitatione tamen opportuna inter eos, qui inter vos ditiores et agentiores fuerint, per eundem vicearchidiaconum conscientiose praehabita, ita videlicet totaliter, ut abundantia ditiorum suppleat defectum egentiorum realiter et cum effectu ac ex integro, reddere et persolvere debeatis et teneamini. Secus nulla ratione facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in arce nostra Strigoniensi in Dominica *Reminiscere.* Anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo septimo.

Wagner, Analecta Scepusii. II., 219. *Katona,* XX. 1018.

157.

Pozsony, 1537 február 28.

Ujlaki Ferencz választott győri püspök eltiltja a pozsonyi káptalan előtt Laki Bakics Pál huszárkapitányt a győri püspök birtokainak további bitorlásától, ő felségét pedig ezen birtokok eladományozásától vagy megterhelésétől.

Nos Capitulum ecclesie Posoniensis etc. quod reverendissimus dominus Franciscus de Wylak electus episcopus ecclesie Jaurinensis, ac noster et dicte ecclesie nostre Posoniensis prepositus, Sacreque Romanorum, Hungarie et Bohemie etc. Regie Maiestatis Consiliarius et Secretarius, coram nobis personaliter constitutus, nobis per modum protestationis et inhibitionis significare curavit in hunc modum: quod annis superioribus serenissimus princeps et Dominus Dominus Ferdinandus... Romanorum ac Regnorum Hungarie, Bohemie etc. Rex... quibusdam suis respectibus et motibus suam Maiestatem ad id faciendum inducentibus, castrum et locum sedis Episcopatus predicte ecclesie Jaurinensis ipsam ecclesiam episcopalem Jaurinensem complectentem, ipsa sede tunc pastore sive prelato vacante, simul cum eius pertinentiis magnifico domino Paulo Bakith de Lak, Huzarorum sue Maiestatis Capitaneo, absque omni onerosa inscriptione ad sue Maiestatis beneplacitum tempus concessisset et dedisset. Tandem ipso domino Francisco de Wylak, preposito nostro, per prefatam Maiestatem Regiam authoritate iuris patronatus sui regalis, quod generaliter in omnibus ecclesiis Regni sui (ut Rex Hungarie), more predecessorum suorum Regum Hungarie habere dignoscitur, in Episcopum predicte ecclesie Jaurinensis electo et nominato, pro talique apud vulgum reputato et tento, ad ipsius domini Francisci de Wylak, ut iam premissum est, electi episcopi dicte ecclesie Jaurinensis instantes et creberrimas supplicationes apud prefatam Maiestatem porrectas, eadem Maiestas Regia iusto suo animi iudicio inducta, anhelans antedictum castrum episcopale et suas pertinentias de manibus dicti domini Pauli Bakith excipere et sibi domino Francisco electo episcopo, suisque manibus iure fato possidendum pure et simpliciter dare et assignare, darique et assignari facere, annis superioribus primum per magnificum dominum Franciscum de Rewa, Sue Maiestatis in iudiciis Locumtenentem, novissime vero similiter per magnificum dominum Juresyth de Kőszeg, alias Gunz, consiliarium et camerarium, atque egregium Paulum Bornemisza, secretarium pariter Sue Maiestatis, veluti eius nuntios et legatos, medioque illorum prefato

domino Paulo Bakith de Lak capitaneo[1] commisisset strictissime et mandasset, ut antelatum castrum, sedemque episcopatus dicte ecclesie Jaurinensis simul cum universis suis pertinentiis et iuribus pure et simpliciter, absque omni difficultate remittere et resignare, manusque suas et suorum ad eum pertinentium de eisdem excipere, ipsiusque castri et suorum pertinentiarum, atque iurium vacuam possessionem relinquere debeat et teneatur. Sed ipse dominus Paulus Bakith mandato et intimatis Maiestatis Regie eatenus factis contemptis, idem castrum et sedem Episcopalem ecclesie Jaurinensis reddere hactenus recusasset et contra dicti domini nostri Regis mandatum, inque ipsius domini electi episcopi preiudicium, damnumque et iniuriam violenter et mediante potentia teneret, fructusque et utilitates perciperet, quamvis obtulisset se ad restitutionem et resignationem eorumdem ea sub lege, ut ipse dominus Franciscus, electus episcopus, prefato domino Paulo Bakith in prompta pecunia duo millia florenorum hungaricalium donet et solveret, nonnullasque conditiones satis onerosas per eum sibi propositas acceptaret, assummeret et observaret. Quorum quidem duorum millium florenorum oblationem, veluti indebitam, et conditiones propositas sibi valde preiudiciosas, iniuriosas et molestas, atque indignas, ipse dominus Franciscus, electus episcopus ecclesie Jaurinensis, acceptare, assumereque noluisset, neque vellet, factaque huiusmodi protestatione idem dominus Franciscus electus episcopus memoratum dominum Paulum Bakith et alios quoslibet ab occupatione, detentione et sibi ipsis usurpatione antedicti castri Jaurinensis, aliarumque arcium, earundemque pertinentiarum et quorumlibet iurium possessionariorum dicti episcopatus ecclesie Jaurinensis, usu fructuumque ac utilitatum earundem et quarumlibet decimarum mense episcopali dicte ecclesie Jaurinensis undecunque provenire debentium, aliorum quoque quotannis [!] redituum obvenientium perceptione seu percipi factione, prenominatum denique Dominum nostrum regem Ferdinandum a concessione et donatione ac inscriptione aliquali omnium et singulorum castrorum, oppidorum, villarum, possessionum, prediorum, portionumque et quorumlibet iurium possessionariorum, ac decimarum, aliorumque redituum, obventionum et iurium episcopatus antedicte ecclesie Jaurinensis prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo publice et manifeste coram nobis, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum feria

[1] In manuscripto evidenti errore scribae: «Francisco de Wylak, electo episcopo ecclesiae Jauriensis» notatus.

quarta proxima post Dominicam Reminiscere, anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo septimo.

Egyszerű másolat. — *A M. T. Akadémia kézirattára: Történelem. Oklevéltár. Ivrét. 14. sz.*
Közli: BUNYITAY VINCZE.

158.

Veszprém, 1537 február 28.

Kecsethi Márton veszprémi püspök tekintettel azon körülményre, hogy a leveleket el szokták fogni, kéri Ferdinánd királyt, hogy Krajnai György nevű szolgáját, kit levél helyett hozzá küld, kegyesen kihallgatni és visszaküldeni méltóztassék.

Sacratissime Rex ac Domine, Domine mihi Clementissime. Ex quo saepenumero litere intercipiuntur, maxime vero his temporibus hisque in locis, in quibus nunc dego, decrevi proprium meum nuntium ad Sacratissimam Maiestatem Vestram mittere, qui vice prolixarum literarum mearum fungeretur. Supplico itaque Sacratissime Maiestati Vestre, tanquam domino meo clementissimo, dignetur hunc famulum meum, Georgium de Carniola, benignissime exaudire eundemque primo quoque tempore ad me remittere. Servet ac sospitet Sacratissimam Maiestatem Vestram Christus Optimus Maximus nobis ac patrie nostre perpetuo foelicem ac incolumem, cui supplico, ut me solita sua gratia amplectatur. Vesprimii ultimo Februarii, anno salutis MDXXXVII°

Eiusdem Sacratissime Maiestatis Vestre

Humillimus obedientissimusque Servitor
Vesprimiensis.

Kívül: Sacratissimo Romanorum, Ungarie Bohoemieque Regi etc., Domino meo Clementissimo.

Egy félív papir egyik oldalán, piros zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1537.*
Közli: BUNYITAY VINCZE.

159.

Prága, 1537 márczius 2.

Ferdinánd király a honti birtokosságnak megparancsolja, hogy mindenike, mihelyt Várdai Pál esztergomi érsek arra felszólítja, a sági prépostsági monostor kellő megerősítésére egy-egy embert küldjön.

Ferdinandus... N. fidelibus nostris universis et singulis prelatis, baronibus, egregijs et nobilibus ac alterius cuiusvis status et conditionis possessionatis hominibus in comitatu Honthensi existentibus salutem et gratiam. Intelligere potuistis, quo pacto claustrum

et monasterium de Saag, primis fere hostium impetibus et incursionibus expositum, magnopere munire et fortificare opus sit, debile scilicet et minime aptum ad resistendum, si qua vis hostium ingrueret, et si contingeret ab hostibus occupari permagnum vobis omnibus et vicinis partibus damnum emanaret. Ut itaque quottidie magis muniri ac tum meniis tum propugnaculis ac reliquis necessitatibus ad resistendum adversarijs provideri possit opportune: vobis et vestrum cuilibet harum serie firmissime committimus et mandamus, quatenus quandocunque per reverendum patrem, devotum, fidelem ac sincere nobis dilectum Paulum de Warda, Archiepiscopum Strigoniensem etc. fueritis requisiti, mox vestrum singuli unum ex colonis suis ad labores, edificia et munitionem prefati claustri de Saag mittere velitis et debeatis, in quo nostram expressam et omnimodam executuri estis voluntatem. Datum in arce nostra regia Prage, die secunda mensis Martii anno Domini MDXXXVII, regnorum nostrorum Romani septimo, aliorum vero undecimo.

Nyilt papirlevél, melyhez már csak a király aláírása s pecsétje kellett; lapja szélén azon megjegyzéssel, hogy hasonló levél menjen Komárom- és Barsvármegyéhez. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1537. Marcz. 6.*

Közli: Bunyitay Vincze.

160.

Prága, 1537 márczius 3.

Ferdinánd király Egyházas-Szakállas komárommegyei falut Peregi Albert pécsi prépostnak és unokaöcscsének, Mathyssy Györgynek ajándékozza.

Anno Domini 1537. Pragae Sabbato proximo ante Dominicam Oculi manu propria Regiae Maiestatis subscriptae datae sunt litterae, quibus mediantibus Sua Maiestas totalem possessionem Egyházas-Szakálos vocatam in comitatu Comaromiensi existentem, quam Emerico Ipoltffi de Ipoltfalva alias per notam infidelitatis Francisci Thárnok Sua Maiestas contulerat; sed quia nunc primum et ipse immemor fidei Maiestati Regiae praestitae, Joanni Zapoliensi adversario adhaesit per hocque notam infidelitatis incurrisse dicitur, venerabili Alberto praeposito Quinque-Ecclesiensi ac fratri eius egregio Georgio Mathyssy ipsorumque haeredibus Sua Maiestas contulit. Salvo iure alieno.

Steph. Kaprinai Collectan. Msc. B. Tom. XXVIII. 49. l.

Közli: Dr. Rapaics Rajmond.

161.

Prága, 1537 márczius 5.

Morone nunczius Rómába küldi a magyar papság megadóztatására vonatkozó törvényczikkelyt Várday érsek levelével együtt (l. f. a 153. számot) s ajánlja, hogy a szentatya adja hozzá jóváhagyását.

— — — — — — — — — — — — — —

Mando a V. S. (Ricalcati) l'articulo de la taxa fatta a li sacerdoti Ungari con la lettera [c'ha] scritto l'arcivescovo di Strigonia sopra questa materia, et per evitar scandolo massime in una cosa cosi giusta in apparenza per resister al [Turco], stimo sia bene per conservatione de l'auttorità de la sede apostolica, senza la quale forse farebbeno la medesima exactione, che Sua Santità presti lo assenso suo; pure il tutto sia remisso a la volontà et prudenza di Sua Beatitudine.

— — — — — — — — — — — — — —

Da Praga alli 5 di marzo 1537.

Nuntiaturberichte aus Deutschland. 1. Abth. II. 121.

162.

Prága, 1537 márczius 6.

Morone János bécsi nunczius titkos jelentése Ferdinánd udvaráról.

Mi pare expediente per intiera notitia debba scrivere a Vostra Signoria più veramente, che potrei il stato di questa Corte, aciò che Nostro Signore come prudentissimo sappia, che sperare o temere di questa parte. Questo re de Romani è di una natura di non pronto ingegno, non facile, per consequente di minor auttorità appresso li sudditi molto feroci, povero de danari, et poco accurato nel regimente suo; ma la grandezza et altitudine de subditi a forza lo sustengono et fanno parer grande. Appresso di se ha quatro conseglieri; sono tenuti rapaci, instabili et infideli, et uno de loro luterano [et] fautore de luterani; li dui vanno claudicando, ma sempre odiosi al clero et poco benevoli alla sede apostolica. Il Vescovo di Vienna confessore di esso re, è gagliardo, audace et publico defensore della vera religione, ma cupido di havere et insatiabile, non tanto exemplare, come doveria, et di non molta auttorità, per quanto si può comprendere.

Il Nausea predicatore regio avido, et questi dui sempre et senza rispetto si lamentano della sede apostolica, et de tutti, jactando le sue fatiche, come mal ricognosciute.

Li altri ministri più bassi sono in parte buoni, in parte contaminati; ma ancora li buoni sempre han qualche querela contra li capi chiericali.

La religione di questo re consiste più in la bontà naturale et in cerimonie exteriori, cioè opere di pietà.

Sua Maestà talvolta si lassa trascorrere per il mal consiglio et forse per la necessità a dimandar et voler sussidio dalle persone ecclesiastiche, et ancor a pigliar li argenti et ori delle chiese, quali poi non sono ben spesi, et se non fusse l'auttorità del Cardinale di Trento,[1] qual pur va intertenendo con li denti, non solo cavarebbeno il latte, come hanno fatto et fanno, ma ancora il sangue delli prelati et chiesie.

Li paesi, come è notorio, sono quasi tutti contaminati et importuni appresso Sua Maestà, hora con speranza et promissione di aiuti, hora con mostrarse con mirabil arte difficili in li bisogni et urgenti necessità, acciochè condescenda a tolerar le loro sette, ond'è che lutherani ogn' hora a poco a poco guadagnano, et al fine dubito assai, che facendosi il convento generale o imperiale di tutta la Germania questo anno, come si murmura, Sua Maestà sarà forzata piegarsi assai, per non dire acquetarsi in tutto alle loro voluntà.

Questo discorso è fatto da me, come ho detto, per notitia di Sua Santità et per dimostrare quanti siano li imminenti pericoli di qua, del che sicome io per non haverne a rendere ragione, mi sono forzato scrivere il vero, cosi prego Vostra Signoria, acciochè in qualche tempo non habbia a rendere conto alli homini del mondo, poichè del tutto haverà avvisato Nostro Signore, voglia abbrusciar questa mia lettera.

Da Praga a di 6 de martio 1537.

Közölve *Óváry* Lipót: III. Pál pápa és Farnese Sándor bíboros diplom. levelezései. Magyar Történelmi Emlékek. Első osztály. XVI. köt. 10—11. ll. — Nuntiaturberichte aus Deutschland. Erste Abtheilung. II. 123.

[1] Kless Bernárd trienti bíboros püspök.

163.

Róma, 1537 márczius 11.

Ricalcati értesíti Morone nuncziust, hogy a szentatya, bár nehéz szívvel, beleegyezik a magyar papság megadóztatásába. (V. ö. 152. sz.)

L'ultime di V. S. sono di 12 del passato da Lince, per le quali avisa la taxa, che a li preti s'hanno fatta di tre fiorini per uno per deffendersi dal Turco, et la domanda, che fanno la Maestà del re et que' prelati et baroni che V. S. c'interponga l'autorità apostolica.

In risposta di che le dico a Nostro Signore summamente [esser] a core le immunità ecclesiastiche, et una delle principale cose, che faccia contra sua voglia, è il gravare del clero: nondimeno considerando, che la deffensione contra la rabia del Turco deve essere procurata per ogni via et a nissuno deve increscere metterci sino al sangue, Sua Beatitudine per gli allegati brevi vi dà potestà di potere interporre il consenso suo alla sopradetta taxa. — — so bene che la S. V. non mancherà in questa occasione di mostrare prima il desiderio di Sua Santità della conservatione de' privilegii di santa chiesa, poi l'amore et la pietà verso questa Maestà et suoi regni, et questo suo consenso glielo darà in modo che sarà lor grato et per cosa che Sua Santità non concede se non con le lagrime sugli occhi...

— — — — — — — — — — — — — — —

Kívül: Al vescovo di Modena alli 11 di marzo 1537.

Nuntiaturberichte aus Deutschland. Erste Abth. II. 125.

164.

Prága, 1537 márczius 14.

Ferdinánd király két vagy négy Olaszországba utazó ferenczrendű szerzetesnek szabad menetlevelet ad.

Salvus conductus pro Fratribus Sancti Francisci. Ferdinandus. Recognoscimus tenore presentium, quod religiosos duos vel quatuor fratres Ordinis Sancti Francisci de observantia presentium ostensores ab eorum provinciali ad Italiam in certis negotiis Ordinis sui evocatos de nostro pleno salvo conducto ex regno nostro Hungarie ad Italiam eundi, redeundique ad loca sibi secura affidamus et assecuramus... mandantes idcirco et precipientes universis...

quatenus prefatos fratres Sancti Francisci per totum tempus eundi, redeundique illesos esse sinant, eisque nullum prorsus gravamen aut molestiam inferant... Datum Prage 14. Martii anno 1537.
Ex[pedite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1537. Martz. 41.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

165.

Prága, 1537 márczius 16.

Morone bécsi nunczius jelentése Ricalcati Ambrushoz, III. Pál pápa bizalmas magántitkárához.

«L'elettore di Saxonia heretico non ha voluto confirmare l'elettione di questo re (Ferdinánd) nel regno de Romani... et mi affermano di certo che le pratiche continue durano de Lutherani con il re di Francia et con il Voivoda, quale desiderano resti re d'Ungheria, acciochè questo sia men potente ad reprimere i lor conati.»

Nuntiaturberichte aus Deutschland. etc. II. Bd. 128—130. ll.

166.

1537 márczius 18.

P. Forstius aqui-i püspök, pápai követ Ferdinánd királyhoz intézett levelében jelentést tesz az egyetemes zsinat összehívásának ügyében követett eljárásáról; leírja ez alkalommal nyert benyomásait a zsinatra nézve, melyet igen szükségesnek tart és a melynek megtartása a pápa óhaját is képezi.

Sacra Maiestas! Cum sacram Maiestatem tuam intellexissem Pragam venisse, non potui mihi pro officii mei debito et observantia erga Maiestatem Tuam debere, quin literis meis Eandem salutarem et clientelam ac servitutem meam semper eidem, ut bonum subditum decet, offerrem; ac significarem, me adhuc in Saxonia detineri invitis fluctibus, et ad istum conventum Cietensem venisse, ubi varia negotia tractantur et quedam longe aliena ab illis, que boni desiderare debent, ut non latere Maiestatem tuam arbitror. Putabam iamdiu functus fuisse officio meo intimationis generalis Concilii tantopere desiderati et necessarii, tamen propter conventum Smalcaldiensem et istum, in quibus oportuit pro meo debito adesse, ne aliquid a me desiderari in hoc tam sancto opere possit

te etiam, ut quid illic ageretur ac eorum mentem clare intelligere possem et eo maxime, quod illustrissimus Dux Saxonie Elector id a me maiorem in modum contenderat, cum Wimariam applicuissem. Itaque utrobique veni, quod non penitet, licet parvum fortassis fructum fecerim: nam sunt admodum obstinati et difficillime flexibiles; vidi tamen, audivi et cognovi miranda, quorum nisi fuissem oculatus testis, non facile credidissem, que spero in futurum non erunt abs re mihi nota esse. Quid responsi receperim ab Evangelicis Principibus, ut sese honestiori nomine vocari volunt, quoad futurum concilium universale, intelliget a reverendissimo domino meo Cardinali Tridentino, cui etiam magna ex parte totius itineris mei rationem reddidi; nolo esse molestus Maiestati tue largis literis seu potius ineptiis meis, nam satis compertum mihi est, Eandem esse occupatissimam, tantum hoc dixero, quod non video, quomodo istis malis aliquando mederi poterit et calamitates frangi ac tolli, nisi concilium universale omnino in actum deducatur et fiat reformatio generalis, in quo certo et confirmato animo habeo S. D. N. nihil ommissurum esse, quod in potestate Sue Sanctitatis erit sine ulla exceptione, et pariter Sacratissimam Cesaream et tuam Maiestates idem facturas confido et non dubito. Deum Optimum Maximum oro post mei semper humillimam commendationem Sacram Maiestatem Tuam faustam et felicem conservet. Ex Cietio XVIII Martij MDXXXVII.

Eiusdem Sacre Maiestatis Vestre

Humillimus Capellanus
P. Vorstius,
Episcopus Aquensis, Nuntius.

Kívül: Sacratissime Regie Maiestati Romanorum Hungarie Bohemie etc.

Egy ív papir két oldalán, piros kerekpecséttel lezárva. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. Marcz. 49.* Közli: Bunyitay Vincze.

167.

Prága, 1537 márczius 28.

Ferdinánd király közölvén az esztergomi érsekkel a pápa beleegyezését abba, hogy a magyarországi papság a pozsonyi országgyűlés határozatának értelmében megadóztassék, meghagyja az érseknek, valamint a királyi helytartónak is, hogy ez adó mielőbbi beszolgáltatása körül az ország érdekében szorgalmasok legyenek.

Archiepiscopo Strigoniensi. Ferdinandus etc. Reverende Pater, Devote, Fidelis, et sincere Dilecte. Cum annexis literis Nuntii apo-

stolici accipiet Devotio Vestra expeditionem Apostolicam super consensu pro impositione cleri iuxta diete Posoniensis proxime habite conclusionem, cuius vigore exactionem illam, prout necessitas requirit, recte efficaciterque omnique posthabita mora per vos administrari volumus et iubemus, ut hinc speratus scilicet fructus pro regni commodo reportari possit, quemadmodum et locumtenentem nostrum et Devotionem Vestram pro suo erga nos studio curaturos non dubitamus. Ceterum binas a Devotione Vestra literas de 13 et 15 huius accepimus, ex quibus grato animo intelleximus, que nobis de arcis nostre Strigoniensis bona et diligenti custodia, suoque etiam fideli animo in conservatione dicte arcis nostre siquid adversi ingrueret maiorem in modum propenso expositoque copiose significavit, cui plane persuasum esse volumus, nos earum rerum, de quibus nos haud imprudenter admonet, iamdudum egregiam curam suscepisse ac in omnem partem elaborare, ut afflictis regni istius nostri rebus paterne consulamus, quippe qui Dietam illam Bohemicam satis ex sententia nostra absolvimus brevique adeo speramus nos iustum exercitum non minus ad reprimendas hostium vires, quam Regni istius nostri defensionem posse conflare, sicut iam partem aliquam eo concessisse Devotio Vestra intelligere facile potuit, et in dies plures copias confluere videbit. De novis vero, que Devotio Vestra a servitore suo Paulo Karol habuit, nobis transmissis, quamvis non admodum iucunda sint auditu, tamen probamus diligentiam in eo Devotionis Vestre, utque nos de omnibus occurrentiis crebro continueque certiores faciat, a se magnopere requirimus. Datum Pragae 28 Martij 1537.

Exp[edite].

Fogalmazat egy félív papir két oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1537. Marcz. 60.*

Közli: Bunyitay Vincze.

168.

Prága, 1537 márczius 28.

Ferdinánd király Perényi Ferenczet kinevezi egri püspökké.

Nos Ferdinandus etc. memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod, Nos habita racione fidelium serviciorum magn. fidelis nostri Casparis Seredy, partium regni nostri Hung. superiorum capitanei nostri, que idem sacre imprimis eiusdem regni nostri Hungariae coronae et deinde nostre quoque

Maiestati pro locorum et temporum varietate ab inicio in hunc diem cum omni fidelitate et constancia sedulo exhibuit et impendit, ob eius igitur fidelia servicia et supplicacionem episcopatum ecclesie Agriensis, nunc per mortem reuerendi quondam Thome de Zalahaza eiusdem ecclesie Agriensis episcopi et cancellarii nostri iure ac legittime (!) vacantem, magnifico Francisco de Peren tam(quam) persone idonee et benemerite auctoritate iuris patronatus nostri regii in eadem ecclesia habiti dandum duximus et conferendum pleno iure, hac lege et condicione, quod dictus Caspar Seredy cum fidele nostro magnifico Francisco Bebek de Pelsewcz, comite nostro comitatus Gemeriensis ex proventibus et bonis dicti episcopatus illam summam triginta millium florenorum Hungaricalium, in qua eis episcopium illud inscripsimus et obligavimus, imprimis ad usque completionem eius summe totaliter excipere debeant, fide et integritate dicti Francisci Bebek erga nos salua et illesa permanente. Qui quidem Bebek, si vacillaverit et aliquo modo declinaverit, aut iam declinasse compertus certo fuerit, nec per dictum Casparem Seredj ullo modo adduci poterit, ut post defectionem suam ad fidelitatem nostram revertatur, in quo tamen idem Caspar Seredj omnem possibilem conatum facere summamque operam adhibere tenebitur, extunc Nos eam summam triginta millium florenorum Hungaricalium ob ipsius Seredj fidelissima servicia ac serviciorum suorum merita, et potissimum in aliquam bonorum suorum omissorum damnorumque passorum recompensacionem et sublevacionem, eidem Caspari Seredj nihilominus integre duximus annuendam et concedendam, immo annuimus et concedimus, et prefatum Franciscum Perenj in episcopatu hoc graciose confirmamus, harum nostrarum literarum vigore et testimonio. Quocirca committimus et mandamus vobis universis et singulis capitaneis, belli ductoribus et quorumlibet exercituum et copiarum nostrarum prefectis presentes visuris, quatenus simul vel divisim requisiti presentibus ad expugnacionem arcis Agriensis citra dilacionem proficisci, illudque modis omnibus ad dedicionem cogere et in nostram potestatem redigere sineque ulla excusacione extemplo manibus dicti Casparis Seredj et Francisci Perenj Electi Agriensis dare et assignare modis omnibus debeatis etc. etc. Datum in arce Prage 28. Marcii anno domini 1537.

Ferdinandus.

Orsz. levélt. NRA. fasc. 617. n. 18. — Nyomtatva kiadta *Szederkényi* Nándor: Heves vármegye története. II. köt. Eger, 1890. 434—435. ll.

169.

Prága, 1537 április 2.

Ferdinánd király arról értesülvén, hogy Bakics Pál, a huszárok kapitánya, a béli apátot fogva tartja és különféle kínzásokkal gyötörteti, szigorúan meghagyja neki, hogy az apátot, kit az ország szabadsága ellenére fogva tart, szabadon bocsássa s ha valamiben vétkesnek tartja, sértetlenül az esztergomi érsekhez küldje.

Ferdinandus etc. Magnifice, Fidelis, Dilecte. Significatum est nobis, Abbatem de Beel, hominem senem, a te multos iam dies in dira captivitate teneri, exquisitisque cruciatibus vexari et torqueri. Ad quod faciendum nos tibi auctoritatem non dedimus, nam ecclesiasticas personas etiam ob aliquod facinus non licet a te, persona seculari, hoc pacto tractari: derogaret enim id totius regni nostri libertati. Idcirco tibi mandamus firmissime, ut mox visis presentibus prefatum abbatem absque ulla ulteriori pactatione et oppressione persone ipsius libertati restituere. Quod si certam aliquam causam allegares illius detentionis, dignusque esset aliqua punitione, volumus, ut illesum Strigonium ad manus domini Archiepiscopi mittere debeas; secus nulla ratione facturus. Datum Prage secundo die mensis Aprilis, Anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo septimo.

Egregio Paulo Bakyth, capitaneo Huzarorum nostrorum, fideli nobis dilecto.

Exp[edite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1537. Apr. 1.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

170.

Lőcse, 1537 április 3.

Lomniczai Horváth János szepesi prépost magát és papságát a pozsonyi országgyűlésen a papságra kivetett adó alól fölmentetni kéri.

Serenissime Princeps et Rex, Domine Domine Clementissime. Fidelitatem perpetuam cum servitii mei in gratiam eiusdem commendatione. Perlata est huc publica constitutio, quae inter cetera cleri taxationem continet. Mea autem ecclesia, tum clerus, quantis vexetur sedulo calamitatibus, palam est omnibus, idque vel plura templa parochiis [!] carentia ostendunt. Intueor moestissime tam

recentem desolationem ecclesiarum Dei. Interest vel maxime Vestrae Maiestati indolere misererique ditioni suae tam atrociter vastatae et moderare subditorum conditionem, ut ne per severitatem taxarum aliasque oppressiones cogantur aliorsum profugere.

Quare Vestrae Maiestati Domino meo clementissimo vehementissime supplico, dignetur cleri mei miserrimi, tum mei rationem habere, committereque regni dispensatoribus, ut cum eo mitius in praesenti contributione agant, quo et pietas christiana auctior fiat, et ille Deum propensius pro victoria Vestrae Serenissimae Maiestatis orare studeat. Me autem et clerum meum gratiae Vestrae Maiestatis unice commendo. Datum Leutschoviae tertia Aprilis, in festis paschalibus feria tertia. Anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo septimo.

Johannes Horvath,
Ecclesiae Scepus. Praep.

Kívül: Invicissimo ac Serenissimo Domino Domino Ferdinando Dei gratia Romanorum Ungariae ac Bohemiae Regi etc. semper Augustissimo, Domino suo clementissimo, perpetuo colendo.

Wagner, Analecta Scepus. II. 221. *Katona*, XX. 1022.

171.

Sempthe, 1537 április 6.

Thurzó Elek Ferdinánd királyhoz intézett levelében védekezik azon vád ellen, mintha ő volna oka a papi adó beszedésében tapasztalt mulasztásnak; felsorolja azokat kik és mik okozzák a mulasztást. Továbbá maga számára, ki csak szóval és írással sürgetheti az adó felhajtását, bővebb utasításokat kérve jelenti, hogy Török Bálint az osztrák tartományok pusztítására megindulni szándékszik.

Sacratissima Maiestas Regia, Domine Clementissime, premissa fidelium serviciorum meorum humillima commendatione. Accepi hesterno vesperi literas Maiestatis Vestre, inter quas erant quedam, que continebant, quod mihi esset imputatura Maiestas Vestra negligentiam aliorum, qui presentem contributionem tardius, quam par esset, conferrent. Scire dignetur Maiestas Vestra, me quod potuissem prestasse et prestaturum etiam esse citra omnem vel obiurgationem vel monitionem Suam, ita ut ausim profiteri, me in hoc extra omnem culpam esse. Nam ubi litere mee et verba nuntiique Maiestatis Vestre auctoritate adiuncta aliquid ponderis habuerunt, iam non solum connumerationem admiserunt, sed etiam in hoc student, ut in dies conferre incipiant. Sed impedimenta, que ex compluri-

bus locis occurrunt, toties iam sunt Maiestati Vestre declarata, ut repetere pudeat quodammodo. Sed tamen paucis et nunc aliquid perstringam. Dominus Strigoniensis in plerisque locis, etiam antequam connumeratio inciperetur, exigere aggressus fuerat, deinde et modo ubicunque potest tam a colonis quam presbiteris exigere non cessat, quanquam et presbiterorum beneficiatorum contributio non in suas, sed dispensatorum Regni manus administrari deberet. Apud Franciscum Nyary, coram licet multis egerim, efficere tamen nullo modo potui, ut in officio suo, comitatu scilicet Honthensi admitteret connumerationem; tantum abest, ut iuxta publicam ordinationem aliquid administrari patiatur. Ad hunc diem stat comitatus ille ad nutum Nyary suspensus. Horum exemplo plerique vel pro se usurpare collationem suorum bonorum volunt, vel obnituntur, ne exactio de suis ulla fiat, et aliis recusantibus. Hec non libenter repeto, animadverti enim ex quibusdam literis Maiestatis Vestre, ista nuper per me scripta, non admodum sibi placuisse. Sed tamen cum is... quid agam, quomodo ad presentandum, quod debetur, ac reddendum, quod indebite vel perceperunt vel percepturi videntur, cogam... Ego non dico, multi tamen mussant, ipsum Nyary expectatione futuri alicuius tumultus non admittere in suo comitatu exactionem, ut eam deinde pro suo arbitrio faciat. Verum cum ille habeat ad Maiestatis Vestre solutionem non parvum numerum, ego vero nonnisi meo sumptu, eos quos habeo 'sustento, mee vires ad extorquendum ab istis non sufficiunt, proinde Maiestas Vestra dignetur mihi certam dare informationem et modum, quo cum hoc genere hominum agere debeam. Ego siquidem preter verba et literas exercere nihil possum. Igitur necesse est, ut a Maiestate Vestra expectem. Cum dominis dispensatoribus volo iis diebus constitui et quid cum eisdem in ista confusione rerum prodesse potero, non negligam. Expecto tamen ut dixi a Maiestate Vestra certam informationem. Scribunt ad me amici quidam, Valentinum Therek, cum Bude apud Joannis consiliarios esset, deliberasse, ut nisi copie alique Maiestatis Vestre in Hungaria et illis partibus, ubi ille exercitum habet, occurrant impedimentoque sibi sint, in confinia Austrie et aliarum provinciarum Vestre Maiestatis omnia igni turbaturus excurrat, quod Maiestati Vestre significare volui, cui fidelia servitia mea humiliter recommendo. Ex Sempthe VI die Aprilis anni 1537.

Eiusdem Maiestatis Vestre Sacratissime

fidelis Servitor

Alexius Thurzo.

Kívül: Sacratissime Maiestati Regie, Domino meo Clementissimo.

Egy ív papir két oldalán, piros, czímeres záró gyűrűpecséttel, közepén két helyen olvashatatlan. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1537. Apr. 10.*

Közli: BUNYITAY VINOZE.

172.

1537 április 12.

Tallóczi Bánfy Boldizsárnak a királyhoz intézett jelentése, hogy a sági prépostságot, mely fivérének adományoztatott volt, Nyári Ferencz birja.

Preposituram conventus ecclesie de Saag, quam Maiestas vestra clementer fratri meo donaverat, possidet nunc Franciscus Nyary. Cetera mea negotia latius intelliget Maiestas Vestra a domino reverendissimo episcopo Londensi.

Egy kis szelet papiron, mely Thallowczi Bánfy Balthazárnak Bécsben feria quinta post Dominicam Quasimodo 1537. kelt s Ferdinánd királyhoz intézett leveléhez van csatolva. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1537. Apr. 24.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

173.

Bécs, 1537 április 14.

Ferdinánd király Kecseti Márton veszprémi püspöknek a tihanyi apátságot adományozza azon feltétel alatt, hogy a király által kijelölendő egy vagy több személynek élete fogytáig kétszáz magyar aranyforintot fizessen évenkint.

Ferdinandus etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes, quibus expedit universis, quod nos habentes respectum ad sincerum animi affectum inconcussamque fidem reverendi devoti fidelis nobis dilecti Martini de Kecheth, episcopi Vesprimiensis, quam erga nos gerit, eidem Abbatiam Tykoniensem, quam alias episcopatui Vesprimiensi ex rationabilibus causis adducti ac sub certis modis et conditionibus annectendam et adiungendam duxeramus auctoritate iuris patronatus nostri Regij, quod in conferendis ecclesijs et dignitatibus more predecessorum nostrorum divorum Regum Hungarie habemus, una cum omnibus eiusdem pertinentiis, commodis, emolumentis et quibusvis bonis et iurisdictione consueta, ea tamen lege et conditione, ut dictus Martinus de Kecheth singulis annis uni vel pluribus personis per nos nomi-

nande seu nominandis statim a data presentium incipiendo, certo loco annique terminis prefixis iuxta obligationem suam desuper faciendam ducentos florenos Hungaricales in auro persolvere debeat et teneatur, quoad vixerit dictamque abbatiam possederit, immo damus et conferimus harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Quocirca universis et singulis iudicibus, iuratis ceterisque quibusvis colonis et subditis prefate abbatie harum serie firmissime mandamus, ut a modo imposterum prefatum episcopum Vesprimiensem aut hominem suum per eum ad hoc deputandum audire, eidemque in omnibus obedire et obtemperare debeatis, secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Vienne 14. Aprilis 1537.

Fogalmazat egy félív papir két oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1537. Apr. 36.* Közli: BUNYITAY VINCZE.

174.

Prága, 1537 április 25.

Ferdinánd király a szepesi prépostot az ezévi országgyűlésen a papságra kirótt adózás kötelezettsége alól teljesen fölmenti, papságának pedig megengedi, hogy ne a törvény értelmében, hanem tehetségükhöz képest fizethessenek.

Ferdinandus etc. Fidelibus nostris reverendissimo, reverendis et spectabilibus ac magnificis dominis, egregiis locumtenenti et consiliariis nostris, item administratoribus et exactoribus praesentis subsidii in conventu Posoniensi regnicolarum nostrorum ordinati, salutem et gratiam. Quoniam fidelis noster reverendus Johannes Horváth praepositus Scepusiensis ab initio in hunc diem nonnulla et grata nobis exhibet servitia, gravesque in eisdem nostris servitiis fecit expensas; nam cum omni suo apparatu bellico servitores suos in copiis nostris sumtu proprio servavit servatque etiam in praesenti. Quo itaque et tempore necessario commodius nobis servire possit: eundem ab exactione praefati subsidii ex speciali nostra gratia et auctoritate ad rationem servitiorum suorum exonerandum duximus et supportandum, imo exoneramus praesentium per vigorem. Quocirca fidelitati vestrae mandamus firmissime, ut praefatum praepositum ad solutionem praefati subsidii cogere nullo modo audeatis. Et quia clerus ecclesiae suae tum ab abversariis, tum a nostris praesentibus ad cutem usque spoliatus esse dicitur, committimus vobis, ut non iuxta constitutionem praefatam, sed secundum facultatem et possibilitatem eorum ad huiusmodi subsidii solutionem clerum ipsum cogatis. Secus non feceritis. Praesentibus per-

lectis exhibenti restitutis. Datum Pragae in festo s. Marci evangelistae. Anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo septimo.
Ferdinandus. *Ujlaky.*

Wagner, Analecta Scepus. II. 222. *Katona,* XX. 1023.

175.

Prága, 1537 április 26.

Ferdinánd király arról értesülvén, hogy Lőrincz fejérvári prépost még nem érkezett meg Innsbruckba a királyi gyermekek oktatására, sürgeti, hogy rábizott állomását késedelem nélkül foglalja el, hogy a királyi gyermekek sokáig tanító nélkül ne maradjanak.

Laurentio, Preposito Albensi Consiliario Regio. Ferdinandus etc. Venerabilis Devote Fidelis, Dilecte. Renuntiatum nobis est, te nondum Oenipontem ad erudiendos liberos nostros profectum esse. Id quod eo magis nobis mirum visum fuit, quod ante discessum nostrum ex Vienna tecum, eam uti provinciam subire maturares, clementer egimus, tibique et viaticum et que alioquin opus essent, curari iussimus, quare et ne proles nostre pretiosissimi temporis iacturam facere idoneoque preceptore diutius carere videantur, tibi iniungimus, ut profectionem tuam, quantum potes, aecelerare studeas, munusque illud docendi, ad quod te pro tua integritate literarumque scientia destinandum duximus, capessere minime posthabeas, nostram in eo expressam executurus voluntatem. Datum Prage 26. Aprilis 1537.

Expedite.

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán; hátán egykorú kéztől: *litere ad Neapolim. — Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1537. Apr. 63.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

176.

Innsbruck, 1537 április 29.

Lőrincz jelentvén Ferdinánd királynak, hogy április 23-án megérkezett Innsbruckba, igéri, hogy a rábizott teendőket Isten segítségével minden erejéből a király megelégedésére fogja elvégezni és kéri, hogy 400 rénus forintnyi fizetését 400 magyar forintra változtassa át és engedje meg, hogy külön asztala lehessen.

Sacratissima Regia Maiestas, Domine mihi Clementissime. Post meorum fidelium servitiorum perpetuam commendationem. Veni huc Oenipontem vigesima tertia mensis istius per varia aqua-

rum discrimina, ubi ego a magnificis comite Wolfgango a Mondtfort et alijs dominis regentibus humanissime exceptus sum. Qui quidem domini a me intelligere voluerunt conditiones, quibus Maiestas Vestra pacta est mecum de mea hic mansione. Dixi omnia, prout Maiestati Vestre voluntatem meam in scriptis Vienne presentavi, et quia, Sacratissime Rex, quemadmodum in omnibus aliis occurrentiis Maiestatis Vestre servivi Eidem magna cum fidelitate, sic etiam in isto officio, Deo volente, ita me geram et eam operam prestare contendam, que Maiestati Vestre grata erit et serenissimis liberis suis profutura. In reliquis omnibus cum dictis dominis regentibus pro arbitrio meo actum est. In hoc tamen Maiestati Vestre supplico, tanquam domino mihi clementissimo: dignetur Maiestas Vestra pro meis fidelibus servitijs mutare summam 400 fl. Renensium in summam fl. 400 Ungaricalium, et quod mensam habeam propriam; id quod ego fidelibus et perpetuis servitiis meis apud Maiestatem Vestram promereri conabor. Dedit mihi Maiestas Vestra Regia gratiosam informationem, quomodo me hic gerere debeam, velim tamen, si quid ad dictam informationem esset addendum, plenius per literas ab Eadem edoceri, quam Dominus Deus nobis felicem pro patrie nostre eliberatione ad multos annos conservare dignetur. Ex Eniponte 29 Aprilis anno Domini 1537.

Eiusdem Sacratissime Regie Maiestatis Vestre

perpetuus Servitor
Laurentius,
prepositus Albensis.

Kívül: Sacratissime Regie Maiestati Domino mihi Clementissimo.

Egy ív papir első oldalán, piros záró gyűrűpecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1537. Apr. 63.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

177.

Prága, 1537 május 13.

Ferdinánd király megparancsolja a soproni tanácsnak, hogy, miután Gerczaker András Kesző várát a győri püspöknek visszaadta, börtönéből őt szabadon bocsássák.

Ferdinandus rex praecipit senatui Semproniensi, ut Andream Gerczaker, posteaquam arcem Kesző episcopo Jauriensi remiserit, e carcere liberum dimittat.

Eredetije Sopron város levéltárában. Lad. N. f. 1. Nr. 20.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

178.

Nagyvárad, 1537 május 17.

János király a mislyei prépostságot és a széplaki apátságot Gecsey Mártonnak és Lónyay Gergelynek 20 ezer forintért zálogba adja.

Nos Joannes Dei gratia rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis. Quod nos attentis et consideratis fidelitate et fidelium servitiorum meritis fidelium nostrorum egregiorum Martini Gechei et Gregorii Lonyai, quae ipsi sacrae primum huius regni Hungariae Coronae ac deinde Maiestati nostrae pro locorum et temporum varietate, cum integerrima animi ipsorum fide ac constantia, praecipue autem in recuperatione civitatis nostrae Cassoviensis summa fortitudine summoque vitae ipsorum periculo exhibuerunt et impenderunt, cum enim ipsa civitas nostra Cassovia triplici muro atque fossa circumdata, omnique alia arte humana munitissima haberetur et cuiusvis principis quantamcumque diuturnam obsidionem tolerare posse videretur, cives vero, qui eam incolunt, loci munitione freti omne honestum ac decens suae cogitationi postposuissent et a fidelitate, quam nobis iureiurando bina vice praestiterant, ad Ferdinandum, regem Bohemiae, aemulum nostrum et regni nostri manifestum hostem deflexissent, multasque oppressiones et calamitates per milites factionis eiusdem Ferdinandi non solum in subditos nostros Hungaros, sed in universos nobiles, qui iniuriae et crudelitati eorum obvii esse poterant, ex sua civitate inferre paterentur, praefati Martinus Gechei et Gregorius Lonyai videntes tantam foeditatem et vastationem, ex qua dubio procul brevi tempore desolatio totius superioris partis Regni consequi videbatur, se suamque vitam vel manifesto periculo obiicere, vel patriam ab ea calamitate liberare decreverant. Patefacto itaque cum suis sociis negotio apud nos, ac ad constitutum diem exercitu nostro prope civitatem accersito, ipsi primi fortiter et animose custodibus civitatis vel fugatis, vel interfectis, portarum unam, quam incolae inferiorem vocant, occupaverunt, per quam exercitum nostrum receperunt, civitatemque ipsam et cum ea magnam Regni partem per praefatum Ferdinandum hostem nostrum et eius factionem occupatam, ditioni nostrae adiecerunt. Nos igitur tanta virtute ac industria eorundem inducti, universa bona et iura, possessiones, portionesque possessionarias, possessiones videlicet Misleh, Felseő Mislech, Balogd et Olsva in Aba Ujvariensi, ac portiones possessio-

narias in possessionibus Mirk, Borozlo et Jano vocatis in de Saaros comitatibus ad praeposituram de dicta Misleh ab antiquo pertinentes, nec non possessiones Zeeplak, Also Hutka, Garbocz, Also Bogdan, Chaay, Sdoba, Bezther, Felseõ Olchvar, Raas et Lebenye in dicto Abaujvariensi ad abbatiam Zeeplak similiter pertinentes, item totales possessiones Forro et Garadna ad praescriptam civitatem nostram Cassoviensem de iure et ab antiquo spectantes et pertinere debentes, nunc ob desolationem dictarum Abbatiae et Praepositurae, nec non notam infidelitatis praefatorum Cassoviensium, quam iidem ob Ferdinandinae factionis adhaesionem contra Maiestatem nostram incurrerunt, ad collationem nostrae Maiestatis optimo iure devolutas, insuper portiones possessionarias Georgii Seredi emptitias in possessionibus Budameer vocata, ac Felseõ Kemencze et Bolyar vocatis in praedicto Abaujvariensi, nec non Therebeõ, Keõzeg, Lemes, Peklén, Lypolcz, Erdeõchke, Abraan, Segnye, Felseõ Bogdan, Abos vocatis, et praedium Vargon appellatum, pertinentias videlicet praedictae possessionis Budameer in dicto de Saaros Regni nostri Comitatibus existentes, habitas, quas de manibus praefati Georgii Seredÿ aemuli nostri opera dictorum Martini Gechei et Gregorii Lonyai eliberavimus, simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, foenetis, sylvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis, vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis et eorundem locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, sub suis veris metis et antiquis existentes, memoratis Martino Gechei et Gregorio Lonyai, ipsorumque haeredibus et posteritatibus universis tamdiu tenendas, possidendas pariter et habendas, quoad nos eisdem viginti millia florenorum, vel alia bona possessionaria illis aequivalentia dare poterimus, dedimus, donavimus et contulimus, promittentes ipsis, quod eadem bona et possessiones portionesque possessionarias ab illis, dictisque haeredibus et posteritatibus eorundem, illis etiam (Deo iuvante) ab hac luce decedentibus, de manibus uxorum eorundem non auferemus, nisi prius persoluta eisdem praenarrata summa viginti millium florenorum, vel aliis bonis iuribusque possessionariis supradictis bonis aequivalentibus, ut praefertur, datis. Imo conditione sub praemissa damus, donamus et conferimus, promittimusque harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Varadini feria quinta proxima ante festum Sacri Pentecostes. Anno Domini Mille-

simo quingentesimo tricesimo septimo. Regnorum vero nostrorum etc. Anno undecimo.

Joannes Rex, (L. S.)
manu ppria.

Kaprinai: Collectanea Msc. B. t. XXIX. p. 193. és 309. az egyetemi könyvtárban.

Közli: Dr. RAPAICS RAJMOND.

179.

Pozsony, 1537 május 18.

Várdai Pál esztergomi érsek Ferdinánd királyhoz intézett levelében a helytartó által rajta elkövetett sérelem megtorlását kérvén, Brodenics váczi püspök kezdeményezésére a politikai okok egész seregének felhozásával azt ajánlja a királynak, hogy János királylyal a békét kösse meg; ömaga mindenben hű szolgálatát igéri.

Sacratissime Rex, Domine Clementissime. Orationum devotarum et fidelium servitiorum meorum humillimam commendationem. Scripsi ad Maiestatem Vestram Sacratissimam proximis diebus plurimis verbis, tum que de tractatibus pacis ad literas Maiestatis Vestre paulo ante mihi datas respondenda occurrebant, tum vero de rebus meis et iniuria precipue per dominum Locumtenentem mihi absque omni causa Tyrvanie illata. Expecto itaque in dies gratiosam ab Eadem super iis omnibus relationem, et inter cetera, ut velit meam et Ecclesie mee dignitatem ubique integram observari et me ubique tutum ab omnibus in servitiis Maiestatis Vestre morari posse. Ubi vero Eadem redierit, non dubito, quin mihi de ignominia illata rectam iustitiam sit administratura.

Ceterum venit hodie ad me nuntius a Domino Stephano Broderico, episcopo Waciense, per quem me pluribus verbis admonuit, ut cum omni instantia agam apud Maiestatem Vestram: nolit diutius pacis tractatus intermittere, verum tempestive negotium amplectatur, varias optimas rationes adducens homo Maiestatis Vestre studiosissimus, quibus Eadem negotium ad exitum usque debeat perducere. Asserit autem, Principem suum, cum antea fuerit semper, tum vel maxime hoc tempore esse ad omnem honestam pacem condescendere paratissimum, qua de re visum est, Maiestatem Vestram Sacratissimam mox reddere certiorem. Ego certe existimo, si Maiestas Vestra censet, posse ex dignitate sua aliquo pacto pacem componi, cuius antea non parum extitit curiosa, oportere, ut rem

tempestive agat, nec ulterius differat, quam scilicet si concluserit in maximum commodum, imo ipsam rectam huius Regni sui conservationem cessuram non dubito. Coniunctis namque utrinque viribus et regno unito, meo iudicio, Maiestas Vestra Thurcis ubique facile et minoribus longe quam nunc sumptibus poterit resistere. Sed in his Maiestas Vestra satis novit, quid factu optimum sit. Si quid in ea re, uti iste proponit, agi voluerit, non ab re erit meo iudicio, ut Hungarorum quoque consilio utatur, quorum scilicet in se fidem et huiusmodi sufficientiam pluribus argumentis experta est. Nuntiavit preterea idem dominus Brodericus certo, imperatorem Thurcarum ingenti classe Italiam versus solvisse, reliquisse autem cum Mehmethbeg septem alios prefectos, quos ipsi Sangyakos vocant, cum certo numero gentium, quibus tum in Hungariam, ditionem scilicet Maiestatis Vestre tum Sclavoniam erumpat, adversariumque sub hac spe pacis obstitisse hactenus, quominus aliquid hactenus aggressi sint. Quibus rebus quam sit mature obviandum Maiestas Vestra facile intelligit, adversarii ditione presertim huc prope usque iam non mediocriter aucta. Si qua pax tempestive cum adversario concluderetur, posset ille facile Thurcarum impetus aliquandiu retardare, quoad communibus coactis viribus Maiestas Vestra ijsdem advenientibus facile resistere et suam ditionem defendere posset. Sed ut dixi, novit ipsa peroptime, quid sibi agendum sit. Ego ad paucos dies usque ad reditum vel novum mandatum Maiestatis Vestre Strigonium descendam, tum ut necessaria ad aedificanda in arce disponam, tum etiam, ut reliqua in ipsa arce, que scilicet omnia per adventum novorum militum de Augusta subversa sunt, componam, quantum per me fieri poterit, quandoquidem et ipsi capitaneo satis negotii hactenus audio fuisse et esse in illis regendis. Inde arcem meam Dregel invisam, postremo ad Abbatiam Sancti Benedicti de Juxtagron me conferam, eamque, que mihi per dominum episcopum Segniensem, cui illam Maiestas Vestra commendarat, resignata est, ne per inpotentiam suam ad manus hostium deveniret, unde magnum excidium montanis civitatibus et reliquis circumvicinis partibus emanasset, hominibus atque omni commeatuum genere muniam et de ijs omnibus provisam curabo, que ad resistendum hostibus, si qua vis ingrueret, necessaria forent. Abinde, quocunque Maiestas Vestra iusserit, veniam et ut, soleo debeoque, omnibus modis Eiusdem servitijs incumbam. Illud tantum repeto, ut Maiestas Vestra in meis rebus et que presertim spectant ad conservationem dignitatis ecclesie mee, si nondum fecit, gratiosam faciat relationem. Quam Deus Optimus Maximus felicem faustam-

que quam diutissime conservet. Posonij XVIII° die mensis Maij anno Domini MDXXXVIJ°.

Sacratissime Maiestatis Vestre

humilis Servitor Capellanus

Paulus,

Archiepiscopus Strigoniensis manu propria.

Kívül: Sacratissime Regie Maiestati, Domino meo Clementissimo.

Egy ív papir három oldalán, veresviasz zárópecséttel; csak az aláírás az érsek kezétől. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1537. Május. 28.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

180.

Buda, 1537 május 27.

A budai káptalan átírja János királynak 1531 február 5-én kelt levelét, melylyel az ercsi Ágostonrendű remetéket a II. Lajos király 1523 augusztus 15-én nekiek adományozta (lásd fentebb: I. 92—93. ll.) Ercsi pestmegyei falu birtokában megerősíti.

Nos Capitulum ecclesie Budensis memorie commendamus... quod pro parte et in persona religiosorum Fratrum Heremitarum Ordinis Beati Augustini episcopi in claustro beati Nicolai episcopi in insula ipsorum Erchy vocata in Comitatu Pesthiensi existente habito degentium exhibite sunt et presentate quedam litere Serenissimi principis et domini domini Joannis Dei gratia Regis Hungarie... confirmationales in pergameno privilegialiter confecte et emanate, sigilloque suo secreto, quo ut rex Hungarie utitur, impendenti communite, quibus mediantibus serenissimus princeps quondam dominus Ludovicus pie memorie rex Hungarie totalem possessionem dicti ordinis Erchy predicta in dicto comitatu Pesthyensi existentem habitam prescripto claustro sancti Nicolai episcopi in predicta insula Erchy fundato ac conventui dicti Ordinis Sancti Augustini, universisque fratribus eiusdem Ordinis modernis et futuris simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet titulo nove donationis, iureque suo regio, si quod idem quondam dominus Ludovicus rex in eadem possessione Erchy qualitercunque habuisset, dedisse et contulisse dinoscebatur, tenoris infrascripti, petens nos religiosus Frater Elias prior dicte ecclesie beati Nicolai episcopi in insula Erchy vocata nominibus et in personis Fratrum dicti Ordinis in prefato claustro sancti Nicolai nunc degen-

tium debita cum instantia, ut easdem, seriesque et continentias ipsarum de verbo ad verbum sine diminutione et augmento transcribi et transummi ac vera transsumta earundem presentibus literis nostris patentibus inseri facientes, eisdem iurium ipsorum ad cautelam sub pendenti sigillo nostro dare et concedere dignaremur, quarumquidem literarum tenor sequitur et est talis: *(lásd föntebb: II. k. 116. lap).*

Nos itaque visis prescriptis literis confirmationalibus prefati Domini nostri Regis... easdem... transscribi... facientes... pendenti sub sigillo nostro duximus concedendas. Datum in festo Sancte et Individue Trinitatis anno eiusdem Salvatoris millesimo quingentesimo tricesimo septimo.

Hártya, függő pecsétje zsinórostul együtt elveszett. — *Budai országos levéltár: D. L. 23796.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

181.

Nürnberg, 1537 június 1.

Dietrich Vitusz nürnbergi prédikátor Dévay Mátyásnak Faber János bécsi püspök által (1533-ban) történt kihallgattatásáról írott előadását Bácsy Ferencz szepesi prépostnak ajánlja.

Reverendo domino Francisco Batsi, praeposito Scepusiensi ac secretario regio, domino et amico suo salutem. — Cum Mathias Devay, vir eruditione et pietate insignis, hic apud nos aliquot menses substitisset valetudinis causa, quae ex itinere hiberno nonnihil afflicta erat, saepe multa nobis de religione et communibus nostris studiis fuit mentio. Ac summae voluptati mihi fuere ii, quos saepe inter nos committebamus, sermones, quod et conditi erant singulari suavitate, et certas significationes ingenii ac doctrinae prae se ferebant. Incidit autem inter reliqua, mentio captivitatum, quas satis acerbas propter doctrinam evangelii ad triennium fere passus est. Cum igitur Fabri Viennensis meminisset, a quo in carcere examinatus est, non solum, ut oratione referret eam actionem totam, hortatus sum, sed etiam auditam rogabam, ut literis mandaret, ac sane pro ea, quae inter nos fuit, coniunctione facile impetrari id a se est passus, et sua manu signatas quaestiones ac responsa exhibuit. Atque hic cum se mihi egregie satisfecisse crederet, neque ego tum aliud ab eo peterem amplius, et ipse Vitenbergam ad communes nostros praeceptores ac patres se contulisset, ab alio admonitus sum, editurum eum quaedam sua scripta ad fratres, quos in Hun-

garia habet, contra quorundam sycophantarum impias calumnias confirmandos. Gaudebam occasione, ac denuo hominem interpellabam, ut examen illud adderet, quod apud me scriptum reliquerat. Etsi autem causas aliquas afferret, cur nollet publicari, quod neque tum in carcere ad omnia respondisset accurate satis, nec nunc esset potestas adiiciendi, quae vellet, tamen amico pertinacius urgenti gratificatus est, et ζητήματα ista infulati doctoris reliquis libellis curavit addi.

Fuit autem hoc mihi in consilio, quod existimabam varie prodesse ecclesiae Christi, si haec quam a plurimis legerentur. Nam et confirmantur animi, cum ista adversariorum nostrorum insignis stultitia ac inscitia patefit, et quia tantum hoc agunt, ut homines ad nugas suas amplectendas impellant, iniustam et odiosam crudelitatem suam produnt, quam contra ecclesiam Christi exercent. Quis autem non indignetur, hominem nullius criminis reum, sed propter suspicionem haereseos comprehensum, in carcerem et vincula coniici et ab iis, qui ecclesiae doctores vocantur, interrogari, non de articulis fidei, sed de nugis quibusdam: quod non credat septem sacramenta, quod reliquias sanctorum non dicat colendas, quod horas canonicas non legat etc. At sane leve esset non interrogari de gravioribus, sed quod etiam igne et gladio ob has nugas contra ecclesiam saeviunt, hoc vero caput est impietatis. Atque in hoc examine Faber maxime commotus est, cum negaret Matthias transsubstantiationem. Sed quodnam Scripturae, quod patrum et veteris ecclesiae testimonium producunt, ut transsubstantiationem credamus? Paulus retinet appellationem panis etiam post εὐλόγησιν seu consecrationem. Item Christus dicit se posthac non bibiturum de germine vitis, et Patres ipsi retinent appellationem panis et vini, sicut testimonia apud Epiphanium et Basilium graecos theologos, et alios latinos quoque. Et tamen Faber elementis hanc haeresim purgandam dixit.

Sed habetur etiam a nobis magna gratia Fabro et eius similibus, quod in his privatis actionibus nobis pingunt, qualis futura sit toties iactata synodus seu concilium, et quid nobis de eo sit sperandum. Nam frustra eam spem alimus, futurum ut de articulis fidei, de iustificatione, de usu sacramentorum, de sacrificio Christi, et aliis necessariis articulis accurate disputetur. His enim necesse est ruere et subverti omnem adversariorum idololatriam. Igitur aliam methodum insistent, sibi et tyrannidi suae commodam, nempe quod de doctrina et praesenti statu ecclesiae Sancta Romana Ecclesia iam olim pronunciarit: ergo blasphemiam esse, si quis illud Romanae

Ecclesiae iudicium tot conciliis comprobatum in dubium vocet. Igitur si quis non credet purgatorium, indulgentias, septem sacramenta, sacrificium missae pro mortuis et defunctis, ille, etiamsi in omnibus christianae doctrinae praecipuis articulis recte sentiat, tamen tanquam haereticus igne purgabitur. Sicut manifesta nostri saeculi exempla sunt, et sanctissimus vir Johannes Huss ante centum annos eandem crudelitatem expertus est. Non defugiebat supplicium, non petebat dimissionem, hoc petebat, ut audiretur, et ex sacra scriptura et ceteris ecclesiae doctoribus articuli, quos confitebatur suos esse, iudicarentur, sed frustra petebat. Eadem etiam futurae synodi erit plane forma, nisi istis in ecclesia viperis saeviendi potestatem magistratus ademerit.

Quare existimo, hoc Matthiae examen imaginem futurae synodi nobis exhibere, quae tanto saeviet crudelius, quanto istic coniunctis sententiis et viribus erunt validiores. Nunc singuli in suis angulis crudelitatem infinitam exercent, sicut in eo genere Faber carnifex verius, quam doctor aut episcopus diceretur. Nota enim sunt per omnem Germaniam et alias vicinas regiones cruenta eius tum consilia, tum facta contra ecclesiam Christi. Sed suo tempore requiret iustus Judex iustorum sanguinem ex eius et similium manibus, atque utinam id non fiat cum vastitate totius Germaniae. Debent autem iniusta haec crudelitas et acerba supplicia confirmare ecclesiam contra adversarios suos, siquidem ecclesia Christi exemplo patitur, et papatus — synagogae et Judae exemplo — ecclesiam persequitur et crucifigit.

Tenent in suis ecclesiis adversarii nostri magnas dignitates, a principibus adhibentur ad maximarum rerum deliberationes. Habent alia commoda plurima, quibus fere tanto cumulantur magis, quanto minus vel eruditione vel virtute ea merentur. Haec stultum vulgus et miratur valde et studiose ambit. Sed huc mihi oculos atque animum adverte, nullum enim hominum genus plus publice ac privatim nocet, nullae rerumpublicarum et ecclesiae nocentiores pestes sunt. Quare non potest longius ab eis abesse poena, qua quidem nunc gravissima urgentur, si modo eam agnoscant. Quis enim non poenam gravissimam iudicet istam extremam coecitatem, qua propter coniugium, propter utramque speciem sacramenti, propter intermissos recentes et veteri ecclesiae ignotos cultus, homines nullius criminis reos tam crudeliter occidunt. Equidem vix ullum Germania carnificem habet, qui tot occiderit, quot Fabri iniquis iudiciis damnati sunt. Haec Faber in suo foro, ita enim appellare libet, facit. Sed plus periculi est, cum etiam ad principum

consilia tales crudelitatem et ignorantiam, qua extreme laborant, afferunt. Nunc etiam eo loco res est, ut asperioribus remediis etiam in iusta causa nemo sanus uti cupiat. Isti autem eo animo sunt, ut manifestam impietatem crudelitate defendi et verbum Dei extrema saevitia oppugnare velint. Quare ipsi viderint, quem exitum tandem res sit habitura.

Volui autem Francisce, vir Clarissime, hanc Appendicem examinis tibi dedicare, quod recte convenire existimem, cum alteram suorum laborum partem Matthias tibi dedicarit, ut etiam hoc eius scriptum tibi, tanquam fideli eius patrono, defendendum committatur. Vale. — Kalendis Junii anno M. D. XXXVII.

T. Vitus Theodorus

Lampe, Historia ecclesiae reformatae in Hungaria et Transylvania. Trajecti ad Rhenum, 1728. 77—80.

182.

Schweidnitz, 1537 június 10.

Wolfgangus Sustelius levele a bártfai tanácshoz, melyben írja, hogy predikátort jelenleg nem ajánlhat. Rajongó van ugyan elég Schweidnitz körül; de igazi keresztény predikátor felől keveset hall az ember. Mindazáltal elküldi a város levelét dr. Hessnek, hátha ő ajánlhat valakit.

Gnad vnnd fride von got dem Vatter durch Christum ym heylyng geyst. Namhafftige, weyse gonstige, liebe herren vnnd frewnth in christo. Ewr aller wolhaben ist mir ein sunderliche frewde. Gott der himelische vatter schike es noch seinem willen zum gutten ende. Was aber den prediger belangt, kan ich auf diss mall nicht rathenn, dan es sind vmb die Schweidnitz genug schwermer; von rechtenn christlichen predigern horet man wenig. Ob ich gleich einen auff brechte, so kan ich doch nicht wissen, was er ym schilt furte, dan mit kainem kuntschafft hab; doch will ich doctori hess ewren brieff mit meinem schiken, ob er ymant mocht auff bringen zw euch zu zihenn. Da mit seydt got bevolhen sampt den ewren. Geben zwr Schweynitz am sontag vor Viti 1537. Wolffgangus Sustelius ewr williger diener.

Kívül: Denn namhafften, weysen Bürgermayster vnnd herrnn der küniglichen Statt Bartphel seinen günstigen herrenn vnnd frewnthen.

Egy negyedív papiron, zárópecsét nyomaival. — *Bártfa város levéltára.*

Közli: Bunyitay Vincze.

183.

Prága, 1537 június 13.

Morone János bécsi nunczius Ricalcati pápai titkárhoz. Jellemzi Ferdinánd király négy főtanácsosát: Kless bíborost, Roggendorfot, Hofmannt és Felst.

Li quatro principali consiglieri di questo Sermo sono il Rmo Tridentino primo, le qualità del quale sono notissime a Vestra Signoria.

Il secondo è il signore Wiglielmo Roccandof, gentilhuomo d'Austria molto nobile et maestro di casa di Sua Maestà commendatore di... in Spagna, ricco de X millia scudi d'entrata, bono christiano, homo reale et de boni costumi et ben amato da ogn' uno; di età provecta. Questo più volte si è doluto non havere possuto ottenere da Nostro Signore certi iurispatronati in Fiandra a casa sua, ove ha dominio temporale per causa di dote. Et è stato qualche tempo sopra di se; hora è più benigno.

Il terzo è il Signor Joan. Offman novamente fatto barone. Prima era (come dicono) scrivano di mediocre famiglia et di tenue facultà. Questo è stato molto tempo presidente della camera regia; hora non ha più quello officio, ma si trova più de XX millia Ren. d'entrata. Ha circa 45 anni et è di ottimo ingegno, molto astuto sobrio et eloquentissimo nella lingua Germanica. E tenuto publicamente lutherano et fautore de lutherani, et fuori dil Cardinale per la sua prudentia et dexterità può più degl' altri appresso questo Sermo re, anchorchè questo nome di lutherano, essendo sta più volte portato alle orecchie di Sua Maestà con querela de principi et ambasciatori publici et ancora mia (perchè più volte me ne sono doluto liberamente, con'l cardinale di Trento et ne ho alcuna volta fatto cenno a Sua Maestà, advertendola che si guardisse dalli veleni de lutherani et de suoi fautori grati a Sua Maestà), lo ha alquanto allontanato. Penso che'l re lo habbia charo, oltra a che per la sufficientia sua, qual certo intendo essere molta, ancora per chè forse se ne serve et servirà in bene per esser buono mezzo con questi lutherani.

Il quarto è messer Leonardo Velzero, nepote credo ex sorore del Rmo Tridentino, hora capitano generale dell' excrcito qual è in Ongaria contra il Vayvoda, homo nuovo et in poco fatto richissimo, prudente assai et pratico; ma per quanto ho inteso, claudica nella fede et è nemico de preti, et il medesimo cardinale molte

volte mi ha detto, che in effetto sempre tutti proponeno qualche inventione contra il clero et sede apostolica.

Conosco ogni giorno meglio questo Serm. re più fondato nella bontà et spesse volte ragionando con interpositione della fede sua mi ha detto volere vivere et morire nella vera religione et obedientia della sede apostolica, et li segni si veggono assai manifesti.

Közölve *Óváry* Lipót: III. Pál pápa és Farnese Sándor bíbornok diplom. levelezései. Magyar Történelmi Emlékek. Első osztály. XVI. köt. 14—15. ll. — Nuntiaturberichte aus Deutschland. Erste Abtheilung: 1533—1559. II. 182.

184.

Sárvár, 1537 június 15.

Nádasdi kéri a királyt, hogy Kecseti Márton veszprémi püspöknek, ki a király iránti hűségben nagybátyja, Zalaházi Tamás példáját követi, minthogy új gazda létére a nagy veszélyben forgó veszprémi és sümegi várakat meg nem védheti, küldjön segítséget.

Sacra Regia Maiestas, Domine, Domine mihi Clementissime. Post perpetue fidelitatis et servitutis mee in gratiam Vestre Maiestatis humillimam subiectionem. Tametsi condam reverendissimus dominus Agriensis non fuerit mihi amicus, tamen non poteram eum odiisse, presertim ob constantem fidelitatem suam erga Vestram Maiestatem. Eius nepos, reverendissimus dominus Vesprimiensis imitatur in exhibenda fidelitate sua erga Vestram Maiestatem avunculum suum, qui nunc in extremis laborat, et nisi Vestra Maiestas absque mora illi succurrat, amittet et ipsum dominum episcopum et illas arces, quoniam Sua Dominatio uti novus pater familias, et ad cuius manus nudi saltem muri sunt dati, est satis imparatus. Igitur et ego supplico Vestre Maiestati tanquam domino clementissimo, dignetur ex sua regia clementia domino episcopo succurri facere; credo ipsum extrema passurum pro Vestra Maiestate, sed suum periculum amissis arcibus nihil proderit Vestre Maiestati. Poterunt autem vel saltem isti, qui sunt Sabarie, si volent, facile Vesprimium et Symeg liberare. Ignoscat mihi Vestra Maiestas, si sum inportunus. Nam et fidelitas mea Vestre Maiestati debita, et amicitia mea erga dominum episcopum cogunt me Vestre Maiestati suplicare. Deus Altissimus conservet Vestram Maiestatem felicissimam. Ex castro meo Sarvar XV. mensis Junij MDXXXVII.

Eiusdem Vestre S. Maiestatis

Servitor fidelis
Nadasdy etc.

Kívül: Sacre Regie Maiestati, Romanorum, Hungarie Bohemie etc. Domino meo Clementissimo.

Egy félív papir két oldalán, piros záró gyűrűpecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1537. Jún. 35.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

185.

Prága, 1537 június 17.

Ferdinánd király megparancsolja a soproni főispánnak, hogy Pacsa Jánost a soproni jánoslovag-ház birtokában védelmezze.

Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Boemie etc. rex, semper augustus infans Hispaniarum, archidux Austrie etc. fideli nostro magnifico Joanni Weispryacher de Kabold, comiti et capitaneo nostro Sopronienisi salutem et graciam. Quoniam fidelem nostrum venerabilem magistrum Joannem Pacha plebanum et preceptorem domus cruciferorum civitatis nostre Soproniensis cum omnibus bonis et rebus suis ac ad dictum preceptoratum aliaque sua beneficia pertinentibus in nostram regiam recepimus protectionem et tutelam specialem ipsumque in persona nostra tuicioni tue duximus committendum mandantes tibi firmiter, ut ipsum magistrum Joannem in possessione dicti preceptoratus aliisque beneficiis ac bonis et rebus suis omnibus contra quoscumque illegittimos (!) impetitores tueri protegere et manutenere debeas, committentes presentibus literis nostris magistro etiam civium, iudici et civibus dicte civitatis nostre Soproniensis, ne ipsum magistrum Joannem ad instanciam quorumpiam molestari audeant, secus igitur ne feceris, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Prage die dominico proximo post festum beatorum Viti et Modesti martirum, anno domini millesimo quingentesimo tricesimo septimo.

Ferdinandus. *Wylaky.*

Eredetije Sopron város levéltárában. L. L. f. IV. Nr. 320.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

186.

Pozsony, 1537 június 18.

Várdai Pál esztergomi érsek Ferdinánd király azon meghagyására, tudná meg azon feltételeket, melyek alatt ellenségei készek vele békét kötni, azt jelenti, hogy Brodericss Istvánt fejedelmének ez iránti véleménye kifürkészésére, egyszersmind a békekötés minden módon való előmozdítására felszólította, ki eddig csak azt felelte, hogy nehezen megy a dolog, mert János király reményt helyez a török és franczia segítségbe.

Sacratissime Rex, Domine Clementissime. Orationum devotarum et fidelium servitiorum meorum humillimam commendationem. Miseram statim acceptis literis Maiestatis Vestre, quibus me admonebat, ut pacis conditiones, quas adversarii proponerent, perscrutarer, hominem meum fidum et literas ad dominum Stephanum Brodericum, eiusque principis voluntatem in ipso negotio pacis, que esset, indagavi, simulque ut ad illam conficiendam viribus omnibus incumberet admonui. Respondit idem mihi hac se de causa cum domino Oratore Cesareo Cremnitie convenisse, neque quicquam pretermissurum, quod ad rem ad optatum usque exitum perducendam spectaret; dominum tamen Oratorem eiusmodi sibi propositiones fecisse, super que nullam ipse a Principe suo autoritatem respondendi haberet, expectaretque in dies ab ipso suo Principe in illis responsum. Rem quidem factu perdifficilem sibi futuram videri, cum non desint ex multis locis, qui suo Principi persuadeant, posse eum in resistendo conatibus Maiestatis Vestre magnam spem locare in auxilio Thurce et Regis Gallie, quippe qui sibi nunquam defuturi essent. Responso tamen prescripto allato, nuntiavit se apertius omnibus de rebus me certiorem facturum. Quicquid illud erit, mox ego Maiestati Vestre significabo. Me idem Dominus Brodericus pluribus verbis admonet, ut instem apud Maiestatem Vestram, tanquam cui id maxime omnium in Regno curare opus sit, ut ipse ait, ut illa tandem velit confici pacem et simultates omnes, tumultusque, ex quibus Regnum iam ferme devastatum est, tollantur penitus. Ego vero, etsi id quidem maxime omnium cupio, sentio tamen in ea re, quod semper sensi, presertim, cum Maiestas Vestra ex sua prudentia satis sciat quid factu optimum sit: re vere perspicatius non intellecta quid possim consulere, non video. Cetera cum intellexero Maiestati Vestre diligenter expla-

nabo, quam Deus Optimus Maximus felicem conservet quam diutissime. Posonij XVIII die Junij 1537.

Sacratissime Maiestatis Vestre

fidelis Servitor et Capellanus

Paulus,

archiepiscopus Strigoniensis manu propria.

Kívül: Sacratissime Regie Maiestati, Domino meo Clementissimo.

Egy ív papir első oldalán, piros zárópecséttel; csak az aláírás a prímásé. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1537. Jun. 43.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

187.

Beszterczebánya, 1537 június 21.

«Niclas Schworedt vlesther geschworener» írja Salay István selmeczbányai bírónak, hogy beszélt «mein Bruder, Herr Hansenn Schworetz itz pharrer des Hernn Fukher in Alttenn Gepirig»-gel, hogy «di pharr in denn Hodritzsch auff zu nembenn und mit dem Worttenn Gottes daselbstt die armen czu schweyszen» — de azt mondotta, hogy előbb írjon a selmeczbányai tanács a Fuggereknek és kérje el őt azoktól s akkor elfogadja.

Senatus Schemniciensis pro praedicatore Hodrusiensi Johannem Schworetz, plebanum Veterum Montium (Óhegy, Altgebirg) evocavit, hic tamen prius postulat ut senatus indultum a familia Fugger ei procuret, quia nunc in eius possessione servit.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

188.

Eger, 1537 június 27.

Frangepán Ferencz sürgeti Várday Mihályt, hogy a tizedek haszonbérét küldje meg.

Egregie Domine, Amice dilecte, salutem et commendationem.

Credimus, non excidisse memoria Dominationis Vestre, quid nobis de restitutione pretii decimarum nostrarum vobis arendatarum polliciti fueratis. Jam preteriit prefinitus dies, festum videlicet Ascensionis Domini, preteriit et festum Corporis Christi, pretereunt paulatim et reliqua festa; nos tamen hucusque de illa solutione nihil habuimus.

Certe ausi fuissemus etiam maiora verbis vestris committere,

sed videmus iam eo ventum esse, ut nonnisi ea, que pre manibus in tuto habemus, credamus.

Itaque habete aliquam rationem restituendi illorum.

Bene valete.

Ex castro nostro Agriensi, in festo Sancti Regis Ladislai 1537.

Franciscus de Frangepanibus,
Archiepiscopus Colocensis et Electus
Agriensis etc. manu propria.

Kívül: Egregio Domino Michaeli Warday Amico dilecto.

Eredetije a kismartoni főlevéltárban. Fasc. C. Nr. 178. Rep. 26.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

189.

Krakkó, 1537 június 28.

Zsigmond lengyel király meghagyja a tizenhárom szepességi város plebánosainak, hogy ezentúl se Ferdinánd, se János királynak semmiféle adót ne fizessenek, mert ez a vallás kárával jár s őt abba a gyanúba hozhatná, mintha nem tartaná meg pártatlanságát.

Sigismundus Dei gratia rex Poloniae etc. etc. universis plebanis et ecclesiarum rectoribus in tredecim civitatibus et districtu Lubloviensi in comitatu Scepusiensi commorantibus, praesentibus requirendis devotis fidelibusque dilectis, gratiam nostram. Devoti fidelesque dilecti. Intelleximus, quod vos ad requisitionem militum tam ex parte serenissimi domini regis Ferdinandi, quam etiam militum partium serenissimi regis Joannis cogimini quasdam contributiones et taxas contribuere. Sed neque hoc contenti, intelleximus etiam a vobis exigi mediam decimarum partem; quae res si ita succederet, starent ecclesiae desolatae et cultus divinus ac cura animarum negligerentur ac praeterea nasceretur suspicio, et quidem nobis periculosa, quasi non essemus neutrales, sed magis alteri parti faventes. Volentes autem nos causam suspicionis huiusmodi submovere et cultum divinum in tenore eiusdem conservare, vobis strictissime praecipimus et mandamus, quatenus deinceps nullas contributiones seu taxationes militibus, seu subditis tam serenissimi domini regis Ferdinandi, quam etiam serenissimi domini regis Joannis, ac neque praeposito vestro, nisi ad id, ad quod de iure estis obligati, et non amplius, dare et contribuere praesumatis sub gravi indignatione nostra et sub poena dupli huius, quod cuipiam,

quibus nihil debetis, contribueritis. Quam poenam per officiales nostros a vobis irremissibiliter, si secus feceritis, exigendam iussimus. Datum Cracoviae 28. Junii, anno 1537. regni autem nostri anno 31.

Ex commissione suae R. M. propria.

Wagner, Analecta Scepus. II. 223. *Katona*, XX. 1025.

190.

Léka, 1537 június 29.

Hirnik Lőrincz várnagy értesíti Nádasdy Tamást Jakab építőmester haláláról. Az elhunyt mint jó keresztény meggyónt és végrendeletében gyóntatójáról is megemlékezett.

Magnifice domine... Magister Jacobus ista nocte ante adventum barbiriorum, quos M(agnificentia) V(estra) misit, mortuus est, sicuti bonus et verus christianus confessus et contritus, fecitque testamentum. Commisit, ut uxor sua solvat omnibus creditoribus suis usque ad quadrantem. Reliquit mediam partem bonorum suorum (!) aliam vero partem filio ac filie sue. Equum, quem hic habuit et subam legavit uxori, quem ego ad M. V. remitto. Alias vero res, quas hic apud se habuit, videlicet penulam, sablam confessori suo. Supiczam, camisias portario, qui iuvavit sibi in necessitate sua, legavit. Certe ego mortem genitoris mei non tam dolui, sicuti mortem istius.

Datum Leuka in die s. Petri et Pauli 1537.

Servitor *Hirnyk.*

Kívül: Magnifico domino Thome de Nadasd...

Sarwar.

Eredetije papiron, gyűrűpecséttel a Nádasdy-levelek H. csomójában.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

191.

Prága, 1537 július 3.

János, modenai püspök Ferdinánd német, magyar és cseh országaiban az annaták beszedésére kiküldött pápai biztos, a pápától nyert felhatalmazását a trienti püspöki megye és város területén a trienti egyház dékánjára ruházza át.

Joannes, Dei et Apostolice Sedis gratia Episcopus Mutinensis etc. et in hac parte super quorumcunque monasteriorum prio-

ratuum et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, civitatum et locorum Serenissimo Romanorum, Ungarie et Bohemie Regi subiectorum annatis exigendis comissarius generalis dilecto nobis in Christo domino decano Ecclesie Tridentine salutem etc. Volens Sanctissimus Dominus Noster Paulus, divina providentia Papa III, indemnitati ac necessitatibus Camere Apostolice et juribus illi subjectis providere, nos ad quorumcunque monasteriorum, prioratuum et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum civitatum et locorum serenissimo Romanorum, Ungarie et Bohemie Regi subiectorum annatas exigendas Commissarium Generalem per literas Apostolicas in forma brevis nobis dudum transmissas, quarum tenor talis est videlicet: *Venerabilis Frater,* etcetera. specialiter deputavit. Nos autem cupientes, quantum cum Deo possumus, predicti Sanctissimi Domini Nostri mandata adimplere et eisdem, prout tenemur, satisfacere, et non valentes in partibus istis personaliter interesse, de fide integritate et diligentia tua confisi, te annatarum predictarum collectorem et exactorem in tota civitate et diocesi Tridentina auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte, tenore presentium deputamus et tibi omnes et singulas annatas quorumcunque monasteriorum, prioratuum et alioruum beneficiorum ecclesiasticorum totius dicte civitatis et diocesis Tridentine, quavis ratione vel causa etiam unionum perpetuarum aut alias quomodolibet debitas nomine predicte Camere Apostolice petendi, exigendi et recuperandi et de exactis quietandi, illarumque debitores, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis existant, ad illarum solutionem tibi faciendam sub censuris ecclesiasticis et etiam pecuniariis, privationibusque beneficiorum huiusmodi prout tibi videbitur penis etiam ipso facto incurrendis monendi et requirendi ac eos, quos censuras et penas huiusmodi tibi incurrisse constiterit, penas et censuras predictas incurrisse et incidisse declarandi, ac legitimis super his habendis servatis processibus censuras et penas huiusmodi et iteratis vicibus aggravandi, et si opus fuerit contra eos auxilium brachii secularis implorandi, ceteraque in premissis quomodolibet necessaria et oportuna faciendi plenam et liberam auctoritate et tenore predictis concedimus facultatem. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscunque, seu si aliquibus communiter vel divisim ab eadem Apostolica Sede sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possit per literas Apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Prage die tertia mensis Julij 1537,

Pontificatus Sanctissimi Domini Nostri Pauli divina providentia pape tertij anno tertio.

Egykorú, egyszerű másolat egy félív papir két oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1537. Júl. 19.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

192.

Pozsony, 1537 július 6.

Várdai Pál esztergomi érsek Ferdinánd király leveléből megértvén, hogy a király neheztel rá, amiért Brodericsnak megküldte a király levelét, — magát igazolja és urát újból felkéri, hogy a békét kösse meg; jelenti egyszersmind, mily hadi intézkedésekkel foglalkozik.

Sacratissime Rex, Domine Clementissime etc. Orationum devotarum et fidelium servitiorum meorum humillimam commendationem. Ex literis Maiestatis Vestre Sacratissime XXVI Junij datis intellexi, moleste Eandem tulisse, quod pro scrutandis conditionibus pacis ab adversarijs meum hominem et literas una cum exemplo literarum Maiestatis Vestre, quibus, ut hoc conquirerem, mihi committebat, ad dominum Stephanum Brodericum proximis diebus miserim, que res mihi non parum admirationis et cure affert profecto. Nam cum ego fideliter et sincere et quo potui cautius ad hoc me negotium ingesserim, semperque curarim, ita res Maiestatis Vestre tractare, ut nihil ipsa damni, nihil incomodi aut molestie, sed omnia e contra potius sentiret, non possum non dolere, aliquid accidisse, quod Eadem minime probet. Sacratissime Rex, dominus Brodericus in mense Aprili iam preterito non est gravatus venire Strigonium personaliter usque ad hortum ferarum et me coram diligenter admonere, ut ego tanquam Archiepiscopus Strigoniensis et Primas Hungarie ante alios dominos consiliarios non cessarem supplicare Maiestati Vestre, quatinus Eadem ad honestas et tollerabiles pacis conditiones cum Principe suo pro bono regni et totius Christianitatis condescenderet, ne per tot dissidia regnum penitus pessumdaretur, ostendens certas quoque literas tum Sacratissime Cesaree Maiestatis, tum vero domini sui, quibus idem pro conficienda pace inter Maiestatem Vestram et suum dominum admonebatur, affirmans, Maiestatem quoque Cesaream eius esse animi, ut pax ipsa pro bono Christianitatis iamtandem concludatur. Postquam autem Strigonio solvi et iuxta mandatum Maiestatis Vestre huc Posonium me contulissem, et idem dominus Brodericus certis literis et nuntio non cessasset me pro negotio pacis

sollicitare, victus precibus ipsius literas meas pro ea re ad Maiestatem Vestram Sacratissimam dedi. Quam primum autem ab Eadem superinde relationem per literas accepissem, cum eedem litere nihil aliud continuerint, quam ut Maiestas Vestra ad honestas pacis conditiones accedere semper fuisset parata, et si Eadem pronunc armis et viribus pro recuperando Regno bene esset instructa, nihilominus bonam pacem et regno Christianitatique utilem acceptare minime renueret: visum est mihi, non ab re fore, si exemplum literarum literis meis manu mea scriptis inclusum eidem ostenderem, nec id alia de causa feci, quam ut medio ipsius domini Broderici mentem ipsius adversarii clarius intelligerem, cum presertim ille tum Cesaree tum Vestre Maiestati addictissimum capellanum et pacis studiosissimum se semper ostenderit. Si tamen preter opinionem meam in aliquo errassem, quod profecto non video, supplex a Maiestate Vestra veniam peto. Misi autem literas ipsius Domini Broderici manu sua scriptas, quas ad me in hoc negotio postremo dedit presentibus annexas, quas Maiestas Vestra perlegere dissipareque velit. Alia referet de quibusdam negotiis publicis et privatis nomine nostro hic dominus Albertus prepositus, cui Maiestas Vestra tanquam mihi fidem dignetur adhibere, quam Deus Optimus Maximus felicem faustamque conservet quam diutissime. Posonij die sexta mensis Julij anno 1537.

Eiusdem Sacratissime Maiestatis Vestre

humillimus Servitor et fidelis Capellanus
Paulus,
Archiepiscopus Ecclesie Strigoniensis
manu propria.

Kívül: Sacratissime Regie Maiestati Domino meo Clementissimo ad manus proprias.

Egy ív papir két oldalán, piros zárópecsét nyomaival, az egész a prímás kezeírása. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1337. Júl. 24.*

Közli: Bunyitay Vincze.

193.

Tasnád, 1537 július 16.

Losonczi Mátyás, az erdélyi püspök tasnádi vikáriusa szükség esetén egyházi tilalom büntetése alatt parancsolja Nyir-Mada, Várasdobos és még három község lakosainak, hogy a tizedet Várday Mihálynak fizessék.

Matthias de Lossoncz, lector Budensis, archidiaconus de Wgocha, canonicusque ecclesie Albensis Transsilvaniensis, nec non vicarius

Thasnádiensis in spiritualibus et causarum auditor generalis etc., honorabilibus et discretis dominis universis et singulis ecclesiarum parrochialium (!) plebanis, in et sub jurisdictione nostra ubivis constitutis et existentibus, salutem in Domino sempiternam.

Noveritis, quod reverendissimus dominus Joannes Statilius, episcopus Transsilvanensis, et consiliarius Regie Maiestatis etc., dominus noster gratiosissimus, universas decimas episcopales, frugum scilicet et vinorum, in possessionibus Mada, Warasdobos, Kápolnás, Mayad, et Pethniháza (!) hoc anno provenientes, egregio domino Michaeli de Warda dedit per se, et arendavit. Vestre igitur, et cuiuslibet vestrum devotioni harum serie in virtute sancte obedientie, et sub excommunicationis pena mandamus, quatenus statim, visis presentibuss, accedatis, quo propterea necesse fuerit accedendi, ibique universos utriusque sexus homines, qui huiusmodi decimis frugum scilicet et vinorum, aliarumque rerum decimari solitarum tenentur et obligantur, auctoritate nostra diligenter moneatis et requiratis; quos et nos tenore presentium sic monemus, ut ipsi infra spatium trium dierum a die huiusmodi vestri monitionis de ipsis fiende computando, de dictis decimis hominibus prefati egregii domini Michaelis Wardaÿ ad id destinatis atque deputatis satisfaciant effective. Qui si id fecerint, bene quidem. Alioquin, elapso dicto trium dierum spatio, universis hominibus utriusque sexus firmissimum ecclesiasticum imponatis et observetis interdictum, tamdiu donec prefatas decimas solverint effective, aut a nobis vel a superiore nostro aliud habueritis in mandatis. Et tandem executionem vestram nobis suo modo conscientiose rescribatis, presentibus in specie remissis.

Datum Thasnadini feria secunda post festum beate Margarete Virginis. Anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo septimo.

(L. S.)

Kívül: E. Domini Michaelis Wardaÿ etc. Cumulatorie.

Eredetije a kismartoni fölevéltárban. Fasc. C. Nr. 177. Repos. 26.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

194.

Boroszló, 1537 augusztus 2.

«Simon Rosenberg, Hyppolitus genandt, prediger czum Newen margte yn der Slesyen» hitehagyott szerzetes írja a selmeczbányai tanácsnak, hogy meghívásukat a hitszónoki állásra nem fogadhatja el.

Simon Rosenberg, Hyppolitus vocitatus, praedicator Neumarkiensis (in Silesia) apostata monachus scribit senatui Schemniciensi, se vocationem pro praedicatore suo admittere non posse.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

195.

Sopron, 1537 augusztus 3.

A soproni ferenczrendű szerzetesek fölhatalmazzák a soproni tanácsot, hogy ingatlanaikat adják el és azok árából templomukat mielőbb kijavítsák.

Nos frater Blasius Custos custodie Jauriensis ac frater Stephanus Guardianus conventus Soproniensis fratrum aliorumque eodem in conventu existentium unanimi ex consensu spontaneaque voluntate ob disturbium instans huius regni, quedam bona nostra, puta vineas, terras arabiles tam cultas, quam incultas locaque molendinaria quandamque silvam castaneas proferentem in dominorum magistri civium Andree Paltran ac iudicis Joannis Rayss universisque consularibus (!) huius civitatis Soproniensis in potestatem specialem et facultatem venui exponendi, vendendi, pretiumque ob congruum alienandi et transferendi, quadam vinea hortuque quodam hic ibidem in promontorio et terris Sopronienslbus habitis et existentibus [1] tali sub conditione... damus... ut ex bonarum (!) nostrarum (!) ipsis assignatarum (!) pretiis defectum huius ecclesie eamque (!) pertinentem (!) iuxta posse quanto ocyus, aptius, commodius restaurare et renovare velint, ut proprie salutis affectores et procurent sine aliquo procrastinatione... Datum in die inventionis sancti Stephani prothomartyris anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo septimo.

Erdetije Sopron város levéltárában. Lad. 1. et A. f. 1. Nr. 11.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

196.

Nagyvárad, 1537 augusztus 9.

János király Nagykőrösi Ferencznek a szepesi egyház olvasókanonokságát és a szepesi templom oldalához épített Zapolyay-kápolnának igazgatóságát adományozza és az ezekkel járó jövedelmeket neki átadatni rendeli.

Nos Joannes Dei gratia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. memorie commendamus tenore presentium significantes, quibus expedit universis, quod nos inducti meritis ac virtutibus ac literalis scientie sufficienti peritia, ceterisque animi dotibus fidelis nostri,

[1] Aliqua vox fors «exceptis» excidit.

venerabilis Francisci de Naghkewrews, quibus ipse apud Maiestatem nostram fidedigno testimonio meruit commendari, eundem igitur, tamquam personam idoneam, benemeritam, ad lectoratum, Canonicatum ecclesie Scepusiensis, necnon rectoratum capelle nostre ad latus eiusdem ecclesie Scepusiensis constructe, simulcum possessionibus Kolbaak in Scepusiensi, Somoghy in Abawywariensi, Kisffalwa et Zegy in Semliniensi (!) comitatibus existentibus et habitis, aliisque bonis temporalibus ad eosdem lectoratum, canonicatum et capellam pertinentibus auctoritate iurispatronatus nostri regalis, quod generaliter in omnibus ecclesiis Regni nostri more precedentium nostrorum divorum Hungarie Regum habere dinoscimur, duximus eligendum, nominandum et presentandum, eosdemque lectoratum, canonicatum ac rectoratum capelle eidem dandum et conferendum, imo eligimus, nominamus et presentamus ac damus et conferimus harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, Quocirca vobis fidelibus nostris, reverendo Praeposito dicte ecclesie Scepusiensis pro tempore constituto, necnon honorabilibus Vicario, Custodi, Cantori ac toti Capitulo eiusdem ecclesie harum serie committimus et mandamus, quatinus vos Vicarie prefatum Franciscum Naghkewrewssy in dictos lectoratum, canonicatum ac rectoratum capelle canonice instituere, in eisdemque ipsum confirmare, committentes nichilominus prefato Capitulo, quibus et nos serie presentium strictius committimus et mandamus, ut prefatum Franciscum Naghkewrewssy, aut eius nomine procuratorem suum in et ad realem pacificamque possessionem eorundem lectoratus, canonicatus et rectoratus capelle, aliorumque bonorum temporalium eorundem admittere et acceptare, stallumque sibi in choro ac vocem et locum in Capitulo iuxta sue dignitatis exigentiam, cum omni plenitudine iuris canonici assignare, de universis etiam proventibus et emolumentis ac obventionibus dictorum lectoratus, canonicatus ac rectoratus capelle eidem Francisco Naghkewrewssy aut eius nomine procuratori suo legitimo ac nemini alteri respondere, et per hos, quorum interest vel intererit responderi facere modis omnibus debeatis et teneamini locis debitis et temporibus semper opportunis. Secus non facturi. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Waradini in vigilia festi beati Laurentii martyris, anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo septimo. Johannes Rex manu propria.

Péter prépost s a jászai konvent «feria quarta proxima ante festum Sancti Petri ad vincula» 1538-ban kelt, hitelesített átiratából. — ***Jászai országos levéltár: N. I. 8.***

Közli: Bunyitay Vincze.

197.

Pozsony, 1537 augusztus 27.

Mihály, pannonhegyi apát jelentvén Ferdinánd királynak, hogy Török Bálint az apátság minden birtokait erőszakosan — a monostor és a vár kivételével — elfoglalta, kéri, hogy nyomoruságos állapotán, melyben valamint a vár védelmére felfogadott embereket, úgy a rend tagjait tovább élelmezni képtelen, segíteni kegyeskedjék.

Sacratissima Regia Maiestas, Domine, Domine Clementissime. Servitutis mee humilem commendationem. Quo in periculo et statu sit arx divi Martini Montis Pannonie ob insultum et depopulationes adversariorum posita, Maiestatem Vestram Serenissimam latere non existimo, quum et Maiestati Vestre Serenissime antea pluries et dominis Regentibus tum Hungarie, tum Austrie exposui. Valentinus Therek bona iam omnia et possessiones Abbatie mee tenet occupata, ipse proventus earum accipit et partem maiorem et potiorem earum etiam iam rapuit, ut mihi sit nihil iam relictum et monasterio meo preter murum et arcem. Conatur nunc vindemiam et eam quidem parvam, que illis in promontoriis est propinqua relicta, colligere. Quod si fiet, nescio quo pacto arcem ipsam, taceo de me et de ordine meo, quum et antea non pluribus abundo victualibus, contra potentiam illius potero retinere. Supplico Maiestati Vestre Serenissime, ut Domino Clementissimo, dignetur providere, et quidem mature, huic arci et mee etiam inopie, ne per victualium inopiam, et non solutionem eorum hominum, quos alo nunc pro defensione in illa, quoquo modo alienetur et deveniat ad manus adversariorum. Nam eo est in loco arx ea, si amittetur, ditionem Maiestatis Vestre Serenissime, partemque maximam et meliorem trahet secum. Multa etiam inde incommoda et mala in dies Maiestati Vestre et suis subditis sunt casura. Quare Maiestas Vestra, si est quid factura pro defensione eiusdem arcis, faciat cito. Nam timeo, ne periculum sit in mora: hostis est pre ferobus (!) et potens et nemo illi obstat, omnia agit ad libitum. Quo si redditibus sum iam totaliter destitutus, nollem, quod de arce ageretur. Maiestatem Vestram Serenissimam valere feliciter per secula multa cupio pro salute et misere patrie nostre eliberatione, in cuius gratiam me, arcem et ordinem hunc meum humiliter commendo. Ex Posonio feria secunda proxima post festum beati Bartholomei Apostoli, anno Domini 1537.

Eiusdem Sacratissime Maiestatis Vestre

Fidelis et Devotus Servitor et Capellanus
Michael,
Abbas Sancti Martini Montis Pannonie.

Kívül: Sacratissime Regie Maiestati Domino meo Clementissimo.

Egy ív papir első két oldalán, piros, de már ellapult zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1537. Aug. 68.* Közli: BUNYITAY VINCZE.

198.

Pozsony, 1537 augusztus 31.

Várday Pál esztergomi érsek és Gerendy Miklós választott erdélyi püspök kérik a soproni tanácsot, hogy a három királyok oltárának igazgatóságát Csepreghy Balázsnak ajándékozzák.

Prudentes... domini... Intelleximus in ecclesia ista vestra Sproniensi vacasse per mortem honorabilis domini Georgii rectoratum altaris Trium Regum, et cum ex commendatione certorum amicorum hominem ad divina officia et ecclesiastica beneficia sufficientem ac idoneum agnoscamus, hunc honorabilem Blasium presbyterum, capellanum et procuratorem rerum reverendi domini Alberti, prepositi Quinqueecclesiensis, consiliarii, secretarii et prefecti camere regie Maiestatis, rogamus et hortamur fraterne dominationes vestras, velint ipsi rectoratum hunc altaris conferre... Datum Posonÿ ultima die Augusti Anno Domini 1537.

Paulus,
archiepiscopus Strigoniensis manu propria.
Nicolaus de Gherend,
electus E. Transylvanus Th. et consiliarius mp.

Kívül: Prudentibus... magistro civium, iudici et iuratis civibus civitatis Sproniensis. — *Más, egykorú kéztől:* Commendatitie Blasii de Czepregkh ratione altaris vacantis presentate et perlecte in senatu 3. die Septempris ao. 37.

Eredetije Sopron város levéltárában. Lad. L. f. 1. Nr. 4.
Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

199.

Körmöczbánya, 1537 szeptember 4.

Másodlata azon szövetkezésről szóló és a szövetkezési föltételeket magában foglaló okiratnak, melyet Várdai Pál esztergomi érsek, Bethlenfalvi Thurzó Elek országbíró s királyi helytartó és társaik János lundii herczegérsek tanácsára a zavarok időtartamára egymás közt a Ferdinánd király általi megerősítés reményében kötöttek.

In nomine individue Trinitatis, Patris et Filij et Spiritus Sancti. Amen. Nos Paulus de Warda, archiepiscopus Strigoniensis, Legatus,

natus, Primas Regni etc. quantum ad bona nostra districtus Sancte Crucis et monasterij sancti Benedicti de Juxta Gran attinet; comes Alexius Turzo de Bethlenfalwa, Judex Curie et Locumtenens Regie Maiestatis etc. quantum ad dominium ac pertinentias arcis nostre Baymocz pertinet; Gabriel de Lewa, Comes Comitatus Barsiensis, Franciscus et Stephanus Reway, comites comitatus Turocziensis, Nicolaus Koska de Sedlecz et in Lethava, Johannes de Dubowecz, comes comitatus Arwa, Nicolaus Doczy de Nagh Lucze et in Rewisstce, Johannes Lypczey de Naghlucze et in Ssassky, Christoforus de Turri, Matheus de Gyn, capitanei castrorum Reginalis Maiestatis, Johannes Dubrawiczky, vicecomes camere Crempniciensis, universitas Nobilium comitatus Zoliensis, Georgius Mercz, Factor Dominorum Fuckarorum in Novo Solio constitutus, necnon septem Civitates montanorum pro nobis, fratribus, consanguineis, inhabitatoribus, subditisque nostris omnibus et universis fatemur coram quibus expedit universis, quod nos de voluntate et consilio reverendissimi Principis et Domini Johannis archiepiscopi Lundensis, Sacratissime Romane Cesaree Maiestatis consiliarii et Oratoris, domini nostri gratiosi etc. pro commodo serenissimi principis et domini domini Ferdinandi Romanorum Hungarie, Bohemie etc. Regis, Domini nostri clementissimi etc. ac totius dicti regni Hungarie, necnon propter conservandam communem tranquillitatem et quietem, ac propter defensionem proprie salutis, rerum et bonorum nostrorum adversus violentos grassatores et invasores matura et unanimi prehabita deliberatione, rationabilibusque causis inducti ac necessitate compulsi inivimus Deo auspice unanimiter concordiam et confederationem, prestitis prius invicem legitimis iuramentis sub fide, honore et humanitate nostra, vinculo et ligamine quanto firmiori et efficatiori potuimus et debuimus nos obstringentes, dolis et fraudibus penitus semotis, firmiter et inviolabiliter observandam, cuius quidem confederationis tenor talis est.

Primo. Quod nullus confederatorum alicui nos ledendi ansam prebeat, neminem depredetur vel damnificet, nullius arcem, fortalitium, possessiones, bonaque obsideat, nisi unanimi consilio prehabito, necessitateque urgente pro conservatione vite et bonorum nostrorum contra hostes insurgere cogeremur.

Si absque voluntate et scitu nostro aliquis confederatorum proprio motu ante et post hanc nostram confederationem in lites vel contentiones aut ad arma devenisset, tunc nos confederati non tenemur nos huiusmodi litibus immiscere.

Si quis confederatorum alicui confederato iniuriam seu

violentiam inferret, tenentur confederati imprimis eam discordiam amicabiliter componere; que res si non successerit, officium Capitanei Generalis confederatorum, cuius electionem sacre Romane Regie Maiestati commendamus et remittimus, erit, ut huiusmodi violentum confederatum de restitutione damnorum et iniuriarum requirat. Qui si ad requisitionem dicti Capitanei obedire nollet, tunc tenemur contra talem publice quietis turbatorem insurgere. Et si talis iustam causam se habere assereret, eam coram iudicibus ordinarijs Regie Maiestatis iure et non potentia prosequatur, et ita christiane fratri suo reconcilietur.

Volumus preterea, ut quilibet confederatorum iuxta limitationem communem populum suum paratum et conscriptum habeat, numerumque illius domino Capitaneo significet semperque absque omni mora et absque ulla exquisita excusatione in omnem eventum ad comissionem domini Capitanei illum expediat et oppressos ab hostibus liberet et defendat. Necesse tamen erit, ut quilibet nocte dieque certos habeat exploratores, ut ea, que intellexerit certa, festinantissime Domino Capitaneo denuntiet, ne incerto rumore moti inanes fatigas et expensas faciamus.

Ordinamus etiam, ut contributio pecuniarum iuxta limitationem persolvendarum singulis mensibus hic Cremnicie receptoribus ad hoc subordinatis presententur et conferantur. Similiter, quod singulis mensibus solutio et censura militum, equitum videlicet et peditum, dicta in Cremnicia fieri debet, id tamen hostibus et periculis, quantum ad censuram et solutionem militum attinet, patientibus.

Ordinamus etiam, ut quilibet confederatorum suis gentibus semper bonum, fidelem, expertum et idoneum, iuratumque istis temporibus Capitaneum addat, qui in omnibus domino Capitaneo Generali tanquam Consiliarij in rebus agendis affuturi sunt.

Quod si grassatores contra nos insurgere nosque damnificare vellent, extunc nullus confederatorum homines dictorum grassatorum hostiumque in suis territorijs negotiari et hinc inde deambulare permittat, quod tamen pro conditione temporum ad discretionem et deliberationem Capitanei remittimus.

Si quis ex parte adversa ad hanc nostram confederationem accedere et se nobis coniungere vellet, exquo hoc absque speciali annuentia Regie Maiestatis, Domini nostri clementissimi, fieri non potest, debemus et tenebimur omnes confederati unanimi labore et communibus expensis pro tali resipiscente et in gratiam Regie Maiestatis redire volenti apud eius Maiestatem intercedere, quod

in gratiam recipiatur, et tandem receptus in gratiam in hanc nostram acceptetur societatem.

Quod si quis hostium quoscunque confederatorum in rebus personis vel iuribus suis contra phas et ius et omnem equitatem damnificaret, invaderet atque lederet, extunc tenemur et sumus obligati omnes sub premisso vinculo fidei sine mora atque ulla exceptione, dolo et fraude, et quilibet iuxta limitationem communem non parcendo proprijs rebus, bonis et personis capitibusque suis, afflictis et lesis socijs confederatis fideliter subvcnire et adversus tales hostes proprijs suis laboribus et expensis secundum moderationem Capitanei Generalis in hac liga a Regia Maiestate deputati defendere et illatam iniuriam propulsare. Et hoc dumtaxat intelligendum est in bonis, dominijs et comitatibus super hijs literis specificatorum et nominatim expressorum confederatorum.

Si cui confederatorum ab hostibus aliqua iniuria inferretur, quam tam subito domino Capitaneo significare non possit, liberum illi et concessum sit, ut se suosque suo in dominio defendat. Verum vindictam aliorum in territorijs absque voluntate domini Capitanei et omnium nostrum non sumat.

Et si aliquis ex hostium numero notabilis aut notabilis miles aut econverso insignis damnificator et malefactor caperecur, is absque omnium confederatorum scitu et voluntate libere dimitti non debet.

Si vero aliqui[e] Confederatis a nobis ad hostes et pacis turbatores deficerent vel honoris et iuramenti eorum obliti hanc tam utilem et nemini preiudicantem confederationem quovis pacto violare pretenderent, tenemur confederati omnes contra tales tanquam hostes insurgere eosque extirpare.

Volumus etiam, ut confederati alter alterum in suis iuribus conservet et amicitia, honore et omni benevolentia prosequatur.

Volumus etiam, ut archana nostra, que inter nos sunt, nulli revelentur, si autem aliquis inter confederatos secretorum revelator esse reperiretur, ille omnium confederatorum consensu iuxta suum demeritum puniatur.

Ordinamus etiam, ut nullus, qui de vetere consuetudine in Comitatibus contribuere solitus est et tenetur, in contributione subsidiorum et in insurrectione, que ad primam et secundam convocationem fieri debet, in prescriptis Comitatibus sit exemptus, sed hoc, quod tenetur, conferat, salvis tamen antiquis et approbatis iuribus ac consuetudinibus civitatum montanarum.

Relinquimus etiam Dominis et vicinis nostris hic non expres-

sis liberum hanc nostram confederationem paci communi utilem honeste, firmiter, sincere et fideliter ingrediendi locum.

Tandem, quod ista confederatio duret et valida sit istis disturbijs bellorum. Si autem disturbia temporum finirentur aliaque Regni facies se ostenderet, liberum erit confederatis hanc pro necessitate factam confederationem in omnem eventum unanimiter et pari de consilio amiceque dissolvere aut limitationem aliam minusque onerosam erigere, ut tamen hec semper sacre Rom. Regie Maiestati significarentur, suamque Maiestatem tamquam supremum huius confederationis caput hac de re requirant.

Quod si aliquis confederatorum ob inopiam suam contributionis et insurrectionis onus sufferre et ob nimis diu durantia bella non possit, tunc per nos omnes confederatores negotium revidendum et rei veritate comperta, limitatio bona, iusta, fraterna et onerato confederato ferenda facienda erit, et ob huiusmodi inopiam frater noster confederatus, etiam si in communi nihil conferre posset, re ipsa bene comperta, in aliquo periculo contra hostes non est deserendus.

Petimus etiam, quod sacra Ro. Regia Maiestas, dominus noster clementissimus, hanc nostram Confederationem clementer confirmet et expresse iubeat confederatis omnibus, ut iuxta tenorem huius confederationis contra inobedientes ex suo Regio mandato procedant et exequantur.

Ceterum non dubitamus, quin Regia Maiestas, Dominus noster clementissimus, pro sua innata benignitate, qua fidelium subditorum suorum salutem et conservationem prosequi solet, ad humilem supplicationem nostram communem, quam prefatus dominus noster reverendus, Orator Cesareus, eius Maiestati referet, in serie huiusmodi confirmationis sue auxilium et subsidium necessarium polliceri gratiose dignabitur. Et deinde, ut re ipsa clementer et quam primum prestare dignetur, nobis ad eius Maiestatem humiliter recurrendum est.

Ultimo quod si aliqui, qui supra nominati sunt, hanc nostram confederationem sigillis et manu coram propria munire et roborare nollent, ipsos pro confederatis non agnoscentes, hanc nostram confederationem nihilominus ratam et firmam sumus habituri. Si vero aliqui hanc sepedictam confederationem nostram ingredi vellent, quorum nomina supra expresse posita non essent, illi se subscribere et sigilla eorum apponere huic confederationi poterunt. Et tunc ipsos pro confederatis agnoscemus, ita tamen, ut literis eorum mediantibus polliceantur, se ea omnia, que hic consignata

et per Regiam Maiestatem confirmata sunt, confirmabunturque, fideliter et sincere observaturos et prestaturos.

In istis omnibus punctis unanimiter ef fideliter convenimus et in huius rei testimonium has literas confederationis iuramento nostro prestito sigillisque subimpositis ac proprie manus subscriptione roboravimus. Acta Cremnicie in congregatione confederatorum, die quarta mensis Septembris, anno Domini MDXXXVII.

Franciscus de Rewa,
manu propria subscripsit.
Idem pro *Stephano Reway,*
subscripsit.
Jan Zdubowcze,
rukan wlastnj
Georgius Eylker,
Judex Civitatis Cremnitie manu propria.
Valentius Mart,
Civis et Juratus Schembniciensis, ad hoc missus, manu propria subscripsi.
Jorg Schaffer,
Geschworner Burger zu dem Newen Sol gesandter manu propria.

Cristoff Freyherr von Thurn etc.
Matheus von Gynn etc.,
per manum propriam.
Joannes Dobrawiczky
manu propria.
Ladislaus Dobrawiczky,
Vicecomes Zoliensis, presens per manus
Georgii Rakowczky,
subscripsit.
Jorig Mertzs etc.,
per manum propriam subscripsit.

Egyszerű másolat, de az aláírások egy másik kéztől, két ív papirnak hét oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1537. Szept. 8.*

Közli: Bunyitay Vincze.

200.

Insbruck, 1537 szeptember 5.

Lőrincz fejérvári prépost, a királyi gyermekek nevelője, mentegeti magát, hogy a királyt a herczegek tanulásbeli előmenetéről értesíteni elmulasztotta; egyúttal kérdezi: folytassa-e velük a magyar nyelv tanulását is; reményli, hogy a herczegfiúk, Ferdinánd és Miksa, főkép pedig Ferdinánd oly előmenetelt teend, hogy kortársaival vetekedni fog.

Sacratissime Rex, Domine mihi Clementissime. Post meorum fidelium servitiorum perpetuam commendationem. Id, quod verebar, mihi evenit, nam in scribendis literis ad Maiestatem Vestram debebam esse magis diligens et officiosus, et ea omnia, que ad studia serenissimorum liberorum Maiestatis Vestre pertinere videbantur, quam diligentissime significare, id quod ego ex debito officij mei fecissem, nisi cause mihi in scribendo obstitissent. Sed cum mandatum Maiestatis Vestre iam intelligam, dabo operam, quominus a Maiestate Vestra in scribendi officio obiurgandus sim. Supplico

igitur Maiestati Vestre, boni consulat Eadem, quod nihil his preteritis diebus ad Eandem scripserim, putabam etiam non fore necessarium his de rebus Maiestatem Vestram facere certiorem, cum videam magnificum dominum Vitum ita esse sollicitum, ut ea que hic fiant et que a nobis agantur, illa omnia Maiestati Vestre significanda curaret. Sciat itaque Maiestas Vestra, serenissimos principes et Dominos meos Maximilianum et Ferdinandum in declinando, coniugando, loquendo et scribendo magna delectatione duci, quos in dies hortor et moneo, ut summa cum diligentia studia sua continuent et prosequantur, presertim dominum Ferdinandum, quem etiam ad huiusmodi studia applicavi, quem spero propediem suis coetaneis parem in huiusmodi studijs futurum. Ea autem, que ad vite morumque honestatem spectare videntur, nihil est, quod Maiestas Vestra vereri possit, ita enim omnia recte in illis instituendis tum a me, tum etiam a domino Vito curantur, ut nihil cure et sollicitudini nostre addi quicquam possit. Cavendum autem mihi erit, ne quid tale accidat, quod contra decus et ornamentum ipsorum in hac presenti tenera eorum etate sit futurum. Quoniam autem Maiestas Vestra mandavit domino Vito, ne serenissimi liberi Maiestatis Vestre sint amplius nisi in lingua Latina et Boemica docendi, de Ungarica et Itala in dictis literis Maiestatis Vestre nulla est facta mentio, intermissa est itaque ab eo tempore Ungarica, continuo tamen Italam pro serenissima domina Elisabeth, que iam illam ita intelligit, ut nulle litere missiles in eo genere lingue ad eam perferri possint, quin eas a semet ipsa abunde intelligat et interpretetur. Supplico itaque Maiestati Vestre, reddat me Eadem certiorem, si et Ungarica sit continuanda, an non. Nam ego, que ad meum officium spectare videbuntur, velim me in omnibus prebere officiosissimum. Maiestatem Vestram Dominus Deus nobis felicem conservet. Datum Eniponte quinta Septembris anno Domini 1537.

Eiusdem sacre Regie Maiestatis Vestre perpetuus

Servitor et Capellanus
Laurentius,
prepositus Albensis, Consiliarius et Preceptor Serenissimorum Liberorum Maiestatis Vestre.

Kívül: Sacratissime Regie Maiestati etc. Domino meo Clementissimo. Vienne.

Egy ív papir két oldalán, piros záró gyűrűpecséttel, de a paizs czímere már ellapult. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1537. Sept. 18.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

201.

Bécs, 1537 szeptember 16.

Ferdinánd király Horváth Jeromosnak meghagyja, hogy a nála levő és Zalaházi Tamás egri püspöknek átengedett ágyut a veszprémi vár felszabadításra kiküldött sereg fővezérének, Puechaim Vilmosnak átadja.

Hieronymo Horwath. Ferdinandus. Egregie Fidelis Dilecte. Quum tum pro maiori defensione fidelium regnicolarum nostrorum ab hostium insultibus rccuperandisque ijs locis, que adversariorum violentia occupata esse percepimus, tum precipue ad dissolvendam Vesprimiensem obsidionem repentinas copias tam pedestres quam equestres hinc propediem sub ductu et auspicijs magnifici fidelis, nobis Dilecti Guilhelmi a Puechaim, consiliarij et supremi Inferioris Austrie nostre provinciarum mareschalci ceterorumque consiliariorum et commissariorum bellicorum sibi adiunctorum expedire firmiter constituimus, idciro Fidelitati tue harum serie strictissime precipientes mandamus, ut bombardas illas duas, quas penes te habes, quarumque unam Episcopo Agriensi Thome de Zalahaza accomodaveramus, alteram vero tute a Posoniensibus mutuo accepisti, ad quamcunque prefati mareschalci reliquorumque secum destinatorum commissariorum requisitionem sine omni mora tergiversationeque una cum curribus preparamentisque, quibus vehi possint, ceterisque ad id requisitis necessarijsque rebus assignare debeas, teque in eo ita obedientem et morigerum geras et ostendas, quemadmodum pro debito fidelitatis in nos tue te facturum omnino confidimus, secus sub obtentu gratie nostre minime facturus. Datum Vienne 16 Septembris 1537.

Exp[edite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1537. Sept. 35.*

Közli: Bunyitay Vincze.

202.

Bécs, 1537 szeptember 17.

Ferdinánd király Lőrincz fejérvári prépostnak Insbruckban szeptember 5-én kelt mentegető sorait kegyesen fogadván, őt arról értesíti, hogy nem emlékszik arra, hogy gyermekeinek a magyar és olasz nyelv tanulását megtiltotta, sőt azt akarja, hogy ezeket is, amennyiben az a latin nyelv rovására nem történik, tanulják.

Preposito Albensi. Ferdinandus. Venerabilis, Devote, Fidelis, Dilecte. Excusationem tuam, cur ad nos rarius hactenus de liberorum

nostrorum statu perscripseris, clementi animo admittimus, volentes tamen, ut cum opus sit de ipsorum studijs viteque institutione nos erudire non cesses, quos tue cure concreditos tam in literis quam in morum civilitate accedente nimirum opera et doctrina tua tam sedule, ut polliceris, bonum profectum facturos esse, nobis omnino persuademus. Quare nihil est, nisi ut te requiramus, ut in officio tuo continuando, docendisque ac inflammandis ad literarum amorem liberis nostris serenissimis charissimisque te talem prestare pergas, qualem te iamdiu cognovimus. Id quod erga te gratia nostra Regia quandoque recognoscemus. Ceterum, quod ad Hungaricam et Italicam linguam attinet, non meminimus, nos unquam interdixisse, ne ijs doceantur, quinimo volumus, ut pari studio ad illarum quoque linguarum idiomata, quantum scilicet absque latine intermissione licebit, informentur. Datum Vienne 17 Septembris 1537.

Exp[edite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. Sept. 43.*

Közli: Bunyitay Vincze.

203.

Bécs, 1537 szeptember 21.

Ferdinánd király megparancsolja a soproni tanácsnak, hogy Nagy Máté soproni polgárt kényszerítse azon pénzösszeg lefizetésére, melyet «venerabilis et devotus Petrus Prepositus ecclesie de Chorna» Nagy Máté elhalt atyjának, Nagy Balázsnak kezeihez lefizetett és őrizet végett elhelyezett.

Ferdinandus rex praecipit senatui Soproniensi, ut Mattheum Nagy civem Soproniensem cogat ad reddendam pecuniam, quam Petrus, praepositus de Chorna fidei et custodiae patris sui, Blasii Nagy, commisit.

Egykorú másolat Sopron város levéltárában. Lad. XIX. et T. f. IV. Nr. 206.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

204.

Insbruck, 1537 október 1.

Lőrincz fejérvári prépost hosszabb levelében értesítvén Ferdinánd királyt Ferdinánd és Miksa herczegek és Erzsébet herczegnő dicséretes szorgalmáról és előhaladásáról, hálát mond fizetésének hatszáz forintra való fölemeléseért.

Sacratissime Rex, Domine mihi Clementissime. Post meorum fidelium servitiorum commendationem. Expostulat meum officium, officiosior ut sim in scribendis literis ad Maiestatem Vestram, quam

hactenus fuerim. Etiam si nihil sit, quod ad scribendum sit, committere tamen nolo, ut Maiestas Vestra meam in scribendo operam amplius desiderare possit. Proinde sciat Maiestas Vestra, serenissimos liberos Eiusdem Maiestatis Vestre omnes ex Dei clementia bene valere, qui etiam studia eorum omni cum diligentia prosequuntur. Serenissimus dominus Maximilianus habet in grammatica pro sua etate competentia fundamenta, nihil illius diligentia in eo scientie genere est laudabilius, serenissimus etiam dominus Ferdinandus, ut par esse possit reliquis suis coetaneis, non minori studio se exercet. Habet tamen adhuc blesam linguam, quam nos sedulis adhortationibus limamus. Ea autem, que capit et intelligit, sunt multa firmiora, quam ipsius serenissimi domini Maximiliani. Serenissima etiam domina Elisabeth continuat lectiones suas omnicum alacritate et quemadmodum in alijs meis Maiestati Vestre significaveram, est iam Sua Serenitas satis docta in exponendis thematibus et argumentis Italicis, ita ut nihil fere amplius in illis interpretandis ab ea desiderari possit. Deest Sue Serenitati aliud nihil, nisi quottidiane collocutiones; ex libris autem et thematibus loquendi practicam ipsa non assequetur. Ea etiam, que ad cultum divinum et humanum pertinent, nihil est quod omittatur. Profecti fuerant omnes serenissimi liberi Maiestatis Vestre decima Septembris absolvendi voti causa ad devotissimam ecclesiam Seefeld. Istinc cum redirent, erant fessi serenissimi principes mei. Illos secutus non sum, et subinde successus in hac peregrinatione eorum Maiestati Vestre significare non possum. Privata etiam negotia mea omittenda non sunt, precipue autem, quod Maiestas Vestra mihi liberalissimam fecerit auctionem in sallario meo, pro qua ago Maiestati Vestre cumulatissimas gratias. Ex commissione enim Eiusdem Maiestatis Vestre dabuntur mihi a dominis Regentibus istius loci floreni sexingenti. Illos ego parce, sobrie et continenter expendam. Mihi hucusque nihil defuit, et ne aliquid mihi deesse possit, dabo singularem operam. Maiestatem Vestram Dominus Deus nobis felicem ad multos annos conservet, cui me meaque servitia plurimum commendo. Datum Eniponte prima Octobris anno Domini 1537.

Eiusdem Sacre Regie Maiestatis Vestre

perpetuus Servitor et Capellanus

Laurentius,

prepositus Albensis, Consiliarius et preceptor serenissimorum liberorum Maiestatis Vestre.

Kívül: Sacratissime Regie Maiestati. Domino mihi Clementissimo.

Egy ív papir két oldalán, piros zárópecsét nyomaival. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1537. Octobr. 107.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

205.

Bécs, 1537 október 4.

Ferdinánd király a hűtelen Török Bálint Gönyő, Ság, Táp és Szentmiklós nevű, előbb különben is a pannonhalmi monostorhoz tartozó javait a pannonhalmi monostornak adja, hogy így némileg kárpótolja Török Bálinttól és másoktól okozott veszteségeit.

Ferdinandus memorie commendamus... quod quoniam ex relatione fidelis nostri venerabilis ac religiosi fratris Michaelis Abbatis ecclesie sancti Martini sacri montis Pannonie accepimus, possessionem Genyew in decursu Danubii in comitatu Jauriensi unacum possessionibus Saag in eodem Jauriensi item Thaap et Zenthmyklós in Vesprimiensi comitatibus adiacentes nunc apud manus Valentini Therek habitas olim ad ipsam ecclesiam sancti Martini pertinuisse, sed nescitur quo modo, vel per potentiam vel per aliam quampiam impiam et indebitam occupationem ac per impotentiam ipsius ecclesie Abbatum utcunque ab ea ecclesia fuisse alienatas, quarum pretextu ipse Abbas litem etiam motam fuisse ait, litemque ipsam adhuc pendere; tum igitur hoc ipso respectu tum considerantes integram erga nos fidem ipsius Abbatis ac fratrum, qua ipsi inter presentium temporum tempestates variosque domesticorum armorum motus constantissime in nostra fidelitate heserunt, considerantes etiam multiplicia ac gravissima damna, que ipsa ecclesia sancti Martini tum ab aliis potentibus tum ab ipso infideli ac rebelle nostro Valentino Therek toto hoc fluctuanti rerum statu in suis redditibus accepit, in quorum recompensam prescriptam possessionem Genyew eiusque pertinentias supranominatas possessiones videlicet Saag, Thaap et Zenthmyklos... que alioquin... ad ipsam ecclesiam sancti Martini iusto iure pertinere dicuntur, quatenus autem iure aliquo ad ipsum Valentinum Therek pertinuerunt, nunc per notam infidelitatis eiusdem, utpote, qui honoris ac fidei, quam nobis prestiterat, immemor semel atque iterum a nostra fidelitate deficiens rapinas... cedes... in subditos nostros exercuit, et nunc... exercet, ad nos... devolute esse perhibentur... memorate ecclesie sancti Martini... donamus et conferimus... Datum Vienne in festo beati

Francisci confessoris anno Domini Millesimo quingentesimo tricesimo septimo.

Ferdinandus. *Uyilaky.*

Eredetije a pannonhalmi főapátsági lt. Cap. I. l. W.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

206.

Lipcse, 1537 október 7.

Melanchton levele Nádasdy Tamáshoz. Magasztalja Nádasdyt, a miért nagy költséggel iskolát alapított és ajánlja neki Dévay Mátyást és Sylvester Jánost.

Illustri et Magnifico Principi, Domino Thomae Nadasdi, Patrono suo observantissimo S. D. Illustris Princeps. Etsi ignotus sum Celsitudini Tuae, tamen petenti Matthiae litteras ad Te non invitus dedi, et ut Matthiae gratum facerem, et ut me in amicitiam insinuarem tuam; quorum alterum iudicabam officium esse necessarium, ne voluntati amici deessem, alterum vero mihi optatissimum est. Nam bonorum Principum amicitia magnopere nobis adversus ineruditorum iudicia expetenda est. Intelligo autem ex Matthia, Te magno sumtu scholam constituere et optimarum artium studia excitare, quae res cum per sese magnam laudem mereatur, tamen hoc tempore, cum belli cladibus literae in vicinis locis delentur, multo ampliori laude digna est. Videris enim prospicere posteritati, ut cum alibi deletae fuerint bonae artes, tamen seminaria reliqua sint conservata Tua virtute, unde iterum propagari in Pannonias doctrina vitae utilis possit. Itaque hac in re et voluntatem Tuam, cupientem in re praecipua bene mereri de patria, et singularem prudentiam iure probamus. Ego vero etiam omine delector. Cum enim tali tempore cogites de studiis, ostendis Te non desperare pacem et meliorem Pannoniae statum. Quis enim, si arbitretur, perpetuam fore dilacerationem regni, aut venturam patriam in servitutem, adiicere possit animum ad scholas extruendas. Proinde hoc Tuum consilium quasi divinationem quandam futurae pacis interpretor, de qua idem ut sentiam, non levibus argumentis moveor, ac saepe Matthiae dixi, me bonam spem habere, futurum, ut aliquanto post iterum fiat tranquilla Pannonia, et quidem eiectis Turcis. Quare quod pio et ut arbitror divino consilio moliris, ut ruentibus studiis opem feras, hoc institutum ne abiicias, nec Te deterreri temporum difficultatibus sinas: spero Deum etiam Tuis conatibus affuturum esse, praesertim si dederis

operam, ut ecclesiae purius doceantur. Neque enim dubium est, haec bella et hanc Turcicam servitutem poenas esse peccatorum nostrorum et idololatriae. Cum autem tantopere faveas honestis artibus, quaeso, ut me quoque complectare inter caeteros studiosos. Olim Graeci Herculem addiderunt Musis, earumque ducem vocabant: significantes, defendi oportere literas auctoritate bonorum principum. Constat autem maiores vestros Peonas ab Hercule ortos esse. Quare gentilitiam et domesticam virtutem esse putabitis, tueri literarum studia. Et est praeclarum imitari maiores. Sed haec fortasse prolixius quam conveniebat. Matthiam Tibi commendo, virum praeditum egregia doctrina, prudentia et pietate. Joannem Sylvestrum etiam hominem doctum, Celsitudini Tuae commendo. Deus servet Celsitudinem Tuam ad salutem publicam. Lipsiae nonis Octob. 1537.

Celsitudini Tuae

addictissimus
Philippus Melanchthon.

Ribini, Memorabilia August. Confess. I. 40.

207.

Pápa melletti tábor, 1537 október 14.

A veszprémi püspök Ferdinánd királyhoz írt levelében hírt adván a veszprémi vár felmentéséről, arról értesíti, hogy a pápai vár visszavétele nélkül kevés hasznuk lesz a veszprémi várnak fölmentéséből, kéri tehát a királyt, hogy amit a vezér és a többi tanácsosok javasolnak, küldje meg.

Sacratissime Rex ac Domine, Domine mihi Clementissime. Arbitror Sac. Maiestatem Vestram ex magnifico domino Vilhelmo de Pwecham, capitaneo Eiusdem etc. ac reliquis bellicis consiliarijs intelligere potuisse, quo pacto et Vesprimiensis obsidio sit soluta et Valentinus ipse fusus ac fugatus. Que res non mihi solum, sed Sac. imprimis Maiestati ac toti Regno deinde commodo fuit. Caeterum nunc sumus hic non longe ab oppido Papa, quod oppidum nisi expugnatur, nihil profecto aut parum admodum iuvabit Vesprimium liberasse. Ex hoc enim oppido non me solum ac bona mea Valentinus persecutus est, sed aliquot Comitatus a fidelitate Maiestatis Vestre avertit. Opere pretium igitur est, si vult suos fideles Sac. Maiestas Vestra sartos ac tectos ab iniuria esse, ut locus iste capiatur, mittanturque ea, que dominus capitaneus ac reliqui domini consiliarij ab Eadem postulant, quod enim nunc cum paucis intra paucos dies effici poterit, paulo post vix cum infinitis

transigetur, sicuti melius ex nuntio dominorum consiliariorum et ex hoc Hantensis Maiestas Vestra intelliget. Servet Eandem Christus Optimus Maximus perpetuo foelicissimam ac incolumem, cui mea servitia unice dedo ac defero. Ex castris ad Papa positis 14 Octobris 1537 raptim.

Eiusdem Sac. Maiestatis Vestre

obedientissimus Servitor
Vesprimiensis m. p.

Kívül: Sacratissimo Augustissimoque Romanorum Hungarie Bohemieque Regi etc. Domino meo Clementissimo.

Egy félív papir első oldalán, piros zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1537. Oct. 19.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

208.

Kremzir, 1537 október 18.

Ferdinánd király meghagyja Vels Lénárdnak, hogy a jászai prépostságot, melyet Serédy Gáspár ötszáz magyar forintért zálogban tart, Lasky Jeromos számára Serédy Gáspártól tisztességes uton váltsa ki és Laskynak adja át, hogy birja, míg a sárosi vagy czizevári (csicsvai?) vagy más ezekhez hasonló várral őt kárpótolni lehet.

Leonardo a Vels super abbatia Jazo Hieronymo a Lasko consignanda. Ferdinandus etc. Nobilis, Fidelis, Dilecte. Quum abbatiam Jazo, quam magnifico Caspari Seredy in quinque centum florenis Hungaricalibus impignorasti, in potestatem magnifici fidelis nobis dilecti Hieronymi a Lasko, palatini Syradiensis consiliarij nostri pervenire volumus, idcirco tibi harum serie iniungimus, ut dictam abbatiam quoquo honesto modo fieri queat, a prefato Caspare Seredy liberes, liberatamque sive redemptam antenominato Hieronymo Lasky nomine et auctoritate nostra tantisper possidendam et habendam tradas et consignes, donec illi a nobis de arce Saros aut Czizewar sive de aliqua hiis simili provisum fuerit. In quo nostram omnino executurus es voluntatem. Datum Crembsij die 18 Octobris 1537.

Exp[edite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1537. Decz. 76.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

209.

Brieg, 1537 október 19.

«Simon Bernth Pfarrherr zum Briegh» írja a selmeczbányai tanácsnak, hogy meghivásukat el nem fogadhatja. Utasítja őket «Martinus Tilzen» lupczeni verbi Dei ministerhez.

Simon Bernth parochus Brigensis scribit senatui Schemniciensi, se vocationem suam admittere non posse. Commendat, ut Martinum Tilzen, verbi Dei ministrum in Lupczen, (Lubozyn in circulo Schildbergensi Borussiae?) evocent.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

210.

Korpona, 1537 november 3.

Kressling János értesíti a selmeczbányai tanácsot, hogy nem tud neki jó plébánost ajánlani. Panicula Jánost csak Moiban boroszlai plébános ajánlóleveléből ismeri, személyesen nem. Ha őt választják meg, örvend azon, hogy egymásután hárman jöttek Jägerndorfból e vidékre, ketten Selmeczbányára és ő Korponára.

Gottes gnadt durch Christum sampt meinen Freuntlichem Gruss und willigen diensten zubevar. Ersame, Weisse, günstige herrnn, freunds und Nachparnn. Eurer Herschaften schreiben hab ich mit laidt vernumen, das sichs nyrgendt schiken wil, wie ich E. H. und auch myr selbst von hertzen gunne, domit ein recht christlicher, treuer und bestendiger Seelsorger oder pharher E. herschaften zu tail wurde. Doch sein sy myr nith alle bekandt, die mit dem wort Gottes euch nützlich und myr tröstlich sein möchten. Ich hoffe der Barmhertzige vatter von himel wer das ernstlich seuffzen und hertzliche begir seiner ausserwelten erhören und ein sölchen E. herschafften zufügen, der zu disem ampts villeicht besser geratten mächt, als menschlicher vernunfft erdenken kan. Diser Joannes Pannicula ist myr allein mit dem Namen bekant und durch dis zeugniss, so ym doctor Moibanus pharrer zu Breslau gibt. Sein perschon aber, kunst und Predigt, wie dieselbige geschikt sein, weiss ich nith zu urteilen, den ich der keines selbst erfaren hab. Aber eines macht myr ein trost, nemlich, das drai prediger nach einander auss Jegerdorff hyrein yns ungerland kumen, alle drai von

gottes gnaden Johannes genandt, der erste und der drit zu euer herschaft, ich der mitter zu euern Nachtparn (!) gen Körppen. Wer weiss, was der gnädige got ym syn hat, domitt befilch ich E. H. derselben gnade unsers Gottes durch Christum. Geben zu Körppen am Sampstag nach Omnium Sanctorum ym 1537 Jar.

E. H. Williger
Johan Kresling,
Pharrer zu Körppen.

Kívül: Denn Ersamen und Weissen Herrnn Richter und Radt der königlichen Stadt Schemnitz.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. XVI. század. Vallási tárgyú levelezések.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

211.

Bécs, 1537 november 5.

Bornemisza Pál, hogy Ferdinánd királyt nem követhette, azt hozta fel okul, hogy sem kocsit, sem lovat nem lehetett kapnia; különben ha tudná, hol tartózkodik, gyalog is megindulna; többiben hű szolgálatát ajánlja fel a királynak, noha mindenkitől elhanyagoltatik.

Sacra Regia Maiestas, Domine, Domine Clementissime. Post humillimam servitiorum meorum in gratiam Maiestatis Vestre Sacratissime commendationem. Ex relatione reverendissimi domini Transilvaniensis proficisci volebam hodie post Maiestatem Vestram, ut ab Ea aliquam expeditionem acciperem. Verum, Sacratissime Rex, in tota hac urbe etiam duplo pretio currum vel equum conducere non potui, omnes conducti fuere, equos vero meos Posonij teneo. Ista fuit causa, Sacratissime Rex, quare post Maestatem Vestram ire non potui. Quod si scirem, Maiestatem Vestram istic posse invenire, etiam pedes ad Maiestatem Vestram proficiscere non recusarem. Paratus enim sum Maiestati Vestre Sacratissime vita mea durante servire semper fideliter et diligenter. Et profecto ad Gracz usque Maiestatem Vestram secutus fuissem, si expensis habundarem, sed sum omnium mortalium miserrimus, nam solus ego ab omnibus negligor, fortasse et ego non essem prorsus inutilis servitor Maiestatis Vestre Sacratissime, sed ego non possum Maiestatem Vestram Sacratissimam alioqui publicis rebus occupatissimam, mea importunitate molestare. Deus Optimus Maximus Maie-

statem Vestram Sacratissimam conservet incolumem reipublice Christiane. Datum Vienne 5 die Novembris anno Domini 1527. *(Igy 1537. helyett.)*

Eiusdem Vestre S. Maiestatis

fidelis Servitor

Paulus Bornemyza.

Kívül: Sacratissime Regie Maiestati Domino meo Clementissimo.

Egy félív papir egyik oldalán, piros zárópecsét nyomával. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. Nov. 3.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

212.

Jägerndorf-Karnow (Cornovia), 1537 november 14.

«Joannes Panicula» írja a selmeczbányai tanácsnak, hogy meghívásukat a plébánosi hivatalra elfogadja oly föltétel alatt, hogy saját költségükön Selmeczre szállíttatják és egy év mulva, ha nem tetszik nekik, Sziléziába ismét saját költségükön visszaviteti. «Utinam affectus vestri erga Evangelium Jesu Christi totius orbis essent, procul dubio gloria Christi alium progressum brevi habitura esset.»

Joannes Panicula scribit senatui Schemniciensi, se evocationem pro munere parochiali acceptare ea conditione, ut propriis sumtibus Schemnicium transferant et finito anno, si ulterius servire nollent, iterum reducant Silesiam. Laudat porro affectum Schemniciensium erga Evangelium Jesu Christi.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

213.

Pécs, 1537 november 19.

Sulyok György választott pécsi püspök végrendelete.

Ego Georgius Swlyok electus episcopus ecclesie Q., licet in aegritudinis lecto decumbens, mente tamen per omnia sanus, sentiens me viam universae carnis ingressurum praesentique seculo abrenunciaturum, inter alias meas salubres dispositiones et ordinationes de rebus et bonis meis mihi a Deo optimo maximo et per regiam Mattem dominum meum clementissimum mihi benigne collatis et donatis coram infrascriptis testibus ultimum et finale meum condidi et feci testamentum.

Primo animam meam commendo Deo creatori meo, sepulturam vero corporis mei in cathedrali ecclesia Beati Petri Apostoli in castro Q. fundata, ante aram beati Emerici ducis et confessoris ibidem constructam praeelegi. Item. Ex quo regia Mattas dominus meus clementissimus ad hunc episcopatum Q., nullis meis meritis exigentibus, sed ex sola sua gratia et liberalitate binis vicibus me elegit et restituit atque gratiose manutenuit, rursus eundem episcopatum cum castris et pertinentiis eorundem in manus suae Mattis commendo, hortans egregios dominos Stephanum et Blasium Swlyok fratres meos charissimos, ceterisque vero castellanis, factoribus et officialibus meis committens, ut castra istius episcopatus Q. cum omnibus pertinentiis eorundem Maiestati regiae domino meo semper clementissimo, et nemini alteri fideliter teneant et conservent. Et ob hoc supplico Matti regiae, tanquam domino meo gratiosissimo, ut sua Mattas, consideratis praesentibus regni periculis et adversitatibus Quinqueecclesiensis episcopatus, [cum] iste tam Turcis quam Germanis proximus sit, dignetur ad hunc episcopatum Q. talem hominem deligere et deputare, qui ad defensionem eiusdem bonorumque suorum non solum utilis et idoneus videatur, sed et subditos suae Mattis in istis partibus in fidelitate suae Mattis pro posse suo manutenere curet et illos defendere et quoslibet in suis libertatibus antiquis conservare.

Ideo rursus commendo suae Matti venerabiles fratres meos canonicos capitulum et totum clerum bonaque eiusdem capituli et ecclesiae semper suae Matti, veluti domino meo clementissimo, supplicans, dignetur sua Mattas ipsos unacum eorum [1] et aliis ad eos et eorum quemlibet pertinentibus in suam gratiam specialem, tutelam et defensionem recipere ipsosque in suis antiquis iuribus, privilegiis et immunitatibus tenere tuerique et conservari facere gratiose.

Similiter commendo Matti suae regiae praefatos dominos fratres meos Stephanum et Blasium Swlyok cum omnibus ipsorum haeredibus et bonis quibuslibet, dignetur sua Mattas ex innata sua pietate et clementia ipsos defendere et regia liberalitate ac clementia prosequi, prout et sua Mattas ita ipsis aliquando pollicita est.

Item. Tam regiae Matti domino meo clementissimo, quam omnibus aliis hoc notum est, me in isto episcopatu etiam prius parvo tempore fuisse et parvum commodum habuisse, postea tempore medio aliorum dominorum et amicorum ope et adiutorio me

[1] Fors excidit: bonis.

sustentasse, hoc vero anno tot [1] scilicet brevi tempore de proventibus ferme nihil percepisse, sed gentes meas, quas a meo huc ingressu semper pro defensione istius terrae in servitiis suae Mattis paratas habui et tenui, cupiens potius, tanquam fidelis capellanus suae Mattis, negotiis suae Mattis incumbere, quam commodum aliquod conquirere, eas gentes meas, aliorum [2] mihi creditis, me continue conservare oportuit. Ideo hoc meo praesenti testamento Matti suae regiae, prout honor meus requirebat et Maiestatem suam pro tantis in me beneficiis collatis decebat, ob penuriam rerum et facultatum mearum nec aurum nec argentum, prout debuissem, legare potui; sed ex proventibus istius episcopatus paucis admodum, quae in frugibus et vinis iam percipere debui, lego suae Matti centum vasa vinorum danda, quae vina etiamsi dignitati regiae minus sufficere videantur, tamen sua Mattas pro sua in omnes pietate animum potius donantis, quam muneris valorem pensitare dignetur.

Ex quo, ut praemisi, ad conservationem gentium atque aliarum necessitatum hincinde plura debita contraxi: ad solutionem omnium debitorum meorum atque sallariorum familiarium meorum satisfactionem supplico Matti regiae, uti domino meo clementissimo, sua Mattas a sua speciali gratia annuat, quatenus illa singula mihi credita et familiarium meorum solutiones ex frugibus et vinis, proventibus scilicet istius episcopatus, unicuique fiant et impendantur.

Et quicquid ex his rebus ac substantiis meis a Deo mihi collatis residuum remanserit, id totum fratribus meis Stephano et Blasio Swlyok eorumque haeredibus, orphanis meis pauperibus lego.

Ceterum ex quo regia Mattas dominus meus clementissimus, de consilio dominorum praelatorum et baronum, occasione rerum argentearum atque aliorum bonorum ecclesiae meae Q. per me superioribus annis a Stephano Bathory non sine gravibus expensis meis eliberatorum, ex eisdem rebus argenteis pro expensis et fatigiis meis trecentos florenos mihi gratiose deputaverat, tamen ego videns inopiam ecclesiae meae, rursus pure eidem ecclesiae meae singula illa argentaria mea, quae ad officium missarum praeparata fuerunt, pro salute animae meae et parentum meorum ad laudem et gloriam omnipotentis Dei — relinquo, lego et committo harum mearum sigillo meo proprio consignatarum vigore et testimonio litterarum

[1] Fors: tam (ekképen: hoc vero anno, tam scilicet brevi tempore).
[2] Fors excidit: pecuniis.

mediante, praesentibus ibidem egregiis dominis Stephano et Blasio Swlyok fratribus meis charissimis et Johanne Gwz. Datum in castro meo Q. die beatae Elizabet viduae anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo septimo.

Fogalmazvány. *Hátlapján egykorú kézzel:* Az zeghen pyspek uram testamentoma. — Gróf Kuun Géza marosnémeti levéltárából közölte: *Pettkó* Béla, Történelmi Tár. 1887. évf. 787—789. ll.

214.

Tata, 1537 november 27.

Ócsényi Baranyay Mátyás tatai várkormányzó biztosítja Mihály pannonhalmi apátot, hogy ha a lefoglalva tartott koppánmonostori és tatai apátságok ügyében hozzájő, semmiféle bántódása nem lesz.

Nos Mathias Baronyaӱ de Ewchen prefectus arcis Thatha etc. Cum nos tum medio certorum amicorum suorum tum vero sepius per litteras suas rogatum et requisitum habuisset reverendus dominus Michael abbas monasterii sancti Martini sacrimontis Pannonie, ut sue reverentie (!) dominationi abbatias monasteriorum de Koppanmonostra et de Thatha ac possessionem suam Thewmerd per nos occupatas sue rev. dominationi remitteremus, sua rev. dominatio sepius se nobis obtulit, si colloquium et mutuum tractatum nobiscum habere superinde posset... Ideo nos eundem rev. d. Michaelem abbatem sub fide, honore et humanitate nostra assecuramus... quandocunque in loco nobiscum terminato voluerit de et super premissis... tractare, loquere (!) et terminare, libere possit; promittimus... neque a nobis neque a quibuscunque hominibus... nostris verbo vel facto sue rev. dominationi... iniuriam, dampnum... inferre... Ex arce Thatha feria tertia post festum beate Katherine virginis et martiris anno domini 1537.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági lt. C. 8. L. N.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

215.

Lonnobrut, 1537 deczember 1.

Panicula János selmeczbánya választott plébánosa tudatja a selmeczbányai tanácscsal, hogy decz. 17-én Teschenben lesz. Kéri, hogy onnan őt tovább szállítsák.

Erbare, Namhafftige und Grosgonstige Hern. Es seindt meins unterthenighe, freuntliche, willige dinste mit erbiettung meines vor-

mugens in gotlichen und billichen sachen zũsambt meinen vleissigen gepet allezeit zuvoran berait. Demnach, wÿ ich unlengst in vorsthmer zeit E. H. hab zugesagt mich auff das fodderlichte bevleissen bei fürstlichen gnaden frey und ledig zũmachen, das ich dan mit gũtwilligen gemutt E. H. zu dinst und geffallen noch vormoghen, gethan hab, doch mit vorsehung einer anders predigers an mein stadt und stelle. Gebe ich hiemit E. H. schrifftlich zũerkennen meiner zũsag nach, das ich mich, sso gott will, mit gesuntheit als nemlich ach tage ongefaerlich (így) vor dem h. Cristag zũ teschin finden lassen will. Der weghen gelangt an E. H. meine Emsighe und vleissige, freuntliche bit mit treũer begerũng E. H. wolle ein Cristhlich behercigen und bedenken haben, wy ich dan kein zweiffel secz, damit ich zũn eũch kommen mocht mit der hulff und beystandt gotlicher gnod ongefarlikeith (!) leibs und guttis. Szo aber E. H. wũste und erkennete etwan unsicherkeit und gefarlikeit der strassen und mit sambt den meinen zun euch hieher on unfall und schaden nit vermeinet zubringen, szo wolle sich disfals E. H. unangesehen ubergebung meines ampts und dinstes szo gonstlich gutwillig und freundlich umb meiner bit und nottũrff willen erzeigen und beweisen, als ich dan sonderlich getreũ mich nach allen treũen zu warnen mir trostlich und Radlich zusein wes mir hirin zuthun und zulassen zimlich zu stund do mich gefarlikeit und verlustung vormittin wurd und bit insonderheit umb eine traũen gleich man, der diser sprach kundig were, als den Jakob Ṣibenbürger, der vormals v. E. H. wegen bey mir gewessen ist, hie mit ich mich zu Euren dinsten allzeit ungespartes Vleisses in allen eren got dem alwaldigen zu lob und preiss zugebrauchen Erbeũt und in aller freunthschafft umb E. H. beschulden und vordinen und auffs vleissigst got für eũch zu pitten nymmer vorgessen, damit ich E. H. und ganze Gemein goth dem barmherczigen unter seinen schũcz emphelen haben wil. Actum Lonnobrut nach dem fest Andree des II apostels Anno 1537.

E. H.

Williger
Joannes Panicula,
Erwaliter Pfarher.

Kívül: Den Erbarn, Namhafftigen und wolweisen hern Richter und geschworn der loblichen Bergkstadt Schemnicz.

Eredetije Selmeczbánya város levéltárában. XVI. század. Vallási tárgyú levelezések.

216.

Pozsony, 1537 deczember 17.

Várday Pál esztergomi érseknek Ferdinánd királyhoz a nyitrai részleges gyűlés[1] *végzései tárgyában intézett felterjesztése.*

Sacratissime rex, domine clementissime.

Orationum devotarum et fidelium servitiorum meorum humillimam commendationem. Scripsi ad Maiestatem Vestram cumprimum huc appuli, de adventu meo, deque aliis, que pro tempore occurrerant. Inveni non multo post apud camerarios Vestre Maiestatis quosdam articulos confectos super iis, que in conventu celebrato Nittrie per dominum Locumtenentem,[2] dum nos alii apud Maiestatem Vestram ageremus, sunt deliberata, in quibus illud continetur precipue, ut taxa centum et quinque denariorum hungaricalium, et decime decimarum ex archiepiscopatu meo et aliis ecclesiasticis beneficiis exigantur, tradanturque ad manus nobilis cuiusdam Sigismundi Forgach. Quod profecto vergit apertissime in detrimentum authoritatis Maiestatis Vestre in regno, et ecclesiarum Dei libertatis. Id quod ego, cum quibusdam consiliariis Maiestatis Vestre, solitus sum contendere in conventibus etiam de communi omnium consilio celebratis; neque enim dica in regno ex antiqua consuetudine potest cuiquam imponi, nisi ea Maiestati Vestre exigatur, et si quando, ex necessitate, dica exercitualis, quam vocant, imposita est, ex ea, que de bonis suis provenirent, domini omnes, gentes per se alere debent. In hac vero constitutione, cum nulla fiat mentio, ut ex dica administretur quippiam Vestre Maiestati, aut etiam ad solutionem capitaneorum aliorumque convertatur, quorum servitio Maiestas Vestra in defensione ditionis sue uti possit, certe hoc in detrimentum dignitatis Maiestatis Vestre, subditorumque incommodum cedit non mediocre. Equidem, si intellexero dicam hanc vel omni vel aliqua ex parte ad usum Maiestatis Vestre exigi et ad necessitates converti, prior offero curaturum, me illam de bonis meis ad cameram Maiestatis Vestre administrari. Alioqui non videtur ullo pacto, quod penitus absurdum est, preter libertates tum regni tum ecclesie mee, fieri tributarium cuiusquam. Ita vero me geram, ut tam ratione proventuum decimalium ecclesie mee, quam etiam dice ipsius, si quid mihi per Maiestatem Vestram

[1] Tartatott november végén.
[2] Alexius Thurzó.

concedetur, ex eo tum defensionem ditionis sue, tum reliqua servitia summa diligentia et solertia sum curaturus; nihil enim ago, nihil molior in dies magis, quam ut, post Deum, Maiestati Vestre toto animo et cogitatione inserviam. Prout de his plura hic dominus Paulus Bornemÿza Maiestati Vestre relaturus est, meo nomine, cuius verbis, tanquam meis, Eadem fidem prestare dignetur. Quam Deus optimus maximus felicem faustamque conservet quam diutissime.

Posonii XVII. die Decembris. Anno Domini M. D. XXXVII.

Sacratissime Maiestatis Vestre fidelis servitor et Capellanus

Paulus,

Archiepiscopus Strigoniensis manu pp.

Kívül: Sacratissime Maiestati Regie, domino meo clementissimo.

Fraknói, Magyar Országgyűlési Emlékek. II. 39.

217.

Prága, 1537 deczember 30.

Ferdinánd király többeknek meghagyja, hogy az óbudai egyház birtokait, miket Ostrosyth Miklós önkényüleg elfoglalt volt, Bornemisza Pál királyi titkárnak adják át és őt azok birtoklásában megvédjék.

Ad Petrum doctorem Capitaneum. Egregie fidelis dilecte, committimus tibi per presentes serio, ut illas possessiones ecclesie Veteris Budensis Pereslien, Kertwelews, Nadas cum pertinentiis in Comitatu Trenchiniensi et Nitriensi habitas, quas Nicolaus quondam Ostrosyth propria tantum auctoritate tenuisse dicitur, quamprimum occupare manibusque fidelis nostri Pauli Bornemyza secretarii nostri possidendas dare et assignare, ipsumque in pacifica possessione illorum manutenere et a quibuscunque perturbatoribus eundem in pacifico dominio illarum defendere debeas. Secus nulla ratione facturus. Datum Prage penultima Decembris 1537.

Fogalmazat egy negyedív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1537. Decz. 104. és 99*[b]., ahol ugyanazon kelettel szóról-szóra szintén megvan «ad Thurzonem clause», és ismét 1538. Jan. 1. «ad Joannem Ostrosyth patentes» czím alatt.

Közli: Bunyitay Vincze.

218.

Sárospatak, év nélkül (de biztosan 1537).

A lundi érsek és Vels Lénárd mint Ferdinándnak — a kalocsai érsek, a váczi püspök, Fráter György és Perényi Péter mint János királynak a béke megkötésére kiküldött biztosai karácson szombatján kezdik a tárgyalást és folytatják — az okirat szerint — deczember 28-áig, de sikertelenül, a mennyiben csak a fegyverszünetnek egy hónapig való meghosszabbításában tudtak megegyezni.

Jovis, 20. Decembris. Sumpto prandio fuimus unum miliare dumtaxat usque Patak, et licet dominus Petrus de Peren de nostro adventu premonitus fuerat, non tamen nobis obvius venit, sed misit affinem suum adolescentem quendam Georgium Bathori nobis obviam, qui nos non longe a Patak nomine domini Petri paucissimis verbis excepit, excusando Petrum, quominus nobis obvius fuisset, in causa esse, quod fratri Georgio obviam ivisset.

Veneris, 21. Decembris mane venerunt ad hospitium meum (ubi Dominus Leonardus a Vels mecum erat) Frater Georgius et Petrus de Peren, qui de nostro salvo adventu plurimum congratulati sunt et talia multa. Nos vicissim pro verbis bona verba dedimus. Illi dicebant, se in prandio expectare reverendissimos dominos Colocensem et Vaciensem Episcopos, post quorum adventum statim negotium hoc, ob quod convenimus aggressuros. Quod ut omnino facerent, nos eos plurimum sumus adhortati. Deinde quia extra menia istius civitatis nobis hospitia designarunt, nos aggravatos diximus neque scire an tutum nobis esset, in istis hospitiis immorari vel ne? Cupere enim illud intelligere ab ipsis, neque pro decore nostrorum Principum existere, ut adversarii Oratores intra, nos vero extra menia hospitia habeamus. Excusavit se satis honeste dominus Petrus, dicens, pro nostra commoditate ordinasse nobis talia hospitia, quia in civitate nulle domus electe pro nobis existerent, sed magis desiderare immo nos rogare, ut in civitate hospitia eligamus, et quecunque eligeremus illa nobis esset daturus. Convenire etiam hoc dixit plurimum, ut eo citius in hoc negotio res expedirentur et meliorem progressum assequerentur. De securitate autem nostra ipsi ambo sub eorum bona fide polliciti sunt, nihil nobis adversi esse expectandum vel timendum et ita nos demiserunt. Eodem die Veneris circa horam vesperarum advenerunt prefati episcopi Colocensis videlicet et Waciensis.

Sabati 22. Decembris mane venerunt ad dominum Leonardum Generalem et me Colocensis, Waciensis et Waradiensis Epi-

scopi necnon et Petrus a Peren et post diversas salutationes et generalia multa dixi ego: Postquam Dominus Deus nos omnes nunc coniunxisset, non convenire, ut tempus inutiliter absumeremus. Sed quia negotium hoc, ob quod convenimus, esset tam sanctum ac Reipublice Christiane necessarium, per quemlibet nostrum agendum esse fideliter et sinceriter, ut tandem post tot tractatus finis aliquis bonus cum fructu subsequeretur et talia multa. Cupiebant adverse partis Oratores, ut ego negotium proponerem vel dominus Leonardus. Ego dixi, hoc mihi non convenire. Scire se quemadmodum ad eorum diversas preces et instantiam venissem ad exercitum Romanorum Regie Maiestatis, deinde ad Rosegen, postremo huc in Patak, eorum igitur esse, ut ipsi proponerent, quam ob causam tantopere pro meo adventu institissent. Tandem post multa exorsus est dominus Colocensis et dixit longo quodam preambulo repetendo in parte priores tractatus in hoc negotio utrimque habitos, semper ad hunc unicum scopum tetendisse et adhuc tendere debere, videlicet (Regni conservationem) et cum Regnum hoc servari non possit, nisi duobus modis, videlicet aut per amicitiam cum Turca aut bello et manu potenti, apertissime omnibus constare, Joannem eorum regem habere cum Turca amicitiam et bonam vicinitatem, et Turcam ipsum in hoc Regno ferre posse pro rege, serenissimum autem dominum Ferdinandum, Romanorum regem odio prosequi neque tollerare posse, ut Regnum hoc possideat, et cum neque Ferdinandus rex neque eorum Dominus sufficientes sunt Regnum hoc contra tam potentem principem tuendi, nullum alium modum ipsi vident Regnum conservandi, nisi ut Romanorum rex Regnum hoc totum dimittat Joanni eorum regi, eius vita durante, ita ut eam partem, quam nunc Romanorum Rex possidet ei dimittatur ad regendum dumtaxat interim, dixerunt, regendum, donec inter Christianos Principes fieret unio talis, ut communibus viribus contra communem religionis nostre hostem progrederentur et talia multa.

Responsum per dominum Velz et me: Cesaream ac Romanorum Regiam Maiestates ad nullum alium scopum tendere, quam ipsi predixerunt, videlicet ut Regnum conservaretur, sed eis non videri, ex prenarratis Regnum conservari posse, sed potius deperdi. Nam Turca sub dissimulata amicitia posset Joannem, eorum dominum, ex improviso invadere et federa inita dissolvere, quemadmodum hoc anno presenti cum Venetis fecit. Et cum eorum dominus non habeat, ut aliunde subsidia expectet, posset pro suo arbitrio de eo ac Regno disponere: sic actum esset de toto Regno. Preterea

manifestissimum est illis, qua arte Turcarum imperatores omnia dominia Christianorum in hunc usque diem sibi subegerunt, hoc est sub ista simulata amicitia. Sed cum Romanorum Rex habeat alia multa adiacentia regna et dominia, preterea totum Romanorum imperium, habet et fratrem, potentissimum Romanorum Imperatorem et alios principes, sibi et affinitate et consanguinitate iunctissimos, quemadmodum rex Polonie et alii multi: Nos non videmus aliam istius Regni defensionem, quam ut Joannes, eorum dominus reddat Regnum hoc totum in manibus prefati Romanorum regis. Qui si Turca nollet amicitiam manutenere et ab illa discedere, tunc prefata Romanorum Regia Maiestas posset etiam et propriis et predictorum viribus Turcarum potentie resistere. Hiis et similibus argumentis quasi totum diem absumpsimus. Tandem optaverunt, ut nos eis alia media proponeremus. Nos vicissim diximus, illud ad eos pertinere, quoniam nos huc ad eorum instantiam pervenisse. Ideo nobis ipsi dicerent et proponerent ea, que in mandatis haberent. Nihil tamen profecimus eo die. Dominus a Vels et ego optavimus ab eis, ut nobis mandatum eorum ostenderent, nos id ipsum facturos obtulimus. Ipsi responderunt, se hoc die crastina facturos et addiderunt, licet haberent ab eorum Domino plenum et sufficiens mandatum, tamen se hic nihil concludere posse, nisi ego Lundensis Waradinum ad eorum Dominum proficiscerer, quod, ut me rogarent, in mandatis habere dixerunt. Instituerunt vehementer etc. Ego dixi, non posse eis ad hoc cum deliberatione respondere, antequam videam, quomodo ipsi se in istis tractatibus gerant.

Dominica summo mane misit ad me reverendus dominus Colocensis nomine aliorum commissariorum Vayvode et rogavit, ne dominus a Vels et ego gravaremur *ire ad templum, quod in civitate est, et ibidem audire sacrum* ex quo vocati essemus omnes ad prandium apud dominum Petrum Perenni. Quo finito possemus aliquid tractare. Quod nos facturos promisi. Paulo post venit ad me dominus a Vels, cui narravi eorum petitionem et meam responsionem. Qui assentiit similiter, ita ivimus ad civitatem hora octava.

In ipso *misse officio* Dominus Colocensis et frater Georgius mecum multa loquuti sunt in hanc sententiam, quod mecum apertius tractare vellent et necess[ari]um esse, ut aliquando separatim mecum agerent. Preterea, ut non gravarer pro bona istius negotii directione Waradinum proficisci, quia scirent, si ego eo irem, pacem omnino futuram, neque alias illa commode fieri posse absque eo, quod cum eorum rege constituar, qui secretius et citius se resolvet

mecum solus, quam aliis presentibus, etiam suismet consiliariis. Respondi ego *finita missa* et post prandium de ys eis latius me responsurum. Ita auditum est sacrum, quo finito ivimus ad arcem, pransi sumus omnes cum domino Petro Perenni. Postea commissarii Joannis seorsum iverunt ad cubiculum, ubi consuluerant ad horam et ultra. Nos vero, videlicet dominus a Vels et ego mansimus in castro in alio cubiculo, quod erat domini Colocensis, ibidem commissariorum adventum expectantes. Qui tandem venerunt et facta longa oratione per dominum Colocensem absque magna sententia produxerunt mandatum eorum Domini eis concessum, deinde nos dedimus eis nostra mandata ad legendum. Ita illa dies tota absumpta fuit. Et cum esset nox et nobis abeundum erat, seorsum vocavit me D. Colocensis inquiens: Domine Lundensis, nos vellemus quedam ad partem cum Dominatione Vestra loqui, absente domino Leonardo. Si quando hoc commode fieri poterit, id ab eodem rescire cupimus? Respondi quod quotienscunque illis hoc placuerit, facere possint. Designavi illis horam diei crastine octavam ante meridiem et sic discessimus ad hospitia nostra.

In cubiculo domini Colocensis invenimus literas Joannis Vayvode ad fratrem Georgium et Petrum de Peren scriptas in favorem Ladislai Orzag, cuius copiam de verbo ad verbum feci et domino a Vels consignavi.

Cum primum ad hospitium meum perveneramus, statim exposui omnia domino a Vels, que mecum antea erant acta in templo et postea in arce, cui placuit, ut solus eos audirem.

Lune 24. Decembris mane hora nona venerunt successive Colocensis, Perenny Petrus, frater Georgius et Waciensis episcopi et habito inter eos prolixo Hungarico sermone tandem Colocensis dixit, eos omnes ad hoc ad me venisse, ut mihi soli exponerent ea, que ab eorum rege haberent in mandatis. Dixi me lubens eos auditurum. Colocensis itaque dixit, me recordari posse, quemadmodum ego ex Cremnitia ac postea ex Vienna ad eos scripsissem, eosque exhortatus fuissem, ut apud eorum Dominum instarent, primo ut animum suum declararet, ut facta aliqua pace se vellet hostem Turcis declarare, aut in aliqua amicitia vel confederatione cum illis permanere. Secundo ut postquam Cremnitie inter nos nihil concludi potuit, ut ab eorum Domino intelligere velint alias conditiones et modos quibus ipse pacem amplecti velit, modo dicebant se extrema apud eorum Dominum tentasse et ipsius resolutionem habere, que talis esset. Quantum ad primum articulum dicebant eorum Dominum eius esse animi, ut facta pace inter

Romanorum Regiam Maiestatem et se, velle id facere, quod Cesaree Maiestati magis consultum videretur. Quod si illius Maiestas vellet, ut ipse Vayvoda se interponeret inter Turcarum Imperatorem ac regem Romanorum, non dubitaret efficere posse, ut ad aliquot annos firmas inducias concederet quoad Regnum Hungarie, donec Cesarea Maiestas cum Francorum Rege res suas componeret ac alios Principes et status Christianos induceret, quo communibus viribus contra communem totius Christianitatis hostem et tyrannum aliquid firmi et stabilis remedii excogitarent. Quod si Maiestati Cesaree ita non esset visum, tunc offert se statim facta pace una cum Cesarea et Romanorum Regia Maiestate hostem contra Turcam declaraturum et non solum contra Turcam, sed omnes hostes prefatarum Maiestatum presentes et futuros declaraturum.

Quod autem ad secundum articulum pertinet, dicebant, iamdudum eorum Dominum Viennam misisse suum secretarium Matusnay cum sufficienti declaratione eorum, que eorum Dominus peteret et quibus conditionibus pacem hanc concludi desideret et velit, ad que penitus se remmittebant. Ego de priori articulo dixi, mihi nunc esse satisfactum, sed quia dominus Colocensis tacite innuit ac si ego illud aut Cesaree aut Regie Maiestatum iussu ab eis expostulassem, declaravi illud ex me solo fecisse ob hanc causam. Quoniam iam quintus ageretur annus, quo in hoc negotio Hungarico semper heserim et interim multa et diversa necessaria et utilia negotia pro Cesarea Maiestate in Germania exequenda obmisi, ne ego perpetue ita hererem, sed ut intelligerem, an de hac pace Hungarica aliquid sperandum esset vel ne, volui id tentasse et intellexisse, an eorum Dominus ad primum articulum negative respondisset. Tunc ego occasionem habuissem, me ab isto negotio absolvendi et ad alia magis utilia intendendi. Quia sciebam, Cesaream Maiestatem absque illius articuli declaratione nihil per me tractari voluisse. Replicavit cum colera dominus Colocensis: Ergo vos Lundensis voluistis a Rege meo eius animum expiscari et illum Cesaree Maiestati scribere et tandem vos absolvere a negotio! Hoc a vobis non expectavimus. Ego repetii, quod ipsi a me nihil expectent, quam a probo sit viro expectandum, quodque ego ille non sum, qui ad expiscandi ingenii vires protendam. Sed necessitas me compulit, ut post tot illusiones primo Neapolis, deinde Waradini, tertio Cremnitie, semel tandem hoc unum intelligerem, an eorum Dominus pacem velit, vel perpetuo Cesaream Maiestatem denique et me illius indignum ministrum suis protractionibus illudere? Sed si Dominatio sua recordaretur eorum, que Cremnitie mihi dixerat,

videlicet Dominum suum ipsum ac Dominum Waciensem eo eos ibidem destinasse, ut a me omnia expiscarentur et investigarent, quod ego probe docere possum per literas eorum Domini, que adhuc fortassis apud me extant, quibus illis duobus hoc expresse iniungit. Sit igitur apud eos iudicium, quis ad expiscandum venerit, ipsi vel ego? Ad hec mihi nihil responsum est, unus in alterum oculos coniecit, alii me inspexerunt, alii alterum. Deinde dixi, recordari me qualiter eorum Dominus secretarium suum Matusnay cum quibusdam articulis misisset, sed, quia nulla ratione fundati erant, nolui ad eos quicquam respondere, nisi quod reverendus dominus frater Georgius thesaurarius et dominus Petrus de Peren habuerunt cum magnifico Domino Leonardo a Vels capitaneo generali colloquium, in quo desiderabant meum ad exercitum adventum, quod, si impetrare possent, pollicebantur et ingenue eorum operam, ut illa omnino fieret. Ob eam causam magnificus dominus Jeronimus Laskus ad dictorum dominorum fratris Georgii ac Petri a Pereni (preces?) Viennam venit, qui tot precibus totque de futura pace firma spe promittens, me tandem induxit, ut tandem ad exercitum pervenerim sub die 16. Novembris. Interim tamen parum aut nihil subsecutum esset, cuius culpa? ipsi noverunt eque ac ego. Subiunxi tandem me eo vocatum fuisse, ut tractatus illos Cremnitie inceptos continuaremus, vel illos, quos Colocensis et Waciensis Cesaree Maiestati ultro obtulerunt. Ergo mihi indifferens esse, quem ex istis tractatibus acciperent, modo semel ad negotia ineunda deveniretur. Colocensis respondit, jam tractatus illos Neapolitanos esse sopitos, neque ex illis aliquid determinatum fuisse. Respondi ipsi: Hoc dicere possint, sed quo eorum duorum videlicet Colocensis et Vaciensis decori? ipsi noverint. Redeamus, dixi, ad tractatus Cremnitienses. Quo audito denuo inter se aliquandiu loquuti sunt et tandem Colocensis dixit, verum esse, quod Dominus suus Rex pacem hanc, tum pro commodo Reipublice Christiane, tum etiam ut Cesaree Maiestati gratificari posset, plurimum optare, sed eo modo, ut omnia retineat, que possideat, videlicet Transilvaniam, Budam, Cassoviam, Tockay et alia omnia de maximo ad minimum usque. Quod si tale mandatum a Cesarea Maiestate haberem, illud dicerem, quod si non, scirent se hic frustra tempus perdere; velle tamen eorum Domino resolutionem meam scribere et responsum expectare. Instituerunt tamen denuo exactissime, ut Dei et Reipublice ac istius miseri Regni amore omnia, que a me prestari possent, facerem, nec sinerem hunc conventum sine fructu dissolvi. Scire se, eorum Dominum pacem facturum et eam

honestis conditionibus conclusurum, modo ego ad illum accedam personaliter et illi ea que possidet reliquerim. Quia de patrimonio et aliis magnam spem omnes mihi dederunt, ut se eorum Dominus tractabilem reddat, nolui ad ista absque consilio domini a Vels quicquam respondere. Sed quia hora erat XII, itum est ad prandium, et quia erat vigilia natalis Domini nostri Jesu Christi, eo die sacris intendimus et alio die ante meridiem communicavi omnia cum domino Capitaneo Generali, cui ista non displicuerunt.

Die Martis, 25 Decembris, que erat dies natalis Servatoris nostri Jesu Christi, post vesperas venerunt ad me Colocensis, Waciensis, frater Georgius et Petrus de Peren, quibus ego ex voluntate et consilio domini Capitanei Supremi, domini de Fels, dixi: Habere me (sicuti vidisse potuerunt) sufficientia mandata a Cesarea et Romanorum Regia Maiestatibus ad tractantum et concludendum hoc pacis negotium, sed video eos in animo non habere aliquid mecum tractandi, cum ipsi ea mihi proponunt, que in istis tractatibus desiderant, in quibus nec moderationem nec immutationem minimam per me fieri admittunt. Idcirco nesciebam, ad quid me vocaverint pro mediatore istius negotii. Verum, si ipsi ad Regni conservationem tantopere sua studia tenderent, quemadmodum ore profitentur, non deberent se in eorum opinione et propositionibus admodum pertinaces exhibere, maxime ubi semper profitentur, eorum Dominum omnia ad Cesaree Maiestatis contemplationem facere. Quod si ita esset, non dubitaremus, quin et se Cesaree Maiestatis moderationi submitterent et similia multa. Responderunt, semper et sepius se iustissima petiisse, immo iniquum esse, si aliter decerneretur. Velle eorum Regem ea omnia retinere, que possidet, nec minimam particulam ab illis unquam dimittere, sed de patrimonio et aliis petitis inveniri posse media, quibus ad gratificandum Maiestati Cesaree inducatur ad omnia honesta acceptanda. Immo dominus Vaciensis dixit, quod quisque id quod tenet imposterum possideat, ad alia se intromittere non posse. Rogavi, ut melius deliberarent hac nocte et media aliqua excogitarent de Transilvania, de Cassovia vero et Tockay sub induciis per me nomine Cesaree Maiestatis factis interceptis, aperte dixi nihil cum illis concludere posse et audere, nisi illis prius Regie Maiestati restitutis. Opposuerunt se, dicentes denuo, nihil posse restituere penitus, ut prius, sed tamen usque ad crastinum deliberare velle.

Mercurii 26. mane. Audito sacro venerunt prefati commissarii ad hospicium meum ad dominum a Fels et me. Interrogati a me, an Dominus Deus ne meliori spiritu eorum corda illuminasset,

dominus Colocensis nomine omnium excusavit se coram Domino a Fels, quod heri soli mecum tractassent eo absente, quia hoc ab eorum Domino habuisse in mandatis. Dominus a Fels iterum respondit, se hoc quotiens vellent et publice et secrete facere posse, quia ego neutralis essem, et ipsi etiam liberum esse, me ad partem et secreto conveniendi, quotiens illi hoc libuerit. Deinde Colocensis continuavit longo sermone ea, que millies dicta sunt, quod Romanorum Rex merito deberet contentari de oblatione eorum Domini et illum in Regno ad vitam ferre. Similiter Maiestas Cesarea, que in suos privatos hostes se semper clementissimum exhibuit, allegando Ducem Mediolani Franciscum et alios, debere itaque se talem mediatorem ostendere, ut regem Joannem sua liberalitate et clementia ad hoc induceret, ut Regnum hoc absque ullis impensis et hoc integrum et non devastatum fratri suo acquireret, allegando multa in eam sententiam, quod impossibile foret Regnum hoc absque Joannis adiutorio sub dicione Regis Romanorum conducere posse. Et in hanc sententiam multa. Dominus a Fels et ego iterum pro Transilvania atque Cassovia instetimus ac firmiter inhesimus, potissime in restitutione Cassovie. Cum intelligerent, nos in iis firmiter herere, abduxerunt se in aliud cubiculum, ubi scripserunt literas ad eorum Dominum, quas ante prandium miserunt. Et tandem satis aperte nobis dixerunt, se nullum penitus habere mandatum nobiscum de Transilvania aut Cassovia agendi, immo expresse in mandatis habere, quod ne minimum quid cederent aut dimitterent. Verum, si nos vellemus cum eis pacem, ut ab ista petitione desisteremus, non dubitarent, quin de patrimonio et aliis pro equitate componere nobiscum possent. Quod si non faceremus, se ulterius nobiscum tractare non posse. Itum est ad prandium, quia erat ultra duodecimam istius diei. Exacto prandio (quod mecum sumpserunt), quia tarde finiebatur, iverunt domum, et frater Georgius dixit se die crastina ante meridiem fortassis ad me venturum.

Jovis 27. Decembris mane, hora 9 venit ad me frater Georgius, qui solus multa mecum egit, ut pacem omnino hac vice componerem, quod nisi facerem, futurum, ut Dominus suus non solum se, sed et totum Regnum in desperationem poneret extremam, ex qua sequeretur inprimis illud inconveniens, quod Regnum hoc in eternum nunquam perveniret ad domum Austrie rogavitque ita me, ut ob Christi passionem ne occasionem benegerendi pretermittam, si modo salutem Cesaree ac Romanorum Regie Maiestatum cuperem. Ego respondi, me hoc ex animo atque totis viribus facturum, sed viderem ipsum et suum Dominum in hac re nimium difficiles et pertinaces, ita quod

nec ad Cesaree Maiestatis contemplationem neque meam interventionem quicquam de iis, que proposuerunt, cedere velle. Rogavi itaque eum tanquam illum, qui Reipublice Christiane preceteris in hac re inservire poterit, velit se aliter de Transilvania et Cassovia deliberare atque media aliqua excogitare, quibus ego per aliquam occasionem inducerer ea admittendi, que etiam a Maiestate Cesarea non habeam in mandatis. Respondit ad salutem anime sue, quod Dominum suum ad alia inducere non potuit et hoc cum magna difficultate, ut etiam retentis omnibus, que possidet, ad vitam, se suosque liberos a Regni successione privaret, ac Romanorum Regiam Maiestatem suosque liberos et heredes ad hoc instituat, de quo merito Cesarea et Romanorum Regia Maiestates contentari deberent. Et aperte dixit: Si ego ad hoc non haberem mandatum admittendi, frustra fieri omnes tractatus. Ego tamen ut in aliis eos redderem faciliores permansi in meo proposito de petenda Transilvania et Cassovia, rogans eundem, ut hoc die melius deliberaret et die crastina iterum nobiscum conveniret melius deliberatus. Deinde dixi. esse et alios articulos, de quibus nobis esset tractandum, videlicet de patrimonio et aliis, ut de illis etiam cogitaret. Ille respondit, Dominum suum nunc honestissime repetere posse et debere patrimonium suum, quia, inquit, quid Domino meo prodesset patrimonium post illius mortem. Respondi, quod juste petere poterit totam gratiam, quam facilius essemus illi concessuram, sed iustissime nos illi denegaturos patrimonium nunc restituendum, antequam Regnum hoc totum ad Romanorum Regie Maiestatis devotionem pervenerit. Et si ab illa petitione desistere non vellet, non opus esset, ut amplius conveniremus, quia iam tractatus istos eorum finem assecutos esse. Dixit, se cum collegis de crastina super hiis nobiscum tractaturus.

Dominus Vaciensis eo die cum domino a Fels et mecum pransus est. Hic peracto prandio mecum multa loquutus est in hanc sententiam, ut omnino efficerem, ne pacis isti tractatus absque fructu dissolvantur, quia, inquit, scire se Regni interitum ante oculos esse, et Dominum suum ad extremam desperationem iturum, quod omnino cavendum esset, eo potissimum, quod Romanorum Rex et sui successores nunquam Regnum hoc assequi possent armis, sed hoc modo absque dispendio et periculo assequerentur, et in hanc sententiam multa. Ego dixi, me pacem hanc duplici modo facillime facere posse. Primo si ego omnia admitterem, que ipsi nomine eorum Principis petunt et sic similiter ab alia parte, que expostulantur. Si ego ea admitterem etiam, ibi pax esset admissa, quia uter-

que durus existeret. Repetiit multa et antea centies repetita. In summa rogavit, ut a petitione Transilvanie et Cassovie abstinerem. Licet dixit, se et dominum Colocensem consuluisse, ut propter Cassoviam pax ista omitti non deberet, tamen eorum dominum ad hoc inducere non potuisse, ut assentiret, dantes fratri Georgio culpam, quominus eorum Dominus accesserit.

Dixit etiam dominum Petrum Perenni non admodum cupidum ad pacem istam componendam, neque fratrem Georgium sinceriter eandem promovere, addens causam, quod Petrus sit Lutheranus atque, si pax fiat, cogetur eam sectam dimittere aut bonis omnibus et vita privabitur. Deinde multa restituere cogetur, que nunc occupat. Fratrem Georgium scire se non permansurum in ea auctoritate in qua nunc existit.

Admonui ea die dominum a Vels, qualiter frater Georgius multa fuisset conquestus de violatione induciarum et dixisse, se etiam non tolleraturum illam iniuriam, sed cum usura vindicaturum; et quantum coniicere potui, voluit dixisse de recuperanda Tockay.

Veneris 28. Decembris. Domini oratores adverse partis omnes et ante et post meridiem satis aperte nobis dixerunt, se de Cassovia Romanorum Regie Maiestati dimittenda aut de ea medium aliquod proponendo nihil efficere aut concludere posse, quia ad hoc nullam ab eorum Domino haberent commissionem, neque etiam dignum fore, ut ab eo repeteretur, quia nullum alium locum tutum haberet, ad quem tempore necessitatis cum futuris conthorali et liberis confugere posset, quando Turca Regnum istud invaserit. Dominus a Vels et similiter respondimus, nos nullum ad hoc a Dominis nostris habere mandatum dimittendi. Sed ego, ut Cesaris Orator, Cassoviam repeterem Cesaree Maiestatis nomine tanquam sub induciis sue Maiestatis auctoritate factis interceptam. Tandem dixerunt et denuo insteterunt, ut non gravarer Waradinum ire, tunc super isto articulo sperarent, se eorum Dominum inducturum, quo pro tempore et rerum conditione voluntati Cesaree Maiestatis se omnino non opponeret. Respondimus illud omnino facere non posse; nisi prius articulis aliis compositis, videlicet de patrimonio potissime. Ad quod dixerunt ipsi, quod Scepusium, Tockay et alia quedam eos omnino repetere velle et debere atque certissimum fore, ut eorum Dominus absque illorum restitutione nunquam hanc pacem esset amplexurus. Repetivimus et nos, quod etiamsi etiam nunquam pax ista fieri deberet, sibi pro certissimo persuaderent, nos in restitutione patrimonii ne in valore decem florenorum, quoad eorum Dominus vixerit, assentire nec velle nec posse, sed quando in

eo instarent, nos amplius cum illis nihil tractare velle, sed die crastina recedere. Tunc post multa colloquia multis persuasionibus atque precibus insteterunt, ut nos ambo non gravaremur Waradinum proficisci, nihil dubitantes, quin super istis quoque articulis patrimonii bene conveniremus. Quod, ut omnino faceremus, minis, tum protestationibus, aliquando persuasionibus diversis et precibus nos moverunt. Deinde quia tempus induciarum intra triduum expirat et nos nullas literas a Romanorum Rege superinde acceperamus, actum est de induciis prorogandis. Et tamen nihil conclusum, sed diximus nos super utroque articulo usque ad diem crastinum deliberaturos eisque responsuros. Rogarunt ut omnino illud cras fieret, quoniam habito isto a nobis responso omnino discedere decrevisse.

Sabati ante meridiem Dominus a Fels et ego accessimus arcem et pransi sumus cum domino Petro et aliis. Ante meridiem prorogavimus inducias per totum mensem Januarium eisdem conditionibus, quibus priores facte erant, adiunctis quibusdam articulis, prout in copia literarum induciarum latius continetur. Posuit etiam utraque pars in mea deliberatione posse prorogare inducias istas sub similibus conditionibus usque ad medium mensis Marcii proxime futuri, ita tamen quod ante finem mensis Januarii debeam ambobus Principibus aut coram Capitaneis Generalibus indicare, si eas prorogare velim vel ne, ut uterque princeps sibi sciat in tempore providere. Et sic pransum est itum, quo finito et post multos tractatus hinc inde habitos et propter multos respectus, ne tractatus iste pacis dissolveretur, quia aperte nobis dixerunt, se nihil amplius hic nobiscum tractare posse aut velle, prenarratis multis protestationibus coram Deo, Cesarea et Romanorum Regia Maiestatibus ac toto Christiano orbe, per nos et non per eos stetisse, quominus pax ista succederet. Tandem, cum omnia et nos cum eis tentaveramus, ut eorum Dominus huc in Patak aut in Debrezen veniret, et nihil proficeremus, tandem ob bonos respectus dominus Leonardus respondet, se absque expresso sui Regis mandato ad nullum alium locum quam istum designatum accedere velle, donec aliud a Romanorum Regia Maiestate haberet in mandatis, ego vero de consilio prefati Domini a Fels annui me venturum Waradinum usque, modo et ipsi tria mihi presente domino a Fels promitterent, primo ut iuxta eorum promissa negotium hoc pacis et presertim de Cassovia sinceriter et affectuose promoverent, quo dignitati Maiestatis Cesaree satisfieret, secundo, quod quotienscunque a Waradino recedere velim, illud mihi liberum esset et nec precibus nec aliis dilatationibus detinerer, tertio ut de patrimonii restitutione nullam penitus

ibidem mentionem mihi facerent, quia aperte dixi neque de eo restituendo loqui neque tractare posse, aut etiam velle, ideo, ut si hoc in animo haberent, super aliqua restitutione etiam illius minima parte mecum tractare velle, hoc hic potius dicerent, ne frustra eo proficiscerer. Hiis tractatibus totum diem consumpsimus, deinde rediimus ad hospitia nostra satis tarde.

Ante nostram a castro abitionem intelleximus postam quendam ex Scepusio ad nos cum literis Regiis esse interceptum et occisum non procul a Cassovia, de quo vehementer indoluimus. Misit subito dominus Capitaneus Generalis Cassoviam ad resciendum, per quos nefas istud perpetratum existat, ut nocentes puniri faciat. Referebatur enim nobis factum fuisse per servitores domini Georgii Seredi, qui in Lypoltz castrametantur. Nos omnia negotia studio prorogavimus, sperantes postam a Regia Maiestate omnino venturam. Verum cum de predicte poste interemptione et spolio intellexeramus, visum nobis fuit frustra amplius immorari, et ob id et alias rationabiles causas eo facilius condescendimus ad ea, que supra proxime scripta sunt.

Papir, 38 oldal, eredeti, 1537 decz. 20—28. V. ö. *Százados* 1878 évf. 823 l. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung.* Közli : BUNYITAY VINCZE.

219.

1537.

Katholikus szertartásokra fordított költségek a soproni Szent-György-egyház számadásában.

«Casparn Judnfeindt Kirchvatter Sannt Georgen Kirchen Raittung anno Domini 1537.

Vermertht mein emphang sandt Jering Khyrchen im Jar 1537.

Item Michel Katter zinssgelth, so es dyendt von X pondus IIII. ss.

(Universim solvit zinssgellt pro 40 ponderibus.)

Item mer hab ich paudt in den sexweingarten wein...

Vermerth mein aussgeben...

Item antlass phinstag um Rauch 4 den.

Item am antlass phinstag czu den Alter-waschen und den Prÿester an trunckh II pindt wein um 14 um und III den. um preczen und 14 den. um kherczenl czu denn eltern das is I ss. XV den.

Item von Laub czu fÿerrn czu sannds Jering Kyrchen.

Item schuelmaÿster fÿer das frueschtuck ann sanndt Jeringtag fleÿss, khrautt, praÿdt und wein I ss. VI s. denar.

Item dem pharrer von Gotzleÿchnam ampt von den tagczeytten, dy man singt czu gotzleÿchnamsstag III tt den.»

Eredetije Sopron város levéltárában. Lad. XXXV. Nr. 1.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

220.

Kolozsvár, 1537.

Kolozsvár város száz férfiainak és egész közönségének első helyhatósági törvényszabályaiból:

«*Decimus Quintus Articulus.* Quod Domini Judex et Cives Jurati ante omnia curam ecclesiasticam gerant, et defectum divinorum officiorum agnoscentes, redarguant, insuper dominum plebanum ad servandos sacellanos ad numerum susceptum ac praedicatorem Hungarorum cohortentur.

Vigesimus Septimus Articulus. Nullus presbiterorum aut religiosorum et nobilium haereditates quascunque, puta domos, vineas, hortos in medio nostri observare seu emere debeant. Si qui habuerint, vendere debeant et teneantur, demptis ab antiquis fundatis. Et si quis commansorum nostrorum ipsis vendiderit, poena debita iuxta antiquam consuetudinem puniatur, videlicet bona auferantur et ad necessitatem civitatis exponantur.»

A városi levéltárban levő eredetiből közölve *Jakab* Elek: Kolozsvár története. Oklevéltár I. 379—383.

221.

1537.

Ismeretlen külföldi protestáns előszava Dévay Mátyásnak Nürnbergben vagy Bázelben (?) nyomtatott (egy könyvben megjelent) két latin nyelvű művéhez.

Ad lectorem. — Satis apparet, quomodo Satan ubique se opponat, ne doctrina evangelii sincera etiam apud aliarum linguarum homines innotescat. Nam cum vir doctissimus et optimus D. Matthias Deuay, in sua lingua, Cassoviae et alibi in Hungaria evangelion annunciasset cum magno fructu, excitavit Satan zizania sua per

monachum quendam Zegediensem, qui varie calumniatus est sanam doctrinam. Quare D. Matthias rationem publice toti mundo voluit reddere, quod nihil impium aut scandalosum in Hungaria praedicaverit, et hos duos libellos adornavit, in quorum altero priore disputat contra abusum invocationis sanctorum, quod ea non solum frustra sit, sed et impia. Siquidem soli Christo honos invocationis debetur, et sancti nondum sunt consummati, sicut epistola ad Hebraeos dicit capite XI. et Paulus dicit, quod etsi non omnes morientur, tamen omnes subito mutabuntur. Et ad Thessalonicenses, quod nos non antevertemus eos, qui mortui sunt. Haec fuit causa pio homini, cur de statu animarum post hanc vitam disputaret ex professo, ut scilicet invocationem sanctorum ex hoc fundamento totam convelleret et everteret. Siquidem sancti, etsi sunt et suam quietem habent, tamen nobis sunt, acsi non essent, quod attinet ad invocationem et intercessionem, sicut Esaia quoque dicit: Abraham nescit nos etc. In posteriore libello, quia quaedam ipsius propositiones ab insano monacho iniquissimis calumniis publico scripto erant traductae, propter fratres, quos in Hungariae regno habet, coactus est ab istis calumniis sententias suas vindicare, in quibus (nam breves propositiones sunt) fere omnia complexus est, quae ad fidem nostram docendam requiruntur. Has lucubrationes speramus bonis omnibus gratissimas fore, quod sunt quasi primitiae, quae Domino tempore Evangelii ab aliarum nationum hominibus offeruntur. Quare non gratias solum pro hoc dono agere, sed et Deum orare debemus, ut hoc pacto Evangelion suum propaget etiam in alia regna; ut quemadmodum haec doctrina apud Germanos gloriam Christi, quam sophismatibus suis monachi oppresserunt, illustravit ac Pontificis et suorum impietatem in publicum produxit, ita etiam aliae nationes studio cognoscendae gloriae Christi *et odio Papae,* qui vere Antichristus est, *impleantur.*[1] Amen.

Disputatio de statu, in quo sint beatorum animae post hanc vitam, ante ultimi iudicii diem. Item de praecipuis articulis christianae doctrinae. Per Mathiam Devay Hungarum. — His addita est Expositio examinis, quomodo a Fabro in carcere sit examinatus. (Hely és év nélkül.) F. a. 2.

[1] Haec sunt verba Martini Lutheri in oppido Schmalkald a. 1537. mense Februario ad praedicatores illi valedicentes dicta.

222.

Kelet nélkül (1537).

Kecseti Márton veszprémi püspök kéri a királyt, hogy számára a veszprémi püspökségről és a tihanyi apátságról az adománylevelet állíttassa ki és engedje meg, hogy a legközelebbi veszprémmegyei adót a veszprémi vár megerősítésére és fentartására fordíthassa; kéri továbbá néhai Thomay javainak adományozását.

Sacratissime Rex, Domine, Domine Clementissime.

Supplicat Sacre Maiestati Vestre in persona mea dominus meus gratiosus Martinus de Kecheth, episcopus ecclesie Vesprimiensis, ut Sacra Maiestas Vestra literas iurispatronatus Episcopatus sui Vesprimiensis et literas super abbatiam Tykonium et dicam proxime futuram comitatus Vesprimiensis sibi exigendam in arcis sue Vesprimiensis munitionem ac conservationem, preterea bona quondam Francisci Thomay per defectum seminis Bartholomeo de Gynch, quondam magistro curie pie memorie domini et fratris sui Thome a Zalahaza, episcopi Agriensis ac cancellarii Sacre Maiestatis Vestre Regni Hungarie, ex sua innata clementia dare, donare et conferre dignetur. Gratiosam a Sacra Maieste Vestra exspecto relationem.

Supplicatio episcopi Vesprimiensis.

Egykorú másolat. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

223.

Kelet nélkül (1537).

Brodarics kéri a trienti bíbornok püspököt és főkorlátnokot: eszközöljön ki számára két szabad menetlevelet, hogy hazájába biztosan elmehessen. Egyet saját személye és cselédsége, valamint két vele utazó kereskedő számára, a mást pedig holmija és könyveinek elvihetésére.

Reverendissime Domine, Domine observandissime. Supplico v. reverendissime et illustrissime dominationi dignetur facere expediri literas salvi conductus, quarum vigore possim secure in patriam redire.

Opus est mihi binis literis salvi conductus: unis (!) pro persona, familia et hiis reculis, quas mecum ferant, in quibus apponatur etiam Andreas Corsinus Florentinus et Felix Venetus mercator, quibus ambobus indulsit Maiestas Regia mecum venire.

Alie litere sunt mihi necessarie pro aliis pluribus rebus meis nunc adductis ex Italia, quas nunc hic relinquo, ut soluta glacie per Danubium commodius Budam deferentur. Res autem ille sunt pro maiori parte libri.

Eiusdem V. Rssme et Illme D.

servitor obsequentissimus
S. Brodericius,
nescio si Quinqueecclesiensis vel potius futurus Suffraganeus Tridentinus iuxta vaticinium Pauli Jovii.

Kívül: Reverendissimo et Illustrissimo Domino meo observandissimo Domino Cardinali Tridentino, Summo Cancellario etc.

Egy félív papir egyik oldalán, kelet nélkül, egészen Brodarics írása. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1537. August. 75.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

224.

Kelet nélkül (1537).

Frangepán Ferencz egri, és Brodarics István váczi választott püspökök hitük, becsületük és lelkiismeretükre fogadják, hogy ha a béke Ferdinánd és János közt hat hó alatt meg nem köttetik, Jánostól elpártolnak és örökre Ferdinánd hívei lesznek, habár javaiktól meg is fosztatnának, vagy üldözést szenvednének.

Nos frater Franciscus de Frangepanibus Agriensis et Stephanus Brodericus Waciensis ecclesiarum electi promittimus et pollicemur sub bona nostra fide, honore ac vinculo conscientiarum nostrarum serenissimo domino nostro, domino Regi Ferdinando, nos in eventum, in quem pax et tranquillitas inter Maiestatem Suam ex una et Regem Joannem, occasione Regni Hungarici partibus ab altera, infra tempus semestre, a data presentium computandum, non sequeretur (quod Deus procul avertat), pluribus et rationabilibus ex causis animum nostrum ad id moventibus, et imprimis ne participes tantarum cedium et effusionum sanguinis Christiani, tum rabie et immanitate Thurcica, tum etiam furore domestico pretextu Regni eiusdem patratarum diiudicari possemus: prefato domino Joanni Regi, contra ipsum serenissimum dominum Regem Ferdinandum heredesque ipsius presentes et futuros nullo unquam tempore inservire velle, quin potius parati sumus, persequutione personali propterea in nos et direptione bonorum ecclesiarum nostrarum excitata et seviente, ecclesias easdem illi resignare, ea tamen lege, ut idem serenissimus dominus rex Ferdinandus exnunc

annuat gratiose, ut in ecclesiis eisdem confirmari temporumque processu Ecclesias ipsas recuperare valeamus et nihilominus interim dum Ecclesiis eisdem exuti essemus, Maiestas Sua de honesto commeatu expensisque nobis providere, quodque interea temporis, dum per regem Joannem in Ecclesiis prefatis tolerari forsitan nos contingeret, Maiestas Sua nos in illis, bonisque et proventibus earum universis tutos, quietos et pacificos citra ullum militum seu hominum suorum impedimentum intertenere et conservare dignetur. Harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum etc.

Fogalmazat kelet és aláírás nélkül, egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1537. Nov. 8.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

225.

Kelet nélkül (1537).

Ferdinánd király komolyan meghagyja Thurzónak, hogy az örökösök nélkül elhalt Pásztohi István birtokait, melyeket titkárának, Bornemisza Pálnak és Hencz Máténak adományozott, késedelem nélkül adja vissza nekik.

Litere patentes ad Thurzonem. Ferdinandus. Dederamus superioribus annis fidelibus nostris egregiis Paulo Bornemyza secretario nostro et Matheo Hencz pro eorum servitiis quasdam possessiones Pazthow, Thokold et portionem possessionariam in possessione Rathon in comitatu Nitriensi habitas, que per mortem et defectum seminis Stephani quondam de Pazthow iusto iure ad nos devoluta erant, illas te potenter tanto tempore absque iusta causa tenuisse et modo tenere ex supplicatione prefati Pauli Bornemyza sane intelleximus, cum autem pro comperto habeamus nihil iuris te in illis bonis habere, non permittemus ullo pacto ipsos suis iustis iuribus a te privari violenter: fidelitati igitur tue per presentes serio committimus, ut acceptis presentibus prefatas possessiones Paulo Bornemyza et Matheo Hencz cum omnibus illarum utilitatibus absque mora possidendas remittere et integre restituere debeas. Secus...

Datum mutata.

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán, kelet nélkül, de a másik oldalon ugyanazon kéztől a kelet: decz. 31. 1537. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1537. decz. 99.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

226.

Libetbánya, 1538 január 14.

«Laurentius ein diener des Wort Gottes» beismeri, hogy hibázott, midőn egyes polgárok szavára hallgatva a libetbányai újbiró, biró és tanácsosok ellen beszélt s így lázadást idézett elő. «Ach Got, wie wer ich schyr noch irem anhallten ein bub worden und durch ainen ieczlichen sonderlich vormanes soldet mich fürstehen, das nur die schulde uberall mein were und mein ehlich Weib und mein Kinder und mein armut, elendt und betrubnus hetten.»

Laurentius, minister verbi Dei in Libetbánya recognoscit se peccasse, cum contra neo-iudicem, iudicem et senatores oppidi Libetbánya declamaverit et sic seditionem in oppido excitaverit.

Egykorú másolat Selmeczbánya levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

227.

Beszterczebánya, 1538 január 15.

A beszterczebányai tanács megírja Körmöczbánya városának a libetbányai lázadás történetét. Wan Lőrincz és Zelischer Dániel vezették félre a papot, hogy a biró és a tanács ellen beszéljen. A papot először egy pinczébe zárta a libetbányai új tanács, ekkor aztán jobb helyet kért és vallott. Mivel pedig ez az ügy az összes bányavárosokat érdekli, a libetbányai nép és tanács kibékítése végett tanácskozásra hívja meg a körmöczbányai tanácsot is.

Senatus Neosoliensis perscribit civitati Cremniciensi seditionis Libetbányensis decursum. Praedicator seditionem excitans prius in cellam detrusus fuit, dein meliorem locum optans seductores suos prodidit. Quia haec res omnes montanas civitates tangit ad pacem inter senatum populumque Libetbányensem reducendam senatum Cremniciensem quoque ad colloquium evocat.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

228.

Bécs, 1538 január 15.

Mihálovics András veszprémi éneklő-kanonok attól félvén, hogy ellenségei veszprémi kanonokságától elütik: kéri Ferdinánd királyt, nehogy Ujlakira hallgatva a kanonokságára mást nevezzen ki, mert maga Gráczban a királytól neveztetett ki és abban már installáltatott is.

Sacratissime Rex et Domine, Domine mihi Clementissime. Maxima semper clementia Maiestas Vestra Sacratissima me prosequuta est, sed fuerunt et modo sunt homines, qui id, quod

Maiestas Vestra Sacratissima ex gratia sua mihi contulit, a me perdiderunt, literas contra literas a Maiestate Vestra Sacratissima petendo, quia ipsa omnia, que cui dat, in tantis curis memoria tenere non potest. Hoc pacto careo castro Zelyna et prepositura Glogoncensi, pro qua Prepositura nuper novissime in Gracz dedit mihi Maiestas Vestra Sacratissima cantoratum in Ecclesia Wesprimiensi, quem Cantoratum similiter a me perdere conantur. Dominus Wylaky scripsit donationem et dedit illam suo secretario, pro cuius redemptione dabam decem florenos Hungaricales, et quia modo plus dare non possum, minatur mihi, quod inveniet alium, qui etiam quinquaginta florenos in auro dabit. Est enim animus eius literas meas occultare et pro alio denuo petere aut aliquem instigare, ut petat. Quare humillime supplico Maiestati Vestre Sacratissime, si quis talis reperiretur, qui cantoratum Wesprimij a Maiestate Vestra Sacratissima peteret, ne illi conferat, quia mihi dedit et iam installatus sum. Donationem meam dominus Wylaky cum suo secretario detinet, quia non possum illis dare redemptionem, quam cupiunt. Maiestatem Vestram Sacratissimam Altissimus ad vota felicem conservet, ad chuius (!) pedes me humillime commendo. Wienne die 15. Januarij 1538.

Eiusdem Maiestatis Vestre Sacratissime

humillis et devotus Servitor
Andreas Myhalewyth,
ex gratia Maiestatis Vestre Sacratissime
cantor Wesprimiensis.

Kívül: Sacratissime Regie Maiestati Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. Domino meo Clementissimo.

Egy félív papir egyik oldalán, barnaviasz zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1538. Jan. 37.* — Ugyanígy ír ugyanazon kelettel Reverendissimo ac Illustrissimo Domino Domino Bernardo SS. Rom. Eccl. Cardinali, Episcopo Tridentino, Summo Regie Maiestatis Rom. Hung. Boh. etc. Cancellario etc. Domino mihi semper gratiosissimo. *U. o. Jan. 40.* Közli: BUNYITAY VINCZE.

229.

Lőcse, 1538 január 16.

Fels Lénárd inti a bártfaiakat, hogy a feleséges pap behelyezésétől álljanak el vagy ha már befogadták, rögtön bocsássák el, nehogy az uralkodó szigorú rendeletét a hitehagyotton végrehajtani kénytelenítessék.

Prudentes et circumspecti viri, amici honorandi salutem et benivolentiam! Declaratum est nobis, qualiter Dominationes Vestre omnino proposuerint sibi quendam sacerdotem, qui uxorem et

liberos habere certo dicitur, ex Cremnicio vocare et in pastorem et plebanum vestrum suscipere. Cum autem firmissime commissum habeamus ab Reg. Matte domino nostro clementissimo, ne in iurisdictione Maiestatis Sue istiusmodi insolitos et minus christianos ordines admittere, patique et tolerare debeamus: Dominationes Vestras rogamus, hortamur et admonemus diligenter, nomineque et auctoritate Reg. Mattis etiam committimus firmissime, ne eiusmodi hominem apostatam in medium vestri ulla ratione introducere presumatis; si vero ante admonitiones has nostras ipsum iam induxeritis, volumus, ut illico, visis praesentibus, sibi licentiam abeundi e civitate prebeatis, nam si secus feceritis, daturi estis nobis occasionem, ut talem secundum demerita sua et informationem domini nostri clementissimi, cui parere et optemperare cogimur, non modo capere, verum etiam in exemplum aliorum durissime punire faciamus, in dedecus et ignominiam civitatis vestre et vestrum omnium non mediocre, quod nos, nisi lacessiti, facere nullo modo vellemus. Curent itaque et Dominaciones Vestre in hac re voluntati nostre absque ulla excusatione correspondere et satisfacere. In reliquo Easdem felicissime valere desideramus. Datum ex Lewcha 16. Januarii anno Domini 1538. Leonardus liber Baro de Felss capitaneus generalis.

Kívül: Prudentibus et circumspectis dominis iudici, ceterisque consulibus civitatis Bartpha etc. amicis nobis honorandis.

Eredeti, félív papiron, a tábornok zárópecsétjével. — *Bártfa város levéltára.* Közölte Wagner is.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

230.

Lőcse, 1538 január 24.

Fels Lénárd jelenti, hogy a szepesi prépostság kanonokjainak és mindenrendű papságának panasza szerint Lomniczai János azon egyház prépostja elviselhetetlen és szokatlan taksák fizetésére szorítja őket s a pénzt világi czéljaira szándékszik fordítani. Kéri tehát a királyt, hogy ezt ne engedje meg, és a kérelmezők kiváltságait erősítse meg. Ő addig is a prépostot, kire nézve nagy a gyanú, hogy nősülni akar, zsarolásaiban megakadályozza.

Post servitiorum meorum in gratiam Sacratissime Maiestatis Vestre commendationem. Sacratissima Regia Maiestas, Domine et Domine Clementissime. Venerunt ad me venerabiles canonici ecclesie Scepusiensis reliquique sacerdotes, et universi spiritualis

ordinis viri, ad dictam preposituram Scepusiensem attinentes, conquerentes nobis, qualiter reverendus dominus Johannes de Lomnicza, prepositus prenominate ecclesie Scepusiensis ipsis nunc, sicut et sepius facere solitus est, intollerabilem et insolitam quandam taxam imponere niteretur. Quorum intercessione exaudita, licet dominum Prepositum semel atque iterum requisitum habuerim, ut ab istiusmodi insolita turbatione subditorum suorum supersedere velit: nichilominus tamen, ut michi denuo relatum extitit, aliud habere non vult, nisi ut taxa ipsis imposita pro voluntate sua solvatur. Cum autem pecuniam eam non ad commodum et utilitatem prepositure sue, verum ad secularia ab eis extorquere conaretur, nempe volens arcem Dwnawycza ab magnifico domino Hieronimo Lazky pro certis milibus florenorum ratione pignoris sibi ipsi appropiare: Sacratissimam Maiestatem Vestram tanquam dominum meum clementissimum rogo, ne digneatur (!) Eadem Maiestas Vestra dictos sacerdotes adeo indebite turbari non permittere (!). Nam arcem eam non solum pro se ipso impignoratam habere vult, sed etiam timeo, ne, habita arce, quovismodo uxorem ducere, ut michi revera dictum est, presumat. Id tamen, licet Sacratissime Maiestati Vestre pro certo affirmare non audeo, tamen ut ex communi omnium relatu intelligo, non abest a proposito. Quamvis autem nullam ab Sacratissima Maiestate Vestra informationem habeam, curabo nichilominus, ut in presentia mea usque ad Maiestatis Vestre latiorem informationem voti compos non reddatur. Utcumque tamen sit, Maiestatem Vestram Sacratissimam, tanquam dominum meum clementissimum rogo consuloque Eidem, ne digneatur Eadem habito Dei et eius iustitie respectu hos supplicantes in iustis eorum desideriis derelinquere. Nam si Maiestas Vestra Sacratissima propositum prepositi non redarguerit, solitam tyrannidem suam non minorari, sed dietim augmentari in subditorum suorum intollerabilem miseriam conabitur. Ceterum declaraverunt nobis, qualiter ipsi ad necessitates Maiestatis Vestre Sacratissime et sustentationem gentium Eiusdem spectabili et magnifico domino Johanni Koczianer sexcentos florenos mutuo dederint, quos etiam sepissime repetitos habere ab eo non potuerint, tamen, ut illud debitum solutum per Sacratissimam Maiestatem Vestram existat, supplicant Sacratissime Maiestati Vestre, digneatur Eadem Maiestas Vestra privilegia et articulos eorum Maiestati Vestre missos pro tutiore permanentia ipsorum confirmari facere, quatenus et ipsi confisi in Maiestatis Vestre Sacratissime assecuratione valeant justis eorum prerogativis gaudere secure, qui etiam dictam sexingentorum florenorum debiti

summam pro gratia Sacratissime Maiestatis Vestre et confirmatione privilegiorum suorum Eidem Maiestati Vestre Sacratissime relaxare se paratos offerunt. Et cum ijs Sacratissimam Maiestatem Vestram Deus Optimus Maximus felicem et diu fortunatam conservare digneatur. Datum ex Civitate Maiestatis Vestre Lewchowia 24 Januarij anno 1538.

Eiusdem Sacratissime Maiestatis Vestre.

Kívül: Sacratissimo Romanorum Hungarie et Bohemie Regie Maiestati etc. Domino et Domino meo Clementissimo.

Egy ív papir első két oldalán, az aláirás a tollban maradt; piros zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1538. Jan. 57.* — A királynak nyilt parancsa s a szepesi papsághoz intézett levele, melyben az ügyet a papságra nézve kedvezően intézi el, *u. o. 1538. Febr. 53. és 54.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

231.

Prága, 1538 január 25.

Ferdinánd király, szándéka lévén azón egyházi javadalmakat, melyeknek kormányzását idáig ideiglenesen világiaknak adta át, az egyháziak kezébe visszaszármaztatni, meghagyja az esztergomi érseknek, hogy a győri püspökséget, melyet Bakyth Pálnak átengedett volt, most pedig két fivére birtokában van, tisztességes és jó módon ezektől a király részére foglalja vissza, hogy azt a püspöknek, a kit illet, átadhassa.

Archiepiscopo Strigoniensi. Ferdinandus etc. Reverende Pater, Devote, Fidelis, sincere Dilecte. Quum pietatis officium est, ecclesiasticorum bonorum ita curam habere, ut que culpa temporum laicis aliquando administranda tradita fuerint, rursus ad manus ecclesiasticas perveniant, nos igitur non immemores, quo pacto Jaurinum cum pertinentijs suis (que quidem sedes est episcopalis) aliquandiu a magnifico quondam Paulo Bakyth possideri permiserimus, et recenti memoria tenentes, cum ea, que post obitum dicti Pauli Bakyth cum eius fratribus, egregijs Petro et Michaele Bakyth, aule nostre familiaribus, super restitutione prefati Jaurini illiusque attinentiarum nomine iussuque nostro acta tractataque fuerint, tum quemadmodum ipsi nos rogatos habuerint, ut saltem, ne viderentur plane a nobis destituti, pateremur illos ad breve aliquod spatium Jaurinum tenere, decrevimus iam tandem firma sententia et volumus, ut bona illa ecclesiastica ad legitimos dominos suos, uti pium et iustum est, redeant neque secularium in potestate diutius permaneant. Quapropter Dominationi tue etiam atque etiam vehemen-

ter committimus et precipimus, ut cum dictis Petro et Michaele Bakyth ad se accersitis omnibus, quibus potest, melioribus modis, viis atque rationibus agat tractetque, ut absque longiori mora Jaurinum cum omnibus episcopatus istius pertinentiis ad manus nostras cedant, suo scilicet presuli, ad quem iure pertinet, a nobis dehinc reddendum et consignandum, relicta tamen eis Sabaria, quam pignoris loco habent, nostram in eo expressam omnimodamque executura voluntatem. Datum Prage 25 Jauarij 1538.

Exp[edite].

Fogalmazat egy félív papir két oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1538. Jan. 61.* — Ugyane tárgyban ugyanezen kelettel s ugyanígy Kerecheni Zalay János pozsonyi főispánnak, továbbá Bakith Péternek és Mihálynak. *U. o. Jan. 62. és 63.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

232.

Prága, 1538 január 26.

Ferdinánd király a győri káptalan panaszából arról értesülvén, hogy Bakyth Péter és Mihály a nevezett káptalan jövedelmeit, a király ez ügyben kiadott parancsának ellenére, még mindig bitorolják, a tizedek felszedésében a káptalant akadályozzák: kemény fenyegetések alatt újból a legszigorúabban parancsolja, hogy a káptalan javairól vegyék le kezüket.

Ferdinandus... Fidelibus nostris egregiis Petro et Michaeli Bakyth, aule nostre familiaribus gratiam regiam et omne bonum. Etsi vobis antea mandavimus, ut fideles nostros, Capitulum ecclesie Jauriensis in proventibus et quartalibus decimarum ad eos ex veteri instituto et consuetudine pertinentibus nullo modo impediretis, neque ipsorum colonos indignis gravaminibus et oneribus posthac molestare affligereque presumeretis, quin potius illis quartarum proventus extradare et vestras, vestrorumque manus ab illorum oppressione abstinere deberetis; tamen cum ex querelis dicti Capituli, quippe qui ob hoc proprios e sui medio nuntios ad nos miserint, vos mandatis nostris minime obtemperasse intelligamus: fidelitatibus vestris denuo non modo strictissime, verum sub indignatione etiam nostra gravissima precipimus et prorsus volumus, ut citra omnem difficultatem de bonis Capituli manus vestras, vestrorumque retrahere et ab ulteriori eiusdem Capituli, colonorumque suorum tam in victu quotidiano, quam in serviciis vexatione, oppressioneque, necnon a perceptione proventuum theloneorum in Abda ac decima parte in civitate nostra Jauriensi desistere et abstinere, ipsique Capitulo deinceps exigenda permittere, simul et quar-

tam partem decimarum cultellorum Zombathhelkees, Luchmankees et Arokkewzkees tam presentis anni, quam preteritorum reddere et persolvere debeatis. Secus sub obtentu gratia nostre minime facturi. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Prage 26. Januarii 1538.

Ex[pedite].

Fogalmazat egy félív papir mindkét oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1538. Jan. 65. és 64.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

233.

Libetbánya, 1588 február 2.

Valaki a libetbányaiakat papjuk elfogatása és bebörtönzése miatt feladta az esztergomi érseknek. A libetbányai tanács mentegeti magát az érsek előtt. «Que autem sit causa detentionis, accipiet D. V. Rma prope diem ex relatu et informatione omnium septem civitatum montanarum, nam idem parochus noster propter facinus suum commissum non tale, sed longe aliud maius supplicium meritum fuisset».

Senatus oppidi Libetbánya excusat se coram archiepiscopo Strigoniensi, qui certior redditus de parochi captivitate et in carcere detentione eos redarguit. Asserit parochum multo plura meruisse, prout ex relatione septem civitatum montanarum prope diem intelliget.

Fogalmazvány Selmeczbánya levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: DR. KARÁCSONYI JÁNOS.

234.

Besztercebánya, 1538 február 12.

A Besztercebányán (Bistricie Novi-Zoliensis) összegyült bányavárosok kérik az esztergomi érseket, hogy ne haragudjék a libetbányaiakra, a miért plébánosukat bebörtönözték, mert ezt csak azért tették, hogy biztosabb helyen tartsák a belviszály és egyenetlenség szerzőjét, míg a szövetséges városok a feleket kihallgathatják és kibékíthetik. De már kibékültek.

Legati civitatum montanarum Neosolii congregati archiepiscopum Strigoniensem rogant, ne Libetbányensibus ob parochi sui coniectionem in carcerem succenseret «id enim eam ob causam... actum est, quo... auctorem discordie et intestine dissensionis pro cause incepte commodiori determinatione tutiore loco tantisper observarent, donec utraque pars per nos bono modo audiri et fraterne componi posset».

Egykorú másolat Selmeczbánya levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: DR. KARÁCSONYI JÁNOS.

235.

Besztercebánya, 1538 február 12.

«Laurentius Pfarrer in Lybethis» visszavonja az ujévkor választott libetbányai biró és tanács ellen mondott sértő szavait. Egyik tanú «der wirdiger Herr Magister Andres der czeit Caplan in Newensoll».

Laurentius parochus Libetbányensis verba sua detrahentia contra novum iudicem et senatum Libetbányensem, initio novi anni electum, effutita coram testibus et praesertim magistro Andrea capellano Neosoliensi revocat.

Egykorú másolat Selmeczbánya levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

236.

Várad, 1538 február 24.

A váradi békekötés egyházi vonatkozású czikkelyei.

IX. Quotiescunque praelatum aliquem decedere, aut praelatum vel magistratum seu officialem quempiam mutari quocunque modo contigerit, toties novus praelatus, seu magistratus vel officialis, ante dignitatis vel magistratus seu officii apprehensionem — iuramentum fidelitatis praestare et superinde — etiam litteras tenebitur dare; et litterae quidem eiusmodi per serenissimum dominum Joannem regem dabuntur aut mittentur ad manus serenissimi regis Romanorum vel eius oratoris, sive oratoris Caesarei, si tunc in regno fuerit, et hoc intra duos menses a tempore praestiti iuramenti.

XXI. Omnium subditorum utriusque principis, nemine prorsus excepto etiam externo, cuiuscunque dignitatis fuerit, omnia bona tam ecclesiastica quam secularia, post obitum serenissimi olim Ludovici regis ad haec usque tempora propter hostilitatem inter ipsos principes habitam violenter occupata, donationibus seu venditionibus utriusque principis super iisdem bonis hactenus quibuscunque datis vel factis non obstantibus, post publicatam pacem de facto illlis, quorum fuerant, pacifice remittantur. — — —

XXII. Omnia bona et omnes proventus omnium ecclesiarum, per haec disturbiorum tempora qualitercunque et per quoscunque ab eisdem ecclesiis hactenus violenter occupata et adempta fuerint, iisdem ecclesiis, quarum ab antiquo fuerunt, tempore publicationis dictae pacis de facto pacifice possidenda, de manibus secularium exempta percipiendaque remittantur.

— — Datum Waradini, in festo beati Matthiae Apostoli, anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo octavo.

Katona, XX. 1083. 1089.

237.

Kézsmárk, 1538 február 25.

Leudischer György kézsmárki lelkész levele a beszterczebányai tanácshoz. — Elfogadja a prédikátori állást, a melyre meghívták, de előbb beszélnie kell Laszky Jeromossal, ki jelenleg nincs itthon; azután híveit sem hagyhatja oly rögtönösen magukra; azért legyenek kis várakozással, segítsen addig plébánosuknak András mester.

Meynn wylligenn dÿnst vnnd Ererbittunčk mÿt aller Vnderthenÿkewth. Namhafftÿgenn Herenn, Ewer schreybenn hab ich wol verstanden, von wegen des predÿchs ampt, welches ich herčzlich vnnd ÿnn christlycher lyebe, nÿcht von meynet wegen, ſzunder von christi meyns Herenn wegen anneme, als ich habe gerath personlych mÿt Ewerenn stadtschreÿber. Szunder weÿl wegen genedÿcher Her Ho [Hyeronimus] Laszkÿ nÿcht deheÿm ÿst, welcher mÿr trewlich, rellÿch hat geholffen ÿnn meÿner armuth, muss Ich nycht vndančkbar ſzeÿn vnd den Vrlob ÿm anssagen, das er nÿcht eÿn vnmuth vff mich hatte; dorumb habet eÿn kleÿne vorčzwgk, ich wÿl euch schreybenn oder personlich czw Ewer Herschofft mÿch vorfÿgen. Dorczw Namhafftigen Herenn wist ÿr wol, das ičzunder dÿ schwerste Zeÿt ÿst. Nemlÿch das worth gottes predichenn, vnnd sÿ ičzunder lossen. Es stÿnde mÿr nicht rellich an, weÿl sÿ mich habenn ÿn armuth angenommen vnd sÿ in der čzeÿth gelÿch [gleich] čzulosszenn; dorwm wolde ich Ewer weÿsseth gebetten habenn, ÿr woldeth Eÿnen verczwg haben off eÿn czeÿth, Ich wÿl eÿn gotwel czw ewch kommen off ečzeÿt, behelffet sich der pharrer mÿt magistro Andrea dÿ weÿll. Domit spar Ewer Namhafttÿge weÿsszet got gesunt vnnd gebe Euch alles was euch ſzelÿklÿch ÿst. Geben auss der kessenmarčk [kessermarčk] am montag noch matthia Im Jar 15 vnnd 38.

Georgius Lewdyschid,
kessmarker pharrer, Ewer weysset stetter
Caplann vnd dyner alleczeyt.

Eredetije Beszterczebánya város levéltárában. Fasc. 209. Nr. 7,
Közli: Timon Ákos.

238.

Esztergom, 1538 február 25.

Várday Pál esztergomi érsek a libetbányai plébános bebörtönözését megbocsátja, de mivel a libetbányaiak a papot 24 óra mulva sem adták át az illetékes egyházi birónak, kívánja, hogy a kiközösítés alól magukat feloldoztassák.

Prudentes et Circumspecti amici in Christo nobis honorandi!... Litteras vestras, quas in causa Laurentii plebani de Lybethbanya civiumque oppidi eiusdem ad nos dedistis, plane intelleximus. Gratum nobis est, vos pro ingenii vestri dexteritate guerras et seditiones illas inter plebanum et cives prefatas obortas sedasse et complanasse. Verum, quod ad plebani detentionem attinet, non dubitamus in confesso vobis esse planeque constare, presbiterum, tametsi in flagranti crimine deprehensum, non ultra quatuor et viginti horas diei ex sanctorum patrum institutis per manus seculares citra penam canonis late sententie detineri posse, sed eum infra id temporis spatium manibus iudicis sui spiritualis tradi et assignari oportere. Id, quod per cives de Libethbanya in causa presenti prorsus neglectum est. Nihilominus nos desideriis vestris iustis et legitimis ex causis animum nostrum ad id moventibus correspondere volentes, rebus sic, ut in litteris vestris fusius exaratum est, se habentibus, annuimus gratiose pro hac vice dumtaxat, ut, postquam prefato presbitero de iniuriis sibi illatis competenter satisfactum aut alias amicabiliter eum eo super his concordatum fuerit, prefati cives et incole de Libethbanya predicta a maioris excommunicationis aliisque sententiis, censuris et penis ecclesiasticis ob detentionem eiusdem presbiteri per eos incursis a quocunque maluerint sacerdote, regulari vel seculari gratiam et communionem Sedis Apostolice habente et alias ab executione ordinum suorum non suspenso ad cautelam absolvi et gremio sancte matris ecclesie reddi et restitui in forma ecclesie consueta possint et valeant. Nacta tamen opportunitate ab ulteriori pleniorique absolutionis remedio a Sede Apostolica aut eius auctoritatem in hac parte habente, infra spatium trium mensium a data presentium computandorum, fidem nobis indubiam de eo facturi, sibi ipsis sufficienter provideri facere debeant et teneantur. Et vos benevalere optamus. Ex arce nostra Strigoniensi, 25 Februarii Anno 1538.

Paulus,
Archiepiscopus Strigoniensis manu propria.

Kívül: Responsio dni Rmi Strigoniensis ad litteras civitatum pro civibus de Lebethbanya.

Egykorú másolat Selmeczbánya levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

239.

Prága, 1538 márczius 1.

Ferdinánd király Bakyth Péternek és Mihálynak meghagyja, hogy a győri püspök várához, Keszőhöz tartozó dézmákhoz és jövedelmekhez többé ne nyuljanak.

Ferdinandus etc. Fidelibus nostris egregijs Petro et Michaeli Bakyth, aule nostre familiaribus gratiam regiam et omne bonum. Relatum nobis est, vos quosdam proventus decimales, qui ex possessionibus Gyarmath et Gecze ad arcem episcopatus Jauriensis Kezzew vocatam ab antiquis temporibus soliti sunt administrari, vobis velle vendicare ac percipere, hoc videlicet sub pretextu, quod frater etiam vester, Paulus Bakyth, eos ipsos proventus ac decimas aliquot annis sibi percepisset, per quod iam vos quoque quasi ius in illis habentes decimas ipsas et proventus ad vos trahere easque vestri iuris facere velletis. At nos certis documentis intelleximus, eas ipsas decimas semper ad ipsam arcem Kezzew pertinuisse, semperque ad illam arcem fuisse administratas, nisi forte aliquando inter has superiorum annorum tempestates vel a fratre vestro vel a quopiam alio per violentiam alio fuerint rapte. Quod etiamsi sic factum est per hec superiora tempora, tamen quoniam iusto iure ad ipsam arcem Kezzew pertinent, nolumus ullo pacto, ut ab ipsa arce abstrahantur. Proinde vobis mandamus, ut ab ipsis decimis usurpandis abstineatis, easque citra aliquam contentionem aut cavillationem ad ipsam arcem Kezzew, quo (ut predictum est) pertinent, sinatis administrandam. Neque autem huius rei causa bonis ac colonis ipsius arcis Kezzew aut predictarum villarum Gyarmath et Gecze aliquam iniuriam aut damnum inferre presumatis, nam eiusmodi indignitates non feremus neque sinemus, ut arx ipsa suis antiquis iuribus ac proventibus despolietur. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Prage prima Martij 1528.

Exp[edite].

Fogalmazat egy féliv papir két oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1538. Marz. 4.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

240.

Pannonhalma, 1538 márczius 6.

Mihály pannonhalmi főapát és a konvent a várőrség kifizetése végett 100 frtért elzálogosítják Ásványtő falut Fölpéczy Ferencz deáknak.

Michael archiabbas et conventus monasterii Sacrimontis Pannoniae ad solvendum stipendium custodum castri 100 florenos mutuo levant et hunc in finem possessionem Ásványtő Francisco Fölpéczy oppignorant.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági lt. c. 57. l. W. 3.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

241.

Prága, 1538 márczius 7.

Serédy Gáspár Nádasdy Tamásnak. — A levél első részében köszöni Nádasdynak Pekri Lajos irányában tanusított jóindulatát; a másodikban bizonyos «libellus evangelicus»-ról ir, melynek egy (Perényi Péter számára) bekötött példányát küldi.

Spectabilis et Magnifice Domine, Amice nobis plurimum observande. Post salutem mei ipsius commendationem.

— — — — — — — — — — — — — — —

Ceterum scimus Magnificentiam Vestram eminus ad hostes Christiani nominis Turcas habitare, fideleque concionatore opus habere. Mittimus idcirco eidem per praesentium ostensorem, dominum Herkowith, libellum quendam evangelicum, succinctum quidem et pusillum satis, talem tamen eumque, quod nos ad hunc diem brevius quidem sed melius quidquam et magis proficuum ne in maioribus quidem codicibus reperimus. Quem ut a nobis Magnificentia Vestra bono animo accipere gratumque habere velit, diligenter rogamus. Feceramus namque ipsum domino Petro de Peren illigare, ut ex titulo a foris cognoscere licet, ob festinationem tamen praesentium ostensoris fieri non potuit, ut alium fecissemus huius loco Magnificentiae Vestrae illigari facere, quin potius illi duximus demum huius vice alium curare illigandum. Si vero forte is libellus etiam prius apud Magnificentiam Vestram habitus fuerit, non refert quidquam, quinimo exinde ipsa Magnificentia Vestra colligere potest, nos eum esse, qui saluti tum corporis, tum animae Magnificentiae Vestrae quantum in nobis est, libentissime velle consulere, eidemque omnia felicia optaremus ex animo. Si est igitur

prius apud se par libelli huius, poterit at hunc forte alicui bono amico suo dono mittere. Nova non dubitamus (Dominationem) Vestram ex spectabilis magnifici domini Leonardi de (Vels) generalis capitanei Regiae Majestatis in regno Hungariae... ris plane cognovisse. Quod superest Magnificentiam Vestram cupimus feliciter valere. Ex Praga septima die mensis marcii anno Domini 1538.

Caspar Seredi,
partium superiorum capitaneus Regiae Majestatis.

Kívül: Spectabili et Magnifico Domino Thomae de Nadasd, Thavernicorum Regalium Magistro et regnorum Croatiae et Dalmatiae Bano domino et amico nobis plurime honorando.

Eredetije egész ív 2-rét. Egy nagy darabja valami romboló hatású tintával leöntve, kihullott. Zárlatán vörösviaszba nyomott pecsétnek nyoma. (Az Országos Levéltár kincstári osztályában.) Közölte Szilády Á. Dévai «At tíz parantsolatnak» stb. czimű művének akad. kiadásában (Budapest, 1897.) 138—140. ll.

242.

Prága, 1538 márczius 16.

Ferdinandus I. Rex Bartfensibus mandat, ut Esaiam Lang apostatam, uxoratum concionatorem eorum statim expellant.

Ferdinandus — Prudentes et circumspecti fideles dilecti. Supplices libellos vestros nobis per fidelem nostrum Marcum Kayl, civem et notarium vestrum oblatos clementer intelleximus... Coeterum quod supplicastis nobis, ut Esaiam Lanng, in praedicatorem vestrum assumptum vobis gratiose permittere velimus non obstante eo, quod uxorem habeat, id nobis nequaquam faciendum esse scitote, cum sit contra receptum Ecclesiae morem, ut qui sacra tractant verbumque divinum praedicant, connubio matrimoniali se jungant. Quapropter nos, qui istiusmodi hactenus nunquam admittere consuevimus, vobis harum serie sub indignatione nostra gravissima praecipientes mandamus, ut sine mora et absque contradictione aliqua praefatum Esaiam Lanng ab officio praedicandi abdicetis, neque illum diutius apud vos commorari, vitamque agere sustineatis. Quandoquidem nullo pacto ferre, neque tolerare possumus, ut sacerdos iste conjugatus apud vos munere praedicandi fungatur, nostram in eo expressam et omnimodam executuri voluntatem.

Datum in arce nostra Regia Pragae die 16. mensis Martii Anno 1538. Regnorum nostrorum Romani octavo, aliorum vero duodecimo.

Ferdinandus. Ad mandatum Sacrae Regiae Mattis pprium
Rv. Card. Tridentini (sic). *Ad. Carolus.*

Budapesti egyetemi könyvtár. Kaprinai kézirat-gyűjtemény B. XXXVIII. köt. 60. l. (Kaprinai sajátkezű másolata a bártfai levéltárból.)

243.

Róma, 1538 márczius 20.

A római pápa értesíti Ferdinánd királyt, hogy a modrusi püspökséget Staysa Didáknak adományozta és kéri, hogy az új püspököt annak birtokához juttassa.

Summus Pontifex notum reddit Ferdinando regi se Didacum Staysa episcopatui Modrusiensi per mortem Hermolai vacanti praefecisse petitque, ut ad assequendam possessionem eius novum episcopum adiuvet.

Vatikáni levéltár. Arm. 41. v. 9. Nr. 236.

Közli: KOLLÁNYI FERENCZ.

244.

Brassó, 1538 márczius 21.

A domonkosrendűek még Brassóban laknak és a királytól alapítványként nekik rendelt fizetést megkapják.

«Monachis Dominicastris ratione 50 florenorum, quotannis ex censu s. Martini dari solitorum, dedi ex censu s. Martini pro anno proximo superiori feria quinta ante Oculi fl. 25.»

Brassó város számadáskönyvéből közli: dr. G. D. Teutsch: Ueber Honterus und Kronstadt (1876. 51–52.).

245.

Buda, 1538 márczius 25.

Mihály kalocsai prépost Ferdinánd királyhoz intézett folyamodványában hivatkozván arra, hogy Kassa elestével mindenét elvesztette, kéri a királyt, parancsolja meg kapitányának, hogy ez engedje meg neki a tarczafeji főesperesség jövedelmeinek beszedését.

Serenissime et clementissime Princeps. Amissa Cassovia, amisi in ea omnia bona mea, que habebam, penes fidelitatem V. Sacre Maiestatis. Tandem ex annuentia tunc eandem civitatem gubernan-

tium perveni ad reverendissimum dominum meum Dominum Franciscum de Frangepanibus, archiepiscopum Coloczensem et Electum Agriensem de quodam archidiaconatu Tharczayfew denominato, cuius proventus ascenderent ad summam quinquaginta vel sexaginta florenorum, etiamsi plebanatus in illis partibus desolati non essent; sunt autem plebani, a quibus cathedraticum exigi consuevit occasione predicti archidiaconatus, circumcirca civitatem Barthffa: supplico itaque Vestre S. Maiestati, tanquam Domino meo clementissimo, dignetur Eadem mandare capitaneo suo illorum partium per literas suas, ut patiantur me percipere proventus eiusdem archidiaconatus; alioquin deerit mihi in hac senectute mea, quo vivere valeam. Gratiosam relationem a Maiestate V. expecto, que felix valeat. Datum Bude in festo Annuntiationis Marie anno salutis 15 tricesimo octavo.

Eiusdem Maiestatis V. S.

humilis et devotus capellanus

Michael,

Prepositus Colocensis.

Kívül: Serenissimo Principi et Domino Domino Ferdinando Regi Romanorum etc. Domino gratiosissimo.

Egy félív papir egyik oldalán, zöldviasz záró gyűrűpecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1538. Marz. 56.*

Közli: Bunyitay Vincze.

246.

Buda, 1538 márczius 27.

Werbőczi István «szent Miklós iránt táplált tisztelete sugallatára» a budai dominikánusoknak adományozza Csaba falut Pestmegyében; az utóbbit azzal a kikötéssel, hogy édes apja és «fogadott apja» Szobi Mihály, ugyszintén Hédervári Ferencz lelki üdvösségéért misék mondassanak.

Nos Joannes — memorie commendamus — quod fidelis noster, spectabilis ac magnificus Stephanus de Werbewcz, summus et secretarius cancellarius noster regius ac comitatuum Newgradiensis et Tholnensis comes, onere et quolibet gravamine Emerici filii sui negotio in subscripto super se levato, coram nobis personaliter constitutus, sponte et libere confessus est hoc modo: qualiter ipse digna mentis consideratione perpendens atque considerans, omnia terrena caduca et, experientia teste, pertransitoria, nihilque eorum

preter id, quod in Dei laudem per quempiam collatum fuerit, perpetuo duraturum esse, cupiens propterea terrena ipsa in celestia et transitoria in eterna felici commercio commutare, ex singulari itaque animi sui devotione, quam erga beatissimum Nicolaum, pium pontificem, gereret et haberet, cuiusque precibus ac meritis hic in terris positus se foveri stabilirique speraret; cum igitur ex eo, tum vero in recompensam et satisfactionem illius eleemosinarie largitionis, quam egregius quondam Michael, filius olim Petri de Zob, pater adoptivus ipsius cancellarii nostri, in extremis constitutus, venerabilibus religiosisque patribus ordinis praedicatorum B. Dominici confessoris fecisset erogandamque legasset, totalem possessionem suam, Chaba nominatam, in comitatu Pestiensi existentem et habitam, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, ecclesie seu monasterio predicti B. Nicolai episcopi et conf. Bude fundato atque constructo et per consequens prenominatis fratribus ordinis ipsius B. Dominici conf. in claustro eiusdem ecclesie per successionem degentibus, in perpetuam eleemosinam dedisset, donasset et contulisset, ea tamen sub lege et conditione, ut ipsi quoque fratres Dominicani, seu predicatores, claustro in prenotato successive (ut prefertur) degentes, singulis ebdomadis, temporibus semper successivis, quinque missas in representationem quinque vulnerum potissimorum D. N. Ihu Christi; die videlicet dominico de SS. Trinitate et individua unitate; feria secunda pro fidelibus defunctis omnibus, presertim illis, quos ipse cancellarius noster apud se commendatos haberet et quibus aliqua pecuniarum summa, vel pro servitiorum exhibitione, vel aliquo debito teneretur ac obligaretur; feria quarta de omnibus sanctis; feria sexta de passione domini et eiusdem quinque vulneribus, *Humiliavit* etc.; sabbato nempe de domina ac patrona nostra, virgine scilicet sacratissima, matre Dei Maria, aliquando de annunciatione, interdum de nativitate, visitatione, assumptione, sepe autem de commemoratione eiusdem *Salve sancta parens* cum suis collectis ac orationibus consuetis, pro animarum prefati Michaelis Zobi specialiter, ac tandem magnifici condam Francisci de Hederwara et aliorum, sibi (ut premittitur) commendatorum, salute celebrare debeant atque teneantur. — Cui quidem possessionarie collationi ac eleemosinarum largitioni nos quoque ob eam spem et devotionem nostram, qua erga prefatum beatissimum Nicolaum episcopum subsequenterque religionem annotatorum fratrum predicatorum afficimur, nostrum regium consensum prebuimus, immo prebemus benevolum pariter et assensum. — — Datum Bude, tercio die festi annunciationis sacratis-

sime virginis Marie, anno virginei partus eiusdem millesimo quingentesimo tricesimo octavo, regnorum vero nostrorum anno duodecimo.

Az eredetiből közölte *Katona* XX/2. 1134—1137. *Horvát István:* Levélgyűjtemény Werbőczi István emlékezetéhez. Pest, 1819. 283. l.

247.

Bécs, 1538 márczius 27.

Pesti (Misér) Gábor «Nomenclatura sex linguarum» czimű művét megküldi Pereghy Albert pécsi prépostnak.

... Exemplaria sex linguarum, Deo volente, absolvimus, mira tamen ingratudine usus est erga me tipographus, utpote qui non amplius me quam decem donavit exemplaria, ex quo prius nullam cum eo feceram conventionem. Ex illis misi dominationi vestre reverendissime unicum tantum exemplar. Huic annexum det D. V. R. domino Leonardo Cubinÿ, ut quo citius fieri potuit, mittat nomine meo domino Gabrieli de Leva. Habeo adhuc exemplaria quinque, que his diebus missurus sum domino reverendissimo Jauriensi... Vienne 27 Martii anno Domini 1538.

Servitor

Gabriel Pannonius Pesthinus m. p.

Kívül: Reverendo domino meo domino Alberto preposito Quinqueecclesiensi ac prefecto camere et consiliario regie Maiestatis, domino undequaque observandissimo.

Eredetije az országos levéltárban, Közölve: Irodalomtörténeti Közlemények. III. évf. 334—35. ll.

248.

Bécs, 1538 márczius 27.

Pesti (Misér) Gábor «Nomenclatura sex linguarum» czimű művét megküldi Ujlaky Ferencz győri püspöknek.

... Divina aspirante clementia, opusculum nomine Dominationis vestre inceptum absolvi. Quam feliciter autem, iudicio eiusdem relinquendum esse duxi. Hoc equidem certo affirmare ausus fuerim, me et voluisse et, ut quam absolutissime in publicum prodiret, nullis pepercisse laboribus, qui apparebunt tunc facile, cum hÿ exigui mei *(így)* lucubrationes priori, e quo extraxi, conferentur operi

barbarie in Latinis penitus repleto. Dominatio vestra reverendissima boni consulat, rogo, sic enim futurum est, ut hec tenuis opella mea in summam mihi vertatur voluptatem et delicias. Quod si factum cognovero, quamquam statim a pascha hinc mihi ad proprios lares migrandum sit, velim nolim, tamen quibuscunque in regionibus mihi mansio futura est, nunquam pigebit me nomen Dominationis vestre reverendissime, quantum in me fuerit, dignis celebrare laudibus.

Eredetije az országos levéltárban. Közölve: Irodalomtörténeti Közlemények. III. évf. 335. l.

249.

Pozsony, 1538 márczius 31.

A pozsonyi káptalan előtt a győri káptalan óvást tesz az ellen, hogy nagyságos Enyingi Török Bálint és Báthory Bonaventura urak ez év márczius 25-ike táján «contra treugas et inducias inter principes firmatas» miategy 1500 emberrel és Baranyay Mátyás tatai várnagy útmutatása mellett Győr városát megrohanták, kirabolták és az összes házakat felégették.

Capitulum Jauriense coram capitulo Posoniensi protestatur contra Valentinum Török et Bonaventuram Báthory, qui circa 25-am diem mensis Martii ductore Mathia Baranyay, praefecto arcis Tata urbem Jauriensem invaserant, diripuerant et universas domos incenderant.

Eredetije a győri káptalan magánlevéltárában. Cimeliotheca. IX. Nr. 674.

250.

Buda, 1538 április 4.

János király megbizólevele Ferencz kánonjogtudományi doktor, musnai plébános, titkára részére, kit III. Pál pápához követül küldött, — a szentatya válaszával.

Sanctissimo in Christo Patri et Domino Domino Paulo Tertio Sancte Romane ac Universalis Ecclesie Summo Pontifici, Domino Clementissimo.

Beatissime Pater, post oscula pedum Sanctitatis vestre beatorum et filialem commendationem. Misimus ad Sanctitatem vestram hunc fidelem nostrum venerabilem Franciscum decretorum doctorem, plebanum Musnensem, secretarium nostrum, medio cuius de rebus et negotiis quibusdam nostris et regni nostri nonnulla Sanctitati vestre significavimus, que Eadem fusius ab eo intelliget. Supplicamus itaque Sanctitati vestre, velit verbis eiusdem Francisci doctoris

certam fidem adhibere. Nam ea Sanctitati vestre nomine nostro dicet, que a nobis Eidem referenda accepit. Cui nos humillime commendamus: Quam Deus Optimus Maximus conservet ad sua vota pro incremento regiminis ecclesie sancte Dei et reipublice christiane. Datum Bude quarta die mensis Aprilis Anno Domini MDXXXVIII.

Eiusdem Vestre Sanctitatis Devotus filius

Joannes,

Rex Hungarie manupp.

Quod Sermus Hungariae rex Joannes ostenderit Smo D. N. Paulo Tertio Pontifici Maximo suae devotionis affectum, Sanctitas sua cognovit, quod antea non ambigebat, pietatem et religionem suae Maiestatis, fuitque id Sanctitati suae gratissimum.

Excusationem, quod reverendus d. episcopus Transilvanus non potuerit ad Sanctitatem suam accedere, cum id maxime cupivisset, benigne et aequo animo accepit, et venerabilem Franciscum decretorum doctorem, plebanum Musnensem, praesentium latorem, qui ad Sanctitatem suam suae Maiestatis orator venit, hilari animo ac benigno suscepit. Auditisque, quae ab ipso sui regis nomine renunciata fuerunt, respondit et alia multa, et inter caetera ea, quae sequuntur.

Quoad subsidium petendum a principibus christianis pro exercitu XV millia hominum conscribendo ad defensionem Regni Hungariae, Sanctitas sua id cum omni efficacia procurabit, scribetque ad Principes christianos super hac re diligenter.

Quoad subsidium petitum a Sanctitate sua pro reparatione castrorum, postquam Sanctitas sua (ut notum est) iniit foedus cum Caesarea Maiestate et illmo Venetorum domino, semper fuit maximis et continuis expensis gravata, ita ut vix potuerit resistere, nedum expensas novas subire, stantibus terminis: sed cum speret, alios christianos principes brevi intraturos et ipsos dictum foedus, et sic pluribus cohaerentibus expensas fore leviores, Sanctitas sua tunc conabitur curare, ut etiam circa hoc providebit (!). Quoad decimas, quoniam satis prolixe responsum est ipsi plebano Musnensi oratori, ad ipsum habeatur relatio.

Quoad absolutionem presbiterorum homicidarum, licet non consueverit haec Sancta Sedes cum homicidis voluntariis ad altaris ministerium dispensare, tamen Sanctitas sua, ut in hoc satisfaciat suae Maiestati, committet Rmo Legato, quem ad partes illas nunc mittit, ut huiusmodi absolutionem det.

Ut in omnibus aliis, quae poterit, Sanctitas sua dabit operam; ut sua Maiestas cognoscat, qua benivolentia ipsam prosequatur, et etiam dum in minoribus constituta erat, prosequebatur. Cui Maiestati me etiam atque etiam humiliter commendo.

Theiner: Vetera monum. Slavorum merid. I. 640.

251.

Prága, 1538 április 9.

Werner György Peregi Albertnek. — Krakkón átutaztában Vietor Jeromos könyvnyomtató Dévai Mátyás magyar könyvecskéjének néhány példányát azzal a kéréssel mutatta be, hogy azokból egy-kettőt Sylvester Jánoshoz juttasson. Minthogy erre levélíró módot nem talál, czímzettet kéri fel, hogy ez ügyben eljárjon.

Reverende mi Domine Praefecte salutem et plurimam mei commendationem. Si dominus Blasius noster ad vos pervenit, non potest meus in hanc aulam adventus latere R. D. Vram. Nam et ipse cum domo proficiscerer, apud me fuit, et litteras a me accepit, quibus Rev. D. Vestram de profectione mea feci certiorem. Cum Cracoviam venissem in hoc itinere, Hieronymus Vietor chalcographus, qui de Sylvestro, novi, ut dicitur, testamenti interprete, inquirit, quemadmodum aliis litteris R. D. Vrae significavi, exhibuit mihi aliquot exempla libelli cujusdam hungarici, rogans, ut unum atque alterum ad ipsum Sylvestrum perferri curarem. Cum vero ad hoc efficiendum nulla mihi succurrit ratio, mitto ea ad R. D. Vestram, cui si qua se dabit occasio, ne gravetur, quaeso, porro ad illum transmittere. Affectat ea re hoc unum chalcographus, ut illi innotescat et aliquem gustum laboris sui exhibeat, quum nova quadam ratione scribere hungarice coeperit, hungaro quodam iuvene neque indocto, neque inelegante, quem domi suae alit, authore. Cuius ratio si probabitur Sylvestro, hoc facilius confidit fore, ut versionem novi testamenti, si quam paratam habet, sibi tradat excudendam. Quod si non probabitur, pollicetur idem se eam, qûam Sylvester praescripturus est, diligentissime secuturum et observaturum. Credo R. d. vram ex his facile intelligere, quanta cupiditas hominis animo ad consequendum hoc opus incesserit. Si quid autem ei R. D. Vrae vel studium, vel suffragatio apud Sylvestrum prodesse potest, ne molestum sit rogo R. D. Vrae, efficere, ut eius cupiditali satisfiat.

Porro quae insunt huic libello, non satis teneo. Quia tamen author eius, si tamen is est Mathias, quem Rsmus quondam Dominus noster Agriensis Cassovia extractum istuc captivum addducendum

curavit, in suspicionem venit hereseos, si R. D. Vra cognoverit in eo quaedam esse, quae periculose docentur aut dantur in vulgus, aut premendum eum, aut caute ad illum perferendum curabit. Quid autem et ipsa R. D. Vra egerit, et quid Vietori a Sylvestro expectandum sit, rescribet eadem ad me, quamprimum comperti aliquod est habitura, ut habeam, quod illi respondeam, qui me hac de re nunquam desinit solicitare. Est vir bonus, qui studio habet, ut quam plurimis, quantum potest, inserviat, eoque nomine dignus est, ut eius commodis faveamus. Ego me haud ita multos dies hic consumpturum esse spero. Revocat me domum ingens desiderium meorum, quos non satis idoneo tempore deseruisse videor. Certe quantum per me stabit, haud committam, ut proximis feriis paschalibus hic inveniar. Quae hic exstant nova, que quidem mihi nondum licuit cognoscere, puto Rev. Dnum Jauriensem diligenter ad R. d. Vram perscribere. Dominus Deus eandem servet et sospitet. Datum Pragae 9. die Aprilis anno 1538. servitor Geor. Vernherus m. p.

Alterum libellum satis erit ad Sylvestrum mittere. Alterum D. vra pro se, si voluerit, poterit retinere.

Kívül: Revrdo domino Alberto (de Pereg) Praeposito Q. Q. Regis Consiliario et Praefecto camere hungarice imo et amico observandissimo.

Eredetije egész íven. Az Országos Levéltár kincstári osztályában. Közölte Szilády Á. Dévai «At tíz parantsolatnak stb.» czimű művének akad. kiadásában (Budapest 1897.) 134. l.

252.

Prága, 1538 április 10.

Morone János bécsi nunczius jelentése Farnese Sándor pápai al-kanczellárhoz. János király Statileo erdélyi püspököt Ferdinánd király menedéklevelével a pápához küldi. A nunczius óvja a szentszéket Statileotól, kiről hitelt érdemlő személyek botrányos dolgokat beszélnek, és kéri a szentatyát, hogy a magyar bíboros kreálásánál inkább magasabb érdekekre, mint a fejedelmek ajánlására tekintsen.

— — — — — — — — — — — — — — —

Da Buda partirà in breve monsignore Statilio vescovo di Transilvania, mandato dal Vayvoda a Sua Santità, et doi giorni fa fue expedito il salvocondutto da questa Maiestà.

Non restarò di soggiongere per l'obligo qual ho et per il zelo de l'honore di Sua Santità et di quella Santa Sede Apostolica, che il predetto monsignor Statilio, come ho inteso da persone dignissime di fede, ha raccolto grande summa de danari, expilando il suo

clero et dicendo, che li porta a Nostro Signore per farsi cardinale et che Sua Santità gli l'ha promesso. Supplico V. S. R^ma^ et Illma, perchè io scio quanto importa all' immaculato honore di Sua Beatitudine, voglia di ciò advertirla et pregarla, facia diligente inquisitione della vita et costumi del predetto monsignore Statilio, perchè ho similmente inteso, ch'è reputato homicidiario de molti homini, strupatore de molte virgine et in summa di pessima sorte; delle quale cose Sua Santità essendone advertita potrà fare più matura inquisitione et governarsi secondo la ritrovata verità.

Et perchè si conosce essere necessario, non men per benefitio del regno de Ongaria, che di quella Sede Apostolica, creare qualche cardinale Ongaro per estirpare il principio delle sette lutherane, quali comminciano in quelle parti, et per redure le cose ecclesiastice in bon stato: supplico Sua Santità (benchè forsi sia temerario) voglia andare con qualche consideratione et in tal creatione satisfare più presto al nome suo et al bisogno delli populi et alla necessità della religione nostra, che all' intercessione de principi, quando sia collocata in mal subietto.

— — — — — — — — — — — — — — —

Da Praga alli 10 aprile 1538.

Nuntiaturberichte aus Deutschland. Erste Abtheilung. II. Bd. Gotha, 1892. 272. l.

253.

Vácz, 1538 április 10.

Brodarics István a béke megkötésének tárgyalására János király által kijelölt biztosok egyike, jelentvén Ferdinánd királynak, hogy nemsokára mind ő maga, mind társai a kitűzött helyen meg fognak jelenni, kéri a királyt, hogy a kölcsönös pusztítások megszüntetését a maga részéről is rendelje el.

Serenissime Rex, Domine, Domine mihi Clementissime. Post servitutis mee humilem commendationem. Ego propter podagram, qua laboravi et a qua iam levari incipio, et quod rex, D. M. C. nullomodo voluit hanc legationem transferre in alium, non ita cito potero peragere, que mihi sunt apud Vestram Sacratissimam Maiestatem commissa, quod vestra Maiestas pro sua clementia boni consulere dignetur. Scripsi his diebus ad reverendissimum dominum meum Londensem, quid interim opus esset facto, designare videlicet statim commissarios ad Strigonium et ad Gewncz, preterea Capitaneum et gentes, Capitaneum quidem talem, qui nec fuerit predator per ista superiora tempora, nec sit posthac futurus

fautor predatorum; in Rege meo, prout Bude nunc cum suis consiliariis conclusit, nulla erit mora. Conquiescant amore Dei hec latrocinia potius quam tumultus nostrorum utrimque. Domino Valentino arctissime est commissum per nuntios ad eum missos me presente, ut cesset. Kapolnay, Bakyth et Dominus Vesprimiensis causam his novis tumultibus prebuerunt. Committere dignetur et Vestra Maiestas suis, ut sint omnino quieti. Que acta sunt, revideantur per commissarios, puniantur per capitaneos. Ego, quantum potero, festinabo ad Vestram Maiestatem, pedibus tamen adhuc claudicantibus. Rex, Dominus meus, quia intellexit, Vestram Maiestatem ex Praga Wratislaviam profecturam, iussit, ut per Poloniam irem. Quod facere esset indecorum non salutato et adito serenissimo illo rege.

Dominus Colocensis est dimissus et expeditus a rege meo, pro die Resurrectionis decrevit esse Vienne. Ego intra quattuor aut quinque dies me itineri committam. Deus Maistatem Vestram Serenissimam semper felicem et incolumem conservet. Vacie 10 Aprilis MDXXXVIII.

Post scripta hec accepi literas a Domino Agriensi, quibus mihi significat, se ad festum Paschatis, sicut decreverat, non posse esse Vienne. Non tardabit tamen multum.

Eiusdem Vestre Serenissime Maiestatis

humilis servitor
Stephanus Brodericus
Vaciensis supscripsit.

Kívül: Serenissimo Principi et Domino, Domino Ferdinando, divina favente clementia Romanorum etc. Regi, semper Augusto, Domino mihi clementissimo.

Egy iv papir első két oldalán, piros zárópecséttel; csak az utóirat s az aláírás Brodarics kezeirása. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. Apr. 19.*

Közli: Bunyitay Vincze.

254.

Kassa, 1538 április 21.

Brodarics István váczi püspök értesíti Lasco Tamást, Ferdinánd király felvidéki seregének fővezérét, hogy még azon este Eperjesre indul, kéri egyszersmind, hogy számára jó szállást rendeljen.

Segnore mio Magnifico S. P. et commendationem.

Vado da la Segnoria vostra questa sera con la gratia de Dio.

Spero ester con quela in Eperyes. Prego quela, voglia far me haver hospicio bono, et a quela me ricomendo.

Cassovie di de la Pasqua 1538.

Servitore et bon fratello

Vescovo di Vacia Ambassadore.

Kívül: Magnifico Domino Thome de Lascano supremo capitaneo peditum serenissimi Regis Romanorum etc. Domino et amico observandissimo.

Egy félív papir egyik oldalán piros zárópecséttel; egészen a püspök kezeirása. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár : Hung. 1538. April. 47.* Közli: BUNYITAY VINCZE.

255.

Sárvár, 1538 április 23.

Sylvester János Nádasdy Tamásnak. — Ujszigeti nyomdáról. Panaszok Strutius német nyomdász ellen.

Magnifice domine. Seruiciorum ac mei ipsius commendationem. Me non fuisse negligentem in his, de quibus D. V. M. mihi nunciauit, ex eo intelligere potest, quod statim post discessum eiusdem, cum audissem Strutium inerti torpere otio, misi ad eum fratrem meum una cum filio Rabdonomi (?) ut is per interpretem quaereret ab eo, quaenam caussa esset, cur artem non exerceret suam, et num aliquibus illi ad facienda initia huius artis adhuc esset opus rebus. Respondit, se semel atque iterum V. M. significasse, se prius nihil in hac arte posse efficere, quam Viennam proficiscatur, propterea quod nullus unquam hominum illa, quibus sibi in hac arte opus foret, sciret pecuniis parare, se solo dempto. Cum aulicus V. M. mandata eiusdem ad me detulisset, statim accessi ad eum una cum Helia presbytero, assumpto et puero, cuius paulo ante feci mentionem, ut illius elicerem mentem, egique cum eo medio pueri illius pluribus verbis. Verum frustra. Nihil enim apud illum efficere potui multis eum adhortans verbis, sermonemque ita temperans, ne exacerbaretur, intelligeret tamen difficile illi esse voluntati D. V. M. obniti obluctarique, quamuis recalcitraret undique tutus. Quid multa, sic ab eo discessimus, ut palam testaretur se nihil efficere, etiamsi ad centum annos quis eum inclusum detineat, nisi prius mittatur Viennam. Quod meum iudicium ab initio fuit de asservando hoc homine V. D. M., credo, nondum excidit. Vtinam falsus hac in re fuissem vates, sed vereor, ut inceptum hoc ad finem veniat; sic enim loquitur Livius, licet sim ipse humilis et facie et sermone, quo nomine et doctor gentium Paulus sibi placet, non tamen sum prorsus insen-

satus, ut de occultis quibusdam hominum iudicare non possim. In talibus enim optimum experimentum prebet iudicium, item signa quaedam externa. A principio persenseram hominis istius calliditatem, verum nolui hac in re V. M. molestus esse, ut aliqua de eo eidem suggeram, cui videbam illum omnibus in rebus faventem. Indigne ferebam, quod aliquot e Germania accersitos artifices ad illum non admittebant solum, verum etiam eosdem cum illo lecto cubare patiebantur. Verebar enim, ne quid tale moliretur, quod magnam non solum V. D. M. sed et toti genti nostre hungarice ignominie inureret notam. Si enim res non processerit, et video non procedere, pace D. V. M. dicam, ceteris quoque erimus risui nationibus, non solum hominibus nostre gentis. Peruagata enim est fama conatus huius nostri ad Bohemos et Polonos etiam, non solum Germanos, nobis vicinos, id quod ex literis quarum exemplum ad eandem misi, eadem intelligere abunde poterit. Literas quas inciderat in aes Strutius domi apud se habet, ex his, quae non habet, pars ea non est centesima. Suspicor itaque bonam illarum partem misisse Viennam ad illos, a quibus aut pretio aut pollicitationibus est corruptus. Potuit enim id efficere commodissime per illos, quibuscum dies et noctes in aula D. V. M. versatus est, quod necesse est factum esse, cum ne vestigium quidem illarum usque appareat. Haec scribo non ut V. D. M. arduis rebus occupatam commoneam, sed ut officio meo aliqua saltem ex parte satisfaciam. Inseruire huic callidissimo homini in absentia D. V. M. nunquam destiti hoc proposito, ut aliquam saltem apud illum gratiam inire possem; verum non potui. Cum diceret se egere sebo, dedi illi e domo mea tantum quantum voluit, et quoties voluit; in ceteris rebus idem feci. Verum hoc officii genere id assecutus sum, quod illi, qui (ut in prouerbio est) ex arena funiculum nectunt. Quadrat in hunc et aliud prouerbium scitum et elegans sane, quo dicitur quis murem pro leone ostendere, cum enim magna sit pollicitus verbis, re nihil prestitit. Jam V. M. D. est providere, quid sit faciendum. Mihi tutum non videtur, ut hunc Eadem Viennam mittat. Nucleum enim, ut Plautus inquit in Captivi duo, amittemus, putamina pro pignore accipiemus servare. Illud mihi consilium non plane displicet, ut alterum ex pueris, aut utrumque Eadem seiungat ab eo, atque aut minis, aut pollicitationibus, quid hic intendant, exquirere, solum autem ipsum ab iniuria liberum esse debere censeo, homines enim artem aliquam profitentes arte tractandi sunt, ducique non cogi debent, nisi cum extrema ad id impellat necessitas. Haec sunt quae de Strutio nostro nota V. M. D. esse volui, ingrata satis

scio multis hominibus, tam vera autem quam quae verissima. Quid mihi porro faciendum in sit his, quae Eadem mihi imperavit, volo certior fieri quamprimum. Certum est, nihil illum scribere, quibus illi sit opus, non inconsultum tamen videtur, ut Viennae per homines et familiares quosdam clam percontemur, quae illi adhuc necessaria sunt ad hanc artem; id autem facillime assequi possumus. Et ipse iam super hac re his diebus Demetrio cuidam meo scripseram Viennam, nec pecunia debet dissipari ad vana hominis verba in omnes merces. Quin tempore etiam superiore cum contenderet mecum Sanckan (bizonyára Sárkán) pro eo, diceretque atramentum magno admodum emi, scripsi ad eum ipsum adolescentem, cuius paulo antea memini, ut a famulo Syngrenij expiscaretur, num magno atramentum paretur. Respondit mihi ille, famulum typographi amphoram illi ostendisse capacissimam, quae plena atramenti constiterit decem florenis et quod suffecerit ad tot exemplaria novi testamenti, immo quatuor Evangeliorum, quae Gabriel Pesthinus curaverit imprimenda anno superiori. Ad hunc modum poterunt et alia omnia commodissime cognosci investigarique, quicquid dicat Strutius. Eandem bene valere opto, vnacum domina nostra gratiosissima ceterisque eiusdem aulicis. Ex Sarwar feria quarta post dominicam Cantate. 1538.

S(ervi)tor
Joannes Sylvester
ludi Mgr.

Kívül: Magnifico domino Thomae de Nadasd regnorum Dalmaciae et Sclauoniae Bano, eterno comiti comittus Castriferrei etc. domino mihi gratiosissimo.

Egész íven, kerek zöld viaszpecsét nyomaival zárlatán. (Az országos levéltárból.) Közölte *Szilády* Áron: Régi Magyar Költők Tára. II. 489—491.

256.

Ipolyság, 1538 április 24.

«*Emericus Kapothy prefectus claustri Saag» írja a selmeczbányai tanácsnak, hogy boruk egy részét az ünnepekben megitta. Kárpótlásul küld 8 frtot. «Ceterum rogo iterum D. V. velitis mihi duos libellos, unum postillam Martini Lutheri, alterum Brentium super Joannem istic ad rationem pecuniarum mearum emere hucque ad me mittendos curare.*»

Emericus Kapothy praefectus claustri Sag pro vino consumto senatui Schemniciensi 8 florenos mittit et simul petit, ut duos libellos, unum postillam Martini Lutheri, alterum Brentium super Joannem, pro se emant et sibi mittant.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

257.

Krakó, 1538 május 6.

Brodarics Ferdinánd királyhoz intézett levelében panaszolja, hogy Lasko Tamás hozzá küldött emberét és levelét el nem fogadta, sőt szitkok kíséretében visszaküldötte, kéri tehát, méltóztatnék őt utasítani, hogy királya (János) többi követeivel másképen bánjék.

Serenissime Princeps et Domine Domine Clementissime. Post humillimam mei et servitutis mee commendationem. Scribo ad reverendissimum dominum meum, dominum Londensem, quo absente ad reverendissimum dominum Jauriensem, ex quorum altero Vestra Maiestas dignabitur intelligere, quid fuerit in causa mee more, quam Vestra Maiestas, oro et humiliter supplico, dignetur boni consulere: necessitas, quod in vulgari dicto est, non habet legem.

Faciendum est mihi nunc invito, quod nunquam in vita mea recordor me fecisse, ut de alio conquerar. Et certe nec nunc facerem causa mea privata, sed honor et existimatio domini mei clementissimi regis me ad hoc invitum compellit. Dominus Thomas Lascanus, bonus alioquin alias amicus meus, dum Strigonio preesset, dum ex Cassovia huc veniens ad Eperyes irem et premisissem literas et nuntium, quibus significabam, tanquam amico, me illuc ire, mihi et literas remisit, tanquam si fuissem ei capitalis inimicus et prohibuit me in civitatem illam Vestre S. Maiestatis intromitti, minis etiam additis illi, qui literas illas ad eum pertulerat, servitori et aulico regis mei, unde oportuit, me non sine incommodo meo, de quo non tantum curarem, sed cum non parvo dedecore regis mei illa nocte pernoctare in villula quadam desertissima. Coactus sum id Vestre Maiestati profecto valde invitus dare ad notitiam, magis ut Vestra Maiestas ei committere dignetur, ne se cum aliis regis mei oratoribus ita gerat, quam quod ego de hac iniuria et ignominia, quantum ad personam meam attinet, multum pensi habeam. Revendissimus dominus Cesareus et simul Vestre Maiestatis orator, de quo ipse potest esse testis, alia humanitate exceptus est et visus apud nostros. Undecumque ista evenerint, literas, quas ad eum miseram et quas additis nescio quibus verbis non amicis in faciem meam retro remisit, quod mihi nunquam in vita mea factum fuerat, ne a principe quidem ullo, mitto in specie ad Vestram Maiestatem. Fortasse erratum esse causabitur in suprascriptione, sed ego nescivi ei dare maiorem titulum, quam appellare eum supremum capitaneum Vestre Maiestatis; poteram addere:

vicegerentem alterius Capitanei, sed id et minus esse putavi, et certe festinanter fuerunt scripte ille litere, et nos non solemus multis titulis amicos onerare, potius quam honorare. Sed si ego etiam erravissem, erat tamen fortasse magis considerandus honor tam Vestre Maiestatis, ad quam proficiscebar, quam regis mei, quam error meus.

Vestram Maiestatem Deus conservet semper felicem et incolumem.

Cracovie 6 Maij 1538

Eiusdem Vestre Maiestatis humilimus Servitor

Stephanus Brodericus

Episcopus Vaciensis subscripsit.

Kívül: Serenissimo Principi et Domino Domino Ferdinando divina favente clementia Romanorum Regi etc. Domino mihi clementissimo.

Egy ív papir két oldalán, piros zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1538. Mai. 4.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

258.

Pozsony, 1538 május 9.

Peregi Albert Sylvester Jánosnak.

Egregie ac erudite vir, domine et amice honorandissime. Salutem et amicitie commendationem plurimam. Quamvis D. V. parum mihi de facie nota esse videatur, nisi si nondum animo suo excidisset commercium illud, quod mihi in anno domini 1532 (siquidem hoc recte teneo) Craccovie tunc intercesserat, dum nuncius apud regem Poloniae existens, farraginem Erasmicarum epistolarum emeram. Qui quidem liber apud me existens etiamnum, memoriam illius paucarum admodum horarum consuetudinis ob oculos ponit ac plane animum refricat. Que autem ut exsuscitetur consuetudo et novo quodam convalescat incremento, facit vel potius dedit argumentum summa petitio domini et fratris mei Georgij Wernerij, consiliarii regii ac magistri camere huius, in qua et ipse inter alios locum unum obtineo, cuius petitio quam sit amica et quid per me fieri exoptet in emendandis vel probandis libellis istis, quos doctor Mathias Deway opera Hieronymi Vietor excudendos cupiat, ex eiusdem literis hic in specie inclusis licet dominationi vestre cognoscere, quibus adiunxi vnum exemplar etiam libelli illius. Jam inde existimo dominationem v. memineri pro amicis vltro se offerentibus officii, idque cum ad unam, tum vero maxime ipsius

sui Verneri, hominis alioquin in utraque lingua praestantissimi, petitionem studiose facturam, quod amborum votis respondere ex sententia videatur; lectis igitur literis ipsis, tandem velit eas cum animi sui certa significatione iterum ad me remittendas curare, ut ego et Vernero et calcographo Craccoviensi, quid in emittendo in lucem libello faciendum ulterius sit, possim perscribere. Verum ad incrementum honoris dominationis vestrae pertinere putarem, si ipsa hec literis sola ad utrumque perscriberet. Me dominationi vestre commendo, quam Christus servet ac sospitet. Datum Posonii 9. Maij Anno domini 1538.

Albertus de Pereg,
Praepositus Quinqueecclesiensis, Consiliarius regni et Camerae eiusdem praefectus.

Kívül: Egregio domino Magro Joanni Silvestro bonarum literarum professori in Saarwar agenti, nobis domino amico et uti fratri honorandissimo.

A külső czímtől oldalt Sylvester kezétől:

Haec mihi non scriberet Vietor, ut ego ariolor, nisi intellexisset Strutium nihil efficere. Sciebat enim iam in Hungaria esse imprimendo Magistrum. Mathias enim Vienna perscripserat.

Exemplum harum literarum Eadem remittat.

Respondi Alberto praeposito et Vietori, me nihil attentare sine voluntate D. V. M. propterea, quod omnem edendi novi testamenti curam Eadem in se recepisset et quod rationem scribendi in nostra lingua Matthiae nostri non in omnibus probarem.

Eredetije egész íven. Az országos levéltár kincstári osztályában. Közölte *Szilády Á.* Dévai «At tíz parancsolatnak stb.» cz. művének akad. kiadásában (Budapest, 1897. 136—137. ll.)

259.

Torda, 1538 május 13.

János király beleegyezését adja ahhoz, hogy Mérai Dezső Ferencz mérai birtokának felét a kolosvári Szent-Erzsébet ispotálynak ajándékozta. Az atyafiak azonban az ajándékozás végrehajtását megakadályozták.

Joannes I. rex Hungarie assensum suum praebet donationi medietatis possessionis Méra comitatus Colosiensis, quam nobilis quondam Franciscus Desew de Mera eiusque uxor «hospitali ecclesie beate Elisabeth vidue extra muros civitatis nostre Coloswariensis fundate in perpetuam elemosinam» contulerunt. Sed cognati donatoris postea vigori donationis restiterunt.

Eredetije a kolosmonostori konvent levéltárában. Kolos 153.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

260.

Prága, 1538 május 14.

Ferdinánd király meghagyja az esztergomi érseknek és Thurzó Eleknek, hogy Bakythékkal a királytól ajánlott feltételek alatt vagy bármely tisztességes és elfogadható módon úgy egyezkedjenek, hogy a győri vár és egyház minden hozzájok tartozóval a világiak kezéből kivétessék és Ujlaki Ferencznek, azon egyház főpásztorának átadassék.

Strigoniensi et Thurzo. Ferdinandus etc. Reverende Pater, Devote Syncere ac Spectabilis et Magnifice, Fideles, Dilecti. Cum alter Bakythonum superioribus aliquot diebus in curia nostra fuisset, serio et diligenter secum tractari fecimus, ut, quia mens et voluntas nostra omnino esset, ut arx et ecclesia Jauriensis cum omnibus suis pertinentiis ex manibus laicorum excepta iam tandem reverendo, devoto, fideli, nobis dilecto Francisco Wylaky, ecclesie illius prelato restitueretur, dictam arcem et ecclesiam ipsi Bakythones cederent propositis nimirum conditionibus, quod eis statim post cessionem bis mille florenos in defalcationem servitiorum suorum in prompta et parata pecunia daturi essemus et mox deinde de eorum deservitis debitisque hactenus stipendijs rationem computumque poni faceremus et elapso uno anno rursus duo millia florenorum eisdem persoluturi et de residuo postea, quod ipsis adhuc deberemus, eos similiter contentos redderemus, inscripturi scilicet eam summam pecunie super Sabaria, quam pignoris loco et antea habent, et super hoc negotio ipsorum Petri et Michaelis Bakyth responsum certamque resolutionem sine omni mora postulavimus, quae resolutio, cum nondum ad nos perscripta sit et nos cupiamus, prefatum Franciscum Wylaky, electum Jauriensem sue ecclesie fructibus de presenti estate et anno omnino potiri, vobis harum serie firmiter committimus, ut cum prefatis Bakythonibus nomine nostro agatis et tractetis quam citissime et diligentissime, ut ad suprascriptas conditiones et honestas et non inutiles arcem Ecclesiamque Jauriensem dicto Francisco Wylaky, consiliario et secretario nostro cedant. Si vero istarum conditionum medio adduci non possent ad cedendum, in quo tamen omnem operam studiumque per vos adhiberi volumus, pro vestra prudentia et agendi dexteritate de alijs honestis et tolerabilibus mediis quam primum cogitetis, quibus ipsi Bakythones inducantur, ut absque longiori mora et tergiversatione castrum et ecclesiam Jauriensem integre reddant et restituant, nostram in

eo expressam et omnimodam executuri voluntatem. Datum Prage 14. Maij 1538.
Exp[edite.[

Fogalmazat egy félív papir két oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1538. Mai. 25.* — Ugyane tárgyban a Bakith-testvérekhez. *U. o. Mai. 20. 21.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

261.

Eperjes, 1538 május 23.

Werner György levele Bártfa város tanácsához, melyben írja, hogy ő felsége a király nagyon neheztel a prédikátor felfogadása miatt; ajánlja a városnak, hogy a királyi parancsnak hódoljon és gondolja meg, mi válik javára.

Ersame, namhaffte vnd weise, besunder gonstige Herrn. E. N. W. sey mein gantzwillige, geflissene dinst in alleweg zuvor. Das E. N. W. von mir begert zw wissen, ob ich auff den bescheit so die konig. Maiestet E. W. gesanten, dem Herrn Statschreiber auff ettlich sachen vnd artikel, vnd sunderlich des predigers halben geben, — ferner was bei hochgedachter konig. Maiestet in E. W. namen geredt, aber (sic) geubet habe: las ich E. W. wissen, das ich auff den bericht so mir der Herr Statschreiber zw Krok in seinem heimzihen gethan, mich erstlich im Hoff beim Herrn Adam Carolo konig. Maiestet Secretarren, der E. W. sachen gefertiget hat, weiter alles thuns hab erkundigen wellen, der mir von stund an gesagt, wie zw gutter abfertigung E. W. gesanten in andren sachen das sunderlich irrung vnd hindernis bracht, das an die konig. Maiestet des predigers halben ist gelanget wurden. Denn die konig. Maiestet hab an dieser werbung gros ungefallen gehabt vnd sich bald hören lassen, das sie E. W. in dem gar keinen stat thun welle; demnach der Herr Statschreiber one zweifel weitlewffiger vernommen vnd E. W. angesagt hat. Derhalben ich dovon bei der konig. Maiestet kein meldung gethan, besorgend nemlich, das dieses irer Maiestet zw mehreren vnwillen, vnd E. W. grosserem vnglunpf raichen wurde, dieweil ich auch andrer Herrn vrtheil von dieser sachen vernommen, die bei der konig. Maiestet ein gros ansehen haben vnd aus den furnemsten sein. Auch sunst derhalben mancherlei rede gehort habe, dovon ich E. W. auff ir beger nicht alles leicht zwscreiben kan, vnd sunst für vnnoth acht, denn ab sich schon andrer reden vnd vrteil mit konig. Maiestet willen vnd menung (sic) nicht vergleicheten, die doch in dem fal gantz eins sein vnd

zwsammen stimmen. So wirt doch E. W. one zweifel mehr aufsehens auf konig. Maiestet befehl, denn frembde gericht haben, vnd noch irem hohen verstandt wol wissen zw bedenken vnd anzwwenden, was E. W. zwm besten mag bekommen. Dieses habe ich E. W. auff ir beger nicht wissen zw verhalten, der wolle got gnad und alles gutts verleihen. Datum Eperies 23 Maii anno Domini 1538. E. N. W. williger diener *Georg Werner.*

Kívül: Den Ersamen, namhafften vnd weisen Hern Richter vnd Ratt der Stat Bartpha, meinen besunder gonstigen Herrn.

Egy ív papir két oldalán, veresviasz zárópecséttel. — *Bártfa város levéltára.*

Közli: Bunyitay Vincze.

262.

Krapina, 1538 május 30.

Frangepán Farkas és neje Nádasdy Tamást leányuk menyekzőjére hívják.

Magnifice Domine... Scire damus vestre M(agnifice) D(ominationi), quod, Deo auxiliante, filiam nostram, nomine Katherinam, secundum ritum sacrosancte Romane ecclesie tradidimus magnifico domino Luce Zekel. Cuius nuptias ac earum sollemnizationem (!) decrevimus solemnizare (!) in festo sancte et individue Trinitatis in castro nostro Krapina. Quare rogamus V. D. ... dignaretur unacum consorte M. V. interesse... nam V. M. D. novit has privignas nostras adhuc vivente parente ipsorum sub tutella (!) V. M. commendatas... Datum in castro nostro Krapina in festo Ascensionis Domini anno Salutis nostre 1538.

Volfgangus de Frangepanibus comes Brinye etc.
ac Katherina consors eiusdem.

Kívül: Magnifico domino Thome de Nadasd, regnorum Dalmatie, Croatie et Sclavonie Bani ac comiti Castri Ferrei...

Eredetije papiron, a pecsét lehullott. Az országos levéltár Nádasdy-levelek F. csomójában.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

263.

Veszprém, 1538 május 31.

Kecsethy Márton veszprémi püspök nagy szükségtől kényszerítve kéri Nádasdyt, hogy adósságát fizesse meg vagy legalább bort adjon annak fejében.

Magnifice domine et frater in Christo observandissime salutem et servitutis commendationem! Non impedirem Mag(nificen-

tiam) v(est)ram, nisi maxima me urgeret necessitas, de qua sepissime iam scripsi. Idcirco rogo D. V. M. ut considerato amore meo erga eandem et eiusdem erga me, restituat iam tandem illam pauculam pecunie summam. Aut si id fieri nequiverit nunc, det saltem vina pro eis pecuniis, si non in toto, saltem in parte. Hoc si fecerit M. V. perpetuo me sibi magis ac magis devinciet.

Magnificus dominus Stephanus Maylath, vaÿvoda Transilvaniensis scribit ad me, quod si M. V. et ego voluerimus intrare causa visendi in Transilvaniam, ipsamet sua magnifica Dominatio unacum generosa domina et magnifica consorte sua et charissimis parentibus meis ac fratre vult ad me venire. Quod Deus faciat, ut aut ego cum M. V. ipsós, aut ipsi nos invisere possint. Jam enim sunt decem et novem anni, ex quo non vidi parentes meos et nimis libenter eos videre cuperem .. Vesprimii ultimo Maii 1538.

Servitor
Vesprimiensis.

Kívül: Magnifico domino Thome de Nadasd, comiti Castriferrei ac Dal(matie) Cro(atie) Sclavonieque Bano.

Az egész a püspök sajátkezű írása. Eredetije a Nádasdy-levelek K. csomójában, az országos levéltárban.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

264.

Ujvár, 1538 május 30. és június 6. között.

Dévay Mátyás Nádasdy Tamásnak. — Odaérkezéséről s arról tudósítja, hogy a maga dolgairól Sebestyén által élő szóval értesítette s rendelkezését várja.

Post perpetuam orationum et obsequiorum meorum commendationem, gratiam ac pacem per Christum Jesum. Intellexi dominum Sarkan ad Magnificentiam Vestram iturum et quia per Sebastianum nihil potui Magnificentiae Vestrae scribere, ne negligentiae nota mihi impingatur, paucis jam scripsi. Deus fortunet negotia Magnificentiae Vestrae, det sapientiam ac virtutem, ut suae expectationi possit respondere, nam hoc pane cottidiano quam egeamus praesertim hoc periculosissimo tempore, res loquitur ipsa, nec est humanitatis virum tam deploratis rebus consulere, nisi adsit manus Dei nostri, quam sedulo precemur necesse est, qui igitur est adjutor in tribulationibus, quae invenerunt nos. Adsit sua gratia, gubernet, regat ad sui nominis gloriam etc.

Iterum auditur hostis nostri irruptio, quod oscitenter autem

agant, quorum interesset, nemo nescit. Vereor ne poenas contempti verbi Dei et tyrranidis (!) inauditae principum daturi simus. Solaretur me illud Senecae, nemo desperet meliora lapsis, si viderem innovari homines, si pararent viam Domino rectam, fide, charitate, sedulitate, oratione juvenescerent, sed peccati senio ita obducti potius esse videntur, ut propemodum omnis caro corrupisse viam suam manifestis flagitiis testetur, haec Magnificentia Vestra videt clarissime; ac quia charta quoque deficit, et ego desinam loqui, de rebus meis per Sebastianum nostrum viva voce Magnificentie Vestre nunciavi. Expecto ejus voluntatem, quam Christus diu conservet Amen. Ex Ujvár inter octavas Ascensionis Domini Anno salutis 1538.

Dévaj
M. V. deditissimus.

Kívül: Spectabili ac Magnifico domino Thomae Nadasdi bano ac comiti etc. domino et patrono observandissimo.

Eredetije félívnél kisebb. Pecsétje papirossal borított zöldviaszba van nyomva, paizsban kardot tartó kart ábrázol, fölötte M. D. betűk. (Az országos levéltár kincstári osztályában.) Közölte: *Szilády* Á. Dévai «At tíz parancsolatnak stb.» cz. művének akad. kiadásában. (Budapest, 1897. 140—141. ll.)

265.

Boroszló, 1538 június 2.

Morone nunczius Farnese kardinálisnak: Brodarics váczi püspökről.

— — — — — — — — — — — — — — —

Qui havemo trovato il Broderico vescovo Vaciense a nome del Vayvoda per la conclusione della pace, quale hieri come segno di Sua Santità venne a visitarmi a nome del signor suo, exponendomi l'obedientia et buon desiderio del predetto signor suo verso Nostro Signore et la buona speranza, che ha della conclusione della pace, et exhortandomi ch'io volesse persuadere a Nostro Signore a mandare un nuntio al predetto signor suo per contenerlo in offitio, che si potesse obviare a molti pericoli, maxime nella materia della religione. Io ringratiai della visita promettendoli, darne notitia a Sua Santità, come faccio, et l'exhortai a voler fare tutti li debiti officii, acciochè non solo si concludesse questa pace, ma nascesse piena fidanza tra questi dui principi per il beneficio della Christianità. Questa mattina Sua Maestà extra dentes mi ha detto la pace essere totalmente conclusa et stabilita et che lo significassi a Sua

Santità, quantunque per qualche rispetti ad instantia del predetto Vayvoda si tenesse occulta.

Questo monsignor Broderico mi havea già fatto instantia che Sua Santità mandasse un nuncio; il che mi parse communicare con questa Maestà per explorar lo animo suo, et havendolo communicato con la Maestà Sua mi rispose, che sarà necessario per componere le cose ecclesiastice di questi vescovi di Hungheria mandar — per usar le parole sue — o l'autorità a me overo qualche altro nuntio; ma che anchora non era tempo, perchì quando fusse stato il tempo, il che saria presto, Sua Maestà era ricercata et obligata procurare appresso Sua Santità la confirmatione de tali prelati.

Di Wratislavia alli 2 di giugno 1538.

Nuntiaturberichte aus Deutschland. Erste Abtheilung. II. 296.

266.

Süly, 1538 június 2.

Nádasdy Tamás Imricze nevű szolgája pár ökröt kér, mert megházasodott.

Magnifice domine... Quoniam obligor trinis personis in hoc seculo servire et vita mea durante cum fidelitate studebo servire illis. Ex quo autem venio ad rogationem, mihi tanquam wltu (!) monacali (!) peto veniam. Et si unum negotium coram me non esset, adhuc non molestarem Mag(nificentiam) Vestram (quia pro parte mea intelligo indigentiam Mag. vestre quoque), sed reservassem ad novissimam meam indigentiam. Rogatio et supplicatio mea est pro uno bove aut ad summum pro duobus. Necesse est me patrem familias esse, quia uxorem duxi... Ex Sywl dominica Exaudi 1538.

Servitor Mag(nificentie) Vestre perpetuus
Imrycze.

Kívül: Magnifico domino Thome Nadasdhÿ regnorum Dalmatie, Croatie et Sclavonie Bano.

Eredetije az országos levéltárban a Nádasdy-levelek J. csomójában.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

267.

Dombró, 1538 június 3.

Erdődy Simon zágrábi püspök tudatja Nádasdy Tamással, hogy a mantuai zsinaton levő Campegi Lőrincz biboroshoz levelet küldött.

Magnifice Domine, frater observandissime salutem et pacem per Christum. Cum nudius tertius cum domino Andrea Tharnoczÿ M(agnifice) D(ominationis) V(estre) vicebano verba contulissem, significavit mihi, hominem suum ad M. D. V. se missurum, quem meis litteris vacuum ad se venire nolui. Novi quicquam ex Italia de statu principum hactenus nihil habui. Spero tamen, me propediem habiturum. Hodie certas ad Cardinalem Campegium in Concilio agentem dedi litteras. Credo eum quoque me certificaturum de his, que scitu digna videbuntur. Hic a Turca desevitur in nos vehementer... Dombro feria secunda inter octavas Ascensionis Domini — 1538.

Simon
episcopus ecclesie Zagrabiensis.

Kívül: Magnifico domino Thome de Nadasd Tavernicorum regalium magistro et comiti Castri Ferrei ac regnorum Dalmatie, Croatie et Sclavonie bano.

Eredetije az országos levéltárban a Nádasdy-levelek E. csomójában.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

268.

Sárvár, 1538 június 6.

Imre kápolnamester mentegeti magát, hogy Nádasdy Tamásnak nem írt. György papra (presbyterre) bízta.

Magnifice domine... Post servitiorum, orationum mearum suffragia In.. literis suis V(est)ra M(agnifica) D(ominatio) mihi scripserat, ut ad scripta eiusdem relationem facere non curarem. Id profecto non meo vitio contigit, quia tunc in perlustratione eram, nam Georgio presbitero commiseram, ut in mea absentia literas V. M. D. mihi sonantes aperiret et que agenda et ordinanda essent, ea, ille, quem in castro reliqueram, ordinaret... Dominus Ladislaus Osthffÿ ad perlustrationem iam venire nult (!) sed se cum hoc excusat, quod ad dietam presentem cum V. M. D. se ire preparat. Dominus Chernel hodie advenit et ipse dicit, se ad pretactam die-

tam cum V. M. D. iturum fore... Datum ex Sarwar feria quinta ante Penthecostes 1538.

Eiusdem V. M. D.

servitor humillimus ac perpetuus
Emericus
magister capelle et provisor castri Sarwar.

Kívül: Magnifico domino.. Thome de Nadasd Thavernicorum regalium magistro, comiti comitatus Castriferrei, regnorum Dal(matie) Cro(atie) et Sclavonie Bano...

Eredetije a Nádasdy-levelek M. csomójában az országos levéltárban.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

269.

Boroszló, 1538 június 9.

Brodarics István választott püspök értesíti III. Pál pápát, hogy a béke ügyében Ferdinánd királynál tartózkodik, Morone nunciussal tárgyalt és ajánlja János királyt.

Sanctissimo in Christo Patri et Domino, Domino Paulo Tercio divina providentia Sancte Romane et Universalis Ecclesie Pontifici Maximo, Domino meo Clementissimo.

Beatissime Pater et Domine, Dñe Clementissime. Post humillimam mei et serviciorum meorum commendacionem. Fui hic apud hanc Sacram Romanorum Regiam Maiestatem, et adhuc sum in negocio pacis tanto tempore quesite, ubi plura loquutus sum cum Vestre Sanctitatis legato, R. Dño Episcopo Mutinensi. Que ipse per suas litteras, credo, quod ad Vestram Sanctitatem perscribet. Sanctitas Vestra ex his intelliget statum rerum nostrarum Hungaricarum. Et Vestra Sanctitas certo sibi persuadere dignetur serenissimum regem meum esse deditissimum Vestre Sanctitati. Vestra eciam Sanctitas benigne amplecti velit talem ac tantum filium, qui et Vestre Sanctitati et reipublice christiane potest esse magno usui. D. Deus conservet Vestram Sanctitatem semper felicem et sanam.

Wratislavie in Slesia 9. Junii 1538.

Eiusdem Vestre Sanctitatis

humillimus servulus et capellanus
Steph. Brodericus E. Vaciensis.

Theiner, Vetera monum. Slavorum merid. I. 640.

270.

Buda, 1538 június 9.

Pesti Gábor Peregi Albert pécsi prépostnak. — Budára hazaérkezvén, övéit a körülményekhez képest jó állapotban találta, de megszomorította azzal a kijelentésével, hogy nem akarja magát pappá szenteltetni.

Salutem et serviciorum commendacionem. Ego, Deo propicio, salvus atque incolumis, triduo ante diem festum Penthecostes ad lares paternos appuli, ubi meos omnes statu et fortuna, in tanto rerum omnium discrimine utique bona reperi, qui me solito amore amplexi nil intermiserunt quod ad officium attineret fraternum, hoc solum eos male habet, quod diu celatam voluntatem meam ipsis aperui, me sacerdocium assumere scilicet nolle, et presertim genitricem meam, que putat se illam educationis operam, quam a primis cunabulis in me nutriendo, docendo, litterisque instituendo impendisset, factam frustra atque adeo inaniter impensam, nullam enim ipsa putat erudicionem, quam non sequeretur sacerdocium; ego autem, tum quod illis ingratus sum in hac parte, tum quod nullum certum habeo statum, vitam vivo melancholicam, que mihi iampridem conversa fuisset in amaritudinem, nisi sacrosancta Christi mei verba dulciora super mel et favum me consolarentur, atque unica humanissima atque probissima soror mea domina Margaretha... Nova si que haberem, dominacioni vestre reverendissime scriberem ex animo, sed profecto habeo nulla penitus; eandem felicissime valere cupio. Bude in festo Penthecostes 1538.

Servitor

Gabriel Pannonius Pesthinus m. p.

Eredetije az orsz. levéltárban. — Nyomtatásban kiadva: Irodalomtörténeti Közlemények. Harmadik évf. Budapest, 1893. 336. l.

271.

Boroszló, 1538 június 10.

Morone bécsi nunczius jelentése Farnese pápai vicze-kanczellárhoz. Brodarics váczi püspök titoktartás mellett közli a nunciussal, hogy a béke (Ferdinánd és Zapolyai között) megköttetett, és kéri, küldjön a pápa nuncziust Magyarországba. A nunczius ellenvetése. Egy második látogatás alkalmával Brodarics a magyar püspökök megerősítését kérvényezi, mit Ferdinánd király is kíván.

Monsignore Broderico vescovo Vaciense doi giorni fa venne a ritrovarmi et [haven]do la fede da me, che io ad altra persona che a Sua Santità non significaria quello [che da] lui intendesse, secretissimamente mi disse la pace esser conclusa tra [questo] Ser[mo] re et il suo re Giovani, il che mi pregava con ogni secretezza et... volessi significare a Sua Santità, cioè che di boca sua havesse questa notitia [della pa]ce. per la quale hora Nostro Signore dovea mandare al re Giovani uno [nuntio] expedito, quale sotto pretexto di persuaderli, che facesse pace con questo [re] si congratulasse della pace già fatta, portando seco brevi credentiali con [titulo] regale et con commissione di contenere in bon' offitio il predetto re verso la sede apostolica. La qual cosa egli mi raccordava come persona dedita a Sua Santità, perchè sapea quanta iusta causa haveva hauto il suo re de fare quelli errori, quali altri regi haveano fatto et che non gli erano mancati molti stimuli.

Lo ringratiai dell' adviso et della confidentia havea de communicarmi questo secreto, et mi congratulai di ditta pace, quale mi persuadea sarebbe stata grata a Sua Santità per il beneficio de Christiani, et nella quale Sua Santità molte volte havea fatto qualche gagliardo offitio con questa Maiestà. Ma quanto al nuntio non mi parea conveniente persuaderlo a Sua Santità, essendo il suo re in questo stato con la sede apostolica che si ritrova; ma che più se conveniva al ditto re chiedere humilmente l'absolutione et reintegratione come a figlio la gratia del patre.

Mi rispose [che] troppo severamente la sede apostolica negotiava con li regi, quali però erano regi et col favore de quali solea essere diffesa et conservata, et ch' el suo re molte volte tentato al tempo di papa Clemente bo. me. mai volsi chiedere perdono di quello, di che non era colpevole, et che Sua Santità, allhora in minoribus, essendo conscia di questi trattati biasmava l'iniqua facilità di Clemente, qual senza giuditio et cognitione alcuna solo

per compiacere alla Cesarea et questa Maiestà condemnò esso re Gioanni.

Gli feci risposta, che mio offitio non era giudicare il fatto di papa Clemente; ma essendo stata questa Santità in minoribus favorevole al [suo re] havendo conosciuta la iniustitia della causa, come lui di[ceva, mi pareva] più convenevole, ch' el predetto re monstrandosi grato delli officii... l'honore de Sua Santità et de quella sede apostolica, quale credea... tempo, ma più da questo pontifice, qual è vero patre de [la Christianità] governata senza alcuna tyrannide. Il perchè non come [nuntio, ma] come persona a lui amica lo exhortava a persuadere al [suo re di] mandare persona a posta a congratularsi con Sua Santità de questa pace et reconoscere quella sede, come sempre hanno fatto li passati re de Ongaria; perchè mi confidava che haverebbe trovato benigna correspon-den[tia] da Sua Santità.

Mi repplicò, ch' essendo la pace secretissima questo al presente non si potea fare senza gran periculo, et peró era meglio che Sua Santità mandasse nuntio nel modo soprascritto. et cosi essendosi sopra ciò variamente repplicato rest[ai] quieto, che non si conveneva, che io facesse tale richiesta, et manco che Sua Santità mandasse nuntio, se prima non era prevenuta con qualchi honesti offitii dal suo re, delli quali però credea ne fosse dato commission all' arcivescovo Collocense, qual è inviato alla Cesarea Maiestà; quantunque de ciò non sapesse cosa alcuna, ma solo sapea che [il suo re] Giovani havea deliberato mandare a Sua Santità il Statilio vescovo di Transilvania et che puoi havea mutato per qualche degni rispetti.

Heri ritornò a me il predetto monsignore Broderico et mi pregò particularmente volessi supplicare a Sua Santità, che si dignasse fare la confirmatione a lui del vescovato Vacciense, al Frangepano, cioè all arcivescovo Collocense, quella del' Agriense et a monsignore Statilio del Transilvaniense et a frate Georgio, thesaurario del suo re, quella de Varadino, le quali confirmationi disse, che Sua Santità altre volte gli ha promesso non solo di farle voluntieri, ma de farle gratis. Doppoi trovandomi [con] questa Maiestà mi ha fatto la medesima instantia et pregato voglia [far]ne caldo officio con Sua Beatitudine. Nondimeno mi pare strano, che vogliano la confirmatione de questi vescovati dicendo, che vogliano che la [pace] sia secretissima. Sopra che Sua Santità fara quella deliberatione, che gli parerà, dignandosi havere sempre consideratione che gran parte de l'Ongaria è contaminata dalle nove sette et quanto più

destramente et benignamente Sua Santità procederà, che stimo sara tanto più expediente alla religione et all' augmento dell' autorita della sede apostolica. — — —

Da Wradislavia alli 10 giugno 1538.

Nuntiaturberichte aus Deutschland. Erste Abtheilung. II. Bd. Gotha, 1892. 302—304. II.

272.

Ujvár, 1538 június 10.

Dévay Mátyás Nádasdy Tamásnak. — Arra kéri, hogy ha útra indul (bizonyosan Pozsonyba, a június 15-re összehitt országgyűlésre): ládájának, melyben könyvei vannak, mivel azok nélkül el nem lehet, Pozsonyba szállíttatása iránt intézkedjék.

Praemissa obsequiorum et orationum commendatione. Gratia Deo, Domine Magnifice, salvus redii ad Ujvár. Hodie et dominus Franciscus redibit, nam ejus prodromus sive praecursor jam venit, credo hodie adhuc scribet Magnificentiae Vestrae. Si ad diem, quo Magnificentia Vestra itineri se accingit, Joannes magister et doctor non redibit, tunc vel Jacobus magister de mea ladula Posonium deferenda aliquem vel dominum Sarkan vel ipsum Komlosi certiorem faciat, quae sit, ne loco meae magistri Joannis cista deportetur, nam et ipse similem prope modum habet, et rogo Magnificentiam Vestram, ne relinquatur, nam absque illa et libris in ea contentis carere non possum. Magnificam Dominationem Vestram Christus ad multa tempora diuque nobis conservet. Ex Ujvár secundo die Pentecostes anno salutis 1538.

Dévaj,
Magnificentiae Vrae deditissimus.

Kívül: Spectabili ac Magnifico Domino Thomae Nadasdi Comiti comitatus Ferrei Castri ac bano etc. domino et patrono observandissimo.

Eredetije negyedív. Papirossal borított zöldviaszba nyomott pecsétjén kivont kardot tartó kar s M. D. betűk láthatók. (Az országos levéltár kincstári osztályában.) — Közölte: *Szilády* Á. Dévai «At tiz parantsolatnak stb.» cz. művének akad. kiadásában. (Budapest, 1894. 141—142. II.)

273.

(Zala-)Bér, 1538 június 11.

Villányi Kápolnay Ferencz tudatja Nádasdyval, hogy Dessewffy Margitot férjhez adta Nagy Gáspár nevű tisztviselőjéhez, mert nem akarta, hogy hit nélkül muljon ki e világból.

Magnifice Domine... Scribere possumus vestre M(agnificentie), quod nos dominam Margaretham, sororem domini Ladislai Desewffÿ, Caspari Nagh, familiari nostro, copula matrimoniali despondimus. Noluimus enim illum sine religione ex hoc seculo migrare. Supplicaveramus vestre M. et prius pro eliberatione ipsius domini Ladislai Desewffÿ, fratris videlicet huius domine Margarethe, causam quoque detentionis ipsius ab eadem perceperamus. Iterum rogamus vestram M. tanquam dominum confidentissimum, velit ipsum dimittere et eliberare... Datum ex castello nostro Beer feria tertia festi Penthecostes anno Domini 1538.

Franciscus Kapolnay de Wyllyan.

Kívül: Magnifico domino Thome de Nadasdh, comiti comitatus Castriferrei ac regnorum Dalmatie et Croatie Bano.

Eredetije a Nádasdy-levelek K. csomójában az orsz. levéltárában.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

274.

Kapos-Ujvár, 1538 június 11.

Batthyány Perpetua, Szerdahelyi Dersfy Miklós özvegye fiaival, Dersfy Istvánnal és Farkassal együtt nagyságos Enyingi Török Bálint somogyi főispán, dunáninneni királyi főkapitánynak és nejének, nagyságos Pemflinger Katalinnak különös kérésére a zseliz-szentjakabi, néhai Máté apát halálával megüresedett apátságot kegyuri jogánál fogva Pécsváradi László miséspapnak és szerzetesnek, a somogyvári konvent perjelének és őrének ajándékozza.

Vidua Nicolai Dersfy de Zerdahely, nata Perpetua Batthyány, unacum filiis suis Stephano et Wolfgango Dersfy ad petitionem specialem Valentini Török comitis Somogyiensis eiusque magnificae uxoris Catharinae Pemflinger abbatiam s. Jacobi de Zselicz, morte Mathei abbatis vacantem, Ladislao de Pécsvárad, monacho presbytero, priori et custodi monasterii de Somogyvár, donat.

A pannonhalmi konvent orsz. lt. c. 4. l. D.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

275.

Boroszló, 1538 június 12.

Ferdinánd király szigorúan megparancsolja Serédy Gáspárnak, hogy Frangepán Ferencz egri püspök birtokait semmi szin alatt el ne foglalja, ne pusztítsa, se dézmáját újból meg ne támadja.

Caspari Seredy. Ferdinandus. Magnifice fidelis dilecte. Committimus tibi harum serie firmiter precipientes, ut R. domini Francisci de Frangepanibus, episcopi Agriensis, possessiones, ecclesie sue pertinentes Zenthmaria, Heycze et si que sunt alia, nullo pacto occupes vel deprederis vel graves, neque etiam de novo eiusdem decimas invadas vel occupes. Secus minime facturus. Datum Wratislavie XII. Junii 1538.

Exp[edite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1538. Jun. 35.*

Közli: Bunyitay Vincze.

276.

Boroszló, 1538 június 12.

Ferdinánd király nyilt levélben engedélyezi, hogy Adornus Jeromos páviai orvos Váczra Brodarics István váczi püspökhöz, vagy akárhová Magyarországon betegek gyógyítása végett szabadon elmehessen.

Patentes. Ferdinandus etc. Recognoscimus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod licet honorabilis Hieronymus Adornus, medicus Papiensis, nobis fide sua data obstrictus sit, et non liceat ei preter voluntatem et consensum nostrum alicui adverse partis in Hungaria inservire, tamen ad instantiam et petitionem R. domini Stephani Broderici, episcopi Vaciensis concessimus nostrumque consensum clementer dedimus, sicuti concedimus et damus per presentes, ut non obstante obligatione sua, a qua eum impresentiarum relaxamus, possit prefato episcopo Vaciensi vel cuicumque voluerit in Hungaria operam suam et servitia prestare. Harum testimonio literarum sigilli nostri impressione munitarum. Datum Wratislavie XII. Junij 1538.

Exp[edite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1538. Jun. 36.*

Közli: Bunyitay Vincze.

277.

Kelet nélkül. (1538 június 16. előtt.)

Brodarics kéri a lundeni püspököt, eszközölné ki — ha jónak látja — hogy Ferdinánd király segítené meg őt ötszáz forinttal, mert épen ennyi adóssága van; biztosítja különben, hogy a béke érdekében tett követségi fáradozásai több ezer aranyába kerültek, mint a mennyi ezen adósságának száza.

Reverendissime Domine. Hoc, quod nunc peto, ut V. Dominatio pro me facere velit, credat mihi V. Dominatio, quod non libenter facio, sed necessitas me ad hoc compellit et principis mei erga me V. Dominationi nota liberalitas.

Sum multis debitis implicatus propter istas tam diuturnas pro pace Hungarica susceptas legationes: debeo inter alios domino Thurzoni fl. II^c. domino Andree preposito Strigoniensi, preceptori meo fl. III^c. Rogo V. Dominationem, si tamen ei videtur, velit facere duo verba Maiestati Regie, huic domino meo clementissimo: dignetur in hac parvula summa me sublevare Sua Maiestas, deputando hanc summam in prima regni ditionis suae Maiestatis contributione, utranque summam, in toto fl. V^c domino Thurzoni; potero Deo propitio hoc sue Maiestati adhuc obsequiis et servitute mea promereri.

Expendi plura millia aureorum, quam ista centena sint, in eum finem rei deducende gratia, quem Maiestas sua scit, ab eo tantum tempore, quo primum ad Maiestatem suam ventitare inceperam: ita Deus me adiuvet; idque de meo, ultra ea, que mihi rex meus subministrabat.

Hoc est, quod a V. Dominatione, ut faciat, peto, si videtur.

De Nadasdino, filio meo, qui se certe inique mecum gerit, de abbatia Zaladiensi cum fratre meo de bonis illis faciat V. Dominatio mentionem Sue Regie Maiestati, ut recordetur, quum tempus erit, Sua Maiestas, nam ista scio ego non esse presentis temporis.

Servitor
Vaciensis scripsit.

Kívül: Reverendissimo Domino meo Domino Londensi etc. etc.

Egy félív papir egyik oldalán, piros záró gyűrűpecséttel, kelet nélkül, de minden bizonynyal 1538 június 16. előtt kelt, mert ekkor Ferdinánd már intézkedett ez ügyben (lásd levelét lentebb 278.) és elég nemesen a nélkül, hogy Brodarics ezen kérvényét említette volna. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1538. Jan. 121.* — Brodarics pecsétje: hajóban ülő s jobbra evező alak, arcza előtt csillag. *U. o. Jul. 114.*

Közli: Bunyitay Vincze.

278.

Boroszló, 1538 június 16.

Ferdinánd király meghagyja Turzó Eleknek, hogy Brodarics István váczi püspöknek, ki iránt jó hajlammal viseltetik s kinek a béke megkötése körüli fáradozásaiért kedvezni akar, adósságai törlesztésére az országos adóból ötszáz forintot adjon.

Turzoni. Ferdinandus. Spectabilis et Magnifice fidelis, dilecte. Quum ad gratificandum reverendo devoto Stephano Broderico, episcopo Vaciensi, admodum propensi sumus propterea, quod in negotio pacis operam et studium suum bene, fideliterque impendit et adhibuit, eaque de causa non paucas legationes obierit: idcirco tibi iniungimus et mandamus, ut cum dictum Brodericum in debitis suis, que contraxit, aliquo modo clementer sublevare velimus et ob id ei quingentos florenos ex prima dica seu contributione regni ditionis nostre deputandos existimaverimus, procures talem summam pecuniarum nomine et loco nostro ei in prima contributione reservare, nostram in eo expressam executurus voluntatem. Datum Wratislavie 16 Junii 1538.

Ex[pedite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1538. Jun. 50.*

Közli: Bunyitay Vincze.

279.

Boroszló, 1538 június 16.

Ferdinánd király kéri III. Pál pápát, hogy Frangepán Ferencz kalocsai érseket és egri püspököt kardinális méltóságra emelje.

Beatissimo in Christo Patri et Domino, Domino Paulo III. Divina providentia Sacrosanctae Romanae ac Universalis Ecclesiae Summo Pontifici, Domino nostro Reverendissimo.

Beatissime in Christo Pater et Domine, Domine Reverendissime. Post humilem commendationem filialis observantiae nostrae continuum incrementum. Cum in negotio pacis inter Nos et Sermum Regem Johannem componendae R. Franciscum de Frangepanibus, archiepum Colocensem et epum Agriensem, syncere nobis dilectum hactenus impendisse sciamus, adeo ut tum propter beneficium istud Christianitati in hoc accurate a se praestitum, ut qui pro virili et

singulari industria adiuverit, quo pax tandem inter Nos et dictum regem Johannem sanciretur; tum etiam, quia et doctrina et vitae honestate rerumque publicarum experientia dignitatis et muneris sui statum decorare videtur, omni favore, gratia promotioneque dignum existimemus: Sanctitatem itaque Vestram impraesentiarum maximopere rogamus, ut non dedignetur ob praemissa eundem Franciscum de Frangepanibus in numerum Cardinalium adscribere, idque vel virtuti suae tribuere, vel iis meritis, quae in rempublicam Christianam opera, studio laboribusque suis assiduis pro conclusione pacis communique bono susceptis diligenter fructuoseque contulit, vel nostrae huic pro se intercessioni non vulgari. Pergratum enim nobis erit, si Beatitudo Vestra virum istum tam bene meritum promovendum susceperit ad Cardinalatus dignitatem, sicuti se facturam confidimus. Nos Sanctitati Vestrae reverenter commendantes pieque offerentes. Datum in Civitate nostra Wradislavia die XVI. mensis Junii MDXXXVIII. Regnorum nostrorum Romani VIII., aliorum vero duodecimo.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Humilis et obsequens filius

Ferdinandus.

Theiner: Vetera monum. Slavorum merid. I. 641.

280.

Gyulafehérvár, 1538 június 22.

Kálmáncsehi Mártonnak Verancsics Antal.

Persuasum tibi esse non dubito, magnas me et impensas facere et plurimum egere pecunia, idque propter praesentes tumultus bellicos, quibus tum equi plures tum maius famulitium est mihi abendum, nec mihi ipse deesse possum aut debeo, nec secus facere licet, nisi ex aula secessero, quod quidem nec per principem mihi, nec per avunculum meum, communem praesulem datur. Quare si ullo alio tempore quampiam rem gratam in me contulisti, hanc profecto longe gratissimam conferes, si aurum, ut dicunt, urburarum mearum ad festum divi Michaelis per te accipiam. Quod si praestiteris, omnes veri amoris erga me tui numeros explebis et amicitiam nostram mutuam immortalem facies, neque magis tuum reddes imposterum, quam sim meus. Vale. Albae Juliae Transsylvanae. X. kal. Julij MDXXXVIII.

Verancsics Antal összes munkái. Hatodik kötet. Pest, 1860. 19. l.

281.

Pozsony, 1538 június 26.

A pozsonyi országgyűlés utasítása Ferdinánd királyhoz küldött követei részére.[1]

Instructio oratorum ex conventu Posoniensi, pro festo beatorum Viti et Modesti[2] celebrato, ad regiam Maiestatem expeditorum.

— — — — — — — — — — — — — — —

Episcopatus item Iauriensis ac alie ecclesie et bona earum, in manibus dominum secularium habita, liberentur et in priores ordines ecclesiasticos redigantur.

— — — — — — — — — — — — — — —

Item generosa domina relicta condam egregii Francisci Petheo unacum liberis, fratribus, amicis et affinibus suis, et presertim nobilibus aliquot ex familia Petheo, exposuit in conventu gravi cum querela, qualiter superioribus mensibus episcopus Wesprimiensis[3] arcem Thadŷka, liberorum et affinium dicte domine exponentis hereditariam, in ditione regie Maiestatis sitam, quibusdam proditoribus in ipsam arcem subornatis, penam in generali decreto expressam non formidans, per suos homines intercepisset, in eaque res quam plurimas prefatorum exponentium et aliorum hominum ac ecclesiarum in arce ipsa propter iniuriam temporum repositas, prout ipsi asserunt, plus quam centum millium florenorum in valore, repertas, sibi usurpasset, ipsosque cum tota eorum familia ex arce ipsa miserabiliter et ignominiose eiecisset, retentis prius aliquandiu in vinculis domina prefata exponente et Anthonio Petheo in compedibus, aliisque variis iniuriis affectis; supplicant propterea domini et nobiles statusque omnes, ut regia Maiestas, habita ratione indignitatis huius facinoris, dictos miseros exponentes premisso modo spoliatos in integrum restituere dignetur gratiose, iubeatque domino locumtenenti suo, ut ex parte episcopi prenominati, nulla prorogatione obstante, iudicium et iustitiam administret, ad quod vel illud maxime hortatur, quod egregius Petrus Petheo fidelis servitor regie Maiestatis, in servitiis eiusdem, dum apud dominos Bakyth ageret, in captivitatem Valentini Therek incidit, ubi et nunc in diris vinculis detinetur.

— — — — — — — — — — — — — — —

[1] A követek voltak: Gerendy Miklós v. erdélyi püspök, Batthyány Ferencz, Asszonyfalvi Osthfy László és Majthényi Bertalan.

[2] Június 15.

[3] Kecsety Márton.

Maiestas regia iubeat possessiones quattuor prepositure Thwrocz, quarum tres dominus Ludovicus Peckrÿ, quartam vero dominus Christofforus de Thurri tenet, preposito eiusdem ecclesie remitti, quatenus ecclesia illa et conventus ad laudem Dei possit reformari.

— — — — — — — — — — — — — — —

Postremo id quoque supplicamus Maiestati regie, domino nostro clementissimo, ut cum Raphael Podmanÿczkÿ, subditus partis alterius,[1] soleat sepius varia pecorum genera de bonis fidelium Sue Maiestatis per vim, predonis in modum, facere abduci, ablataque huiusmodi dominis et incolis regni Moravie ex composito vendi faciat: dignetur Sua Maiestas precipere in generali iis omnibus, qui hec furta coëmere non dubitant, ut imposterum huiusmodi negotiationibus sese non audeant immiscere, quin potius pretia quoque illorum, que hactenus emerunt, iis, a quibus sunt abducta, rectificent, alioqui necesse erit curare, ut damna huiusmodi ab incolis Moravie etiam per arestum recuperentur.

Que quidem omnia et singula domini oratores, pro ipsorum dexteritate ac prudentia, quibus melioribus poterunt modis, Sue Maiestati coram explicare debebunt.

Fraknói, Magyar Országgyűlési Emlékek. II. 73., 77., 80—82.

282.

Pádova, 1538 június 27.

Frangepán Ferencz kéri a pápa közbenjárását a békekötéshez.

Sanctissimo in Christo Patri et Domino, Domino Paulo Tertio divina providentia Sacrosanctae Romanae ac Universalis Ecclesiae Maximo Pontifici, Domino meo Clementissimo.

Beatissime Pater et Domine, Domine Clementissime. Post humillima pedum beatorum oscula et servitutis meae perpetuam commendationem. Missus sum a sermo dno et rege meo ad sacratissimam Caesaream et catholicam Maiestatem pro pace nostra Hungarica, quae utinam iam tandem, Deo propitio, auctoritate Sanctitatis Vestrae bono fine concludatur, et hoc nisi mature fiat, actum erit de nobilissimo regno. Iniunxerat mihi Sua Maiestas, ut

[1] Zapolyai-párti.

si Caesaream Maiestatem invenirem apud Vestram Sanctitatem, supplicarem Vestrae Sanctitati nomine Suae Maiestatis, quo interponeret vices suas pro hac pace tam necessaria tamque salutari: quod quia praesens facere non potui adversa valetudine praepeditus, facio absens obtestando Vestram Sanctitatem per Christum dominum nostrum, velit omnem lapidem movere, ut Hungaria sit salva, et hoc nedum propter nos, quod utique pium opus esset tot oves Christi a luporum morsibus et incursibus liberare, sed et propter totam Rempublicam christianam. Nam si Sanctitas Vestra cum suis confoederatis vult Turcam offendere, quod faxit Deus in diebus nostris, Hungaria est via ad id et aptissima et sola, tum ob soli fertilitatem, tum ob secunda Hungariae flumina, quae victualia et omnia ad bellum necessaria facile ministrarent exercitibus. Si autem defendere tantum vult Sanctitas Vestra christianam Rempublicam, etiam sic Hungaria salvanda est. Nam nunquam patuit Italia populationi Barbarorum nisi per Pannoniam, illinc Gothi, Ostrogothi, Longobardi, Hunni, Heruli, Alani more procellae semper Italiam irruerunt, et nunc Turca non ob aliam causam instat occupationi inferioris Pannoniae, nisi ut Italiam illinc invadat et suae subiiciat tirannidi, quam mari desperat se posse consequi. Iniunxerat item mihi dominus rex meus, ut Sanctitati Vestrae supplicarem, vellet iam tandem providere ecclesiis Hungariae orbatis a tot annis pastoribus propriis: quae omnia Sanctitati Vestrae clarius dicet reverendus dnus Franciscus Marsupinus, cuius dictis, supplico, ut Sanctitas Vestra fidem adhibeat. Cuius clementiae me humiliter commendo. Datum Paduae vicesima septima Junii Anno Dni MDXXXVIII.

Eiusdem Sanctitatis Vestrae

Humilis filius et mancipium

Fr. Franciscus de Frangepane.

Theiner, Vetera monumenta Slavorum merid. I. 641.

283.

Lucca, 1538 július 4.

III. Pál pápa a brindisi-i kardinálist, Jeromost, magyarországi követéül rendeli.

Dilecto filio Hieronymo tituli sancti Grisogoni presbytero cardinali Brundusino nuncupato, ad regnum Hungariae nostro et apostolicae sedis de latere legato salutem etc. Cum in principio

pontificatus nostri christianos principes inter se dissidentes et ob id Christianitatem armis et bellis oppressam et pene vastatam videremus, nostri muneris esse iudicavimus pro illorum concordia ad ea remedia recurrere, ad quae praedecessores nostri confugere consueverant, Deumque inprimis publicis votis ac rogationibus precati sumus, ut pro sua pietate pacem fidelibus suis nostro tempore restituere dignaretur et deinde ad ipsos principes conversi, eos per litteras, nuncios et legatos pluries hortati sumus, ut odia deponerent, animos ad invicem conciliarent, subditos suos et quassatam Italiam aliquando per concordiam consolarentur. Quod cum difficilius succederet: illud facere non omisimus, ut posthabita aetatis nostrae iam decrepitae ratione, postpositis terrestrium et maritimorum itinerum incommodis, charissimos in Christo filios nostros, Carolum Romanorum imperatorem semper augustum et Franciscum Francorum regem Christianissimum, Niciae conveniremus pacemque eis suaderemus. Quam etsi in totum concludere non potuimus, illud tamen Dei clementia et sancti spiritus gratia nos coadiuvantibus effecimus, ut ab ipsis Carolo imperatore et Francisco rege per inducias decennales ab armis cessatum est, non intermisso pacis tractatu, pro quo uterque eorum particulares ad nos nuncios brevi missurus est.

Ut autem eiusdem Dei misericordia uberior et plenior nobis appareret, eodem fere tempore in regno Hungariae, in quo diutissime cer*[tatum fuerat, odiis ac discordiis de]*positis, ad pacem et concordiam deventum est. Nos vero hac duplici laetitia affecti gratias Deo omnipotenti pro duplici hoc munere agere non desinimus: et quoniam ipsi paci nostram ac sanctae Sedis Apostolicae auctoritatem pro eius roboratione interponere per nos ipsos non possumus, sicut vellemus, id per aliquem alium omnino exequi decrevimus.

Quamobrem praedecessorum nostrorum in hoc morem secuti, Circumspectionem tuam, singulari doctrina praecipuaque probitate et integritate insignem, nostrum et eiusdem Sedis ad ipsum regnum Hungariae legatum de latere de venerabilium fratrum nostrorum sanctae Romanae ecclesiae cardinalium consilio creantes et deputantes teque eo destinantes, tibi nostram et dictae sedis auctoritatem in dicta pace interponendi et tam in ipso regno, quam in aliis locis, ad quae deveneris seu per quae transieris, alia omnia statum ecclesiasticum ob publicas calamitates turbatum concernentia componendi, ceteraque faciendi et exequendi, quae ad praemissa necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, plenam facultatem et auctoritatem concedimus per praesentes. Age igitur fili noster

dilecte cum Dei et nostra benedictione, tuisque institutis nostraeque de te expectationi respondeas, sicut in Dei gratia et tua bonitate speramus. Datum Lucae die 4 julii 1538. etc.

Eredeti fogalmazata *Arch. Vat.* Armar. 41. vol. 10. fol. 317. nr. 383. Nyomtatásban kiadva: Nuntiaturberichle aus Deutschland. Erste Abtheilung. III. 97. — *Raynaldus* és *Pray* ez évhez. *Katona,* XX/2, 1125.

284.

1538 július 4.

III. Pál pápa utasítása Jeromos bíboros, pápai követ részére: hogyan üdvözölje János királyt a váradi békekötés alkalmából és mit mondjon, ha a kinevezett magyar püspökök megerősítése szóba jönne.

Instructio pro dilecto filio nostro Hieronymo cardinali Brundusino super concernentibus charmum in Christo filium nostrum, Joannem. Ungarie regem.

Cum ad charmum in Christo filium nostrum Ferdinandum Romanorum regem perveneris, conaberis a Maiestate Sua intelligere, cuius mentis sit rex Joannes circa profectionem tuam ad ipsum Joannem regem; nam hic ab aliquo dictum est, quod hoc ei non placebat. Si itaque invenies id ei non placere, tacito, quod tu a nobis aliquam commissionem haberes illuc proficiscendi, remanebis apud ipsum regem Romanorum, et alia facies, quae tibi cum Maiestate Sua tractanda committentur.

Si vero ipsi Joanni regi profectio tua illuc placebit: ad ipsum te conferes et postquam Maiestatem Suam nostro et huius Sanctae Sedis nomine salutaveris, eodem nomine secum te congratulaberis de pace inter Maiestatem suam et praefatum regem Romanorum subsecuta,[1] innuendo aptis verbis et cum bona dexteritate, quod nos utrique debeamus, propterea quod vocem nostram super hoc audierint et paternas nostras admonitiones admiserint. Et super omnia curabis ita te gubernare, ut non videatur profectio tua (si illuc iveris) a praefato Joanne rege pependisse aut nos de tua admissione modo aliquo dubitasse; sed principaliter te hinc ad ipsum Joannem regem missum, tum causa salutationis et congratulationis huiusmodi, tum ut iuxta consuetudinem per praedecessores nostros servatam huic paci nostram et huius sanctae sedis auctoritatem interponeres.

[1] Váradi békekötés.

Et quia alias ad nos per aliquem ex ipsius Joannis regis ministris scriptum fuit, desiderare Maiestatem Suam, ut nominationes per ipsum Joannem regem ad nonnullos episcopatus illarum partium factae per hanc Sanctam Sedem auctorizarentur: poteris, si in hunc sermonem incidatur, dicere Maiestati Suae, quod etiam hoc habuisti in mandatis, ut scilicet de voluntate et desiderio suo circa hoc te informares, et quod quamprimum certitudinem de hoc habebimus, Maiestati Suae satisfaciemus. Et ne ex eo, quod auctoritas tibi super hoc data non fuerit, immo res nobis hic fuerit reservata, suspicetur ipse Joannes rex hoc factum fuisse pro consequendis iuribus camerae et collegii R[morum] venerabilium fratrum nostrorum ac Romanae curiae officialium: poteris super hoc verbum et fidem nostro nomine ei dare, quod attenta regni illius calamitate, motu proprio cogitavimus promovendos hac vice ab hoc exonerare, sed pro conservatione dignitatis et auctoritatis huius Sanctae Sedis et praefati collegii, voluisse nos hoc reservare faciendum in consistorio nostro, prout semper servatum fuit.

Quia etiam ipsius Joannis regis nomine a nobis petitum fuit, ut presbyteros, qui sanguini se his turbulentis temporibus immiscuerunt, etiam propriis manibus homicidia committendo, a censuris absolvere et super irregularitate etiam ad altaris ministerium dispensare: licet hoc non consueverit haec Sancta Sedes facere, volumus tamen Maiestati Suae in hoc complacere. Quare omnes tales presbyteros vel alias in sacris constitutos iuxta facultatem tibi per speciale breve datam, quandocunque per ipsum regem super hoc fueris requisitus, absolves, et hoc facies etiamsi ad ipsum Joannem regem ex quavis causa te non conferres, cum propterea data sit tibi facultas hoc etiam per alium faciendi.

Nonnulla alia pro parte praedicti Joannis regis a nobis sunt petita, super quibus hic nihil scribimus, quia agentibus suis satis responsum fuit. Mittitur autem ad te, quid responsum fuerit, ut, si in hunc sermonem incidatur, scias, quid dicturus aut facturus sis.

Nuntiaturberichte aus Deutschland. 1. Abth. III. 99—100. — *Schmitth*, Episcopi Agrienses II. 318. *Katona*, XX/2. 1129.

285.

Lincz, 1538 július 13.

Ferdinánd király az ország rendjei azon kérelmének, hogy az egyházi javak a világiaktól elvétessenek és régi állapotukba visszahelyeztessenek, megfelelni kívánván, Thurzó Eleknek meghagyja, hogy az Erdőhegyi Benedektől elvett szentbenedeki apátságot királyi neje káplánjának adja át.

Turzoni. Ferdinandus etc. Spectabilis et Magnifice, Fidelis, Dilecte. Cum communes status regni nostri Hungarie per oratores suos a nobis petierint, adhiberi ordinem, uti bona ecclesiastica de manibus secularium exciperentur in pristinumque statum reducerentur, nosque id iustitie et equitati ac nostre erga divinum cultum cure convenire magnopere arbitremur: tibi ideo firmissime precipimus et mandamus, uti abbatiam Sancti Benedicti, quam iussu nostro de manibus Benedicti Erdewhegÿ excepisti hoc nomine, ut illam capellano serenissime conthoralis nostre, cui illam contulimus, possidendam assignares, eidem capellano omni exceptione postposita tenendam et gubernandam iuxta predicte collationis nostre seriem et tenorem restituas et assignes, nostram in eo expressam executurus voluntatem. Datum Lintij die XIII. Julij 1538.

Exp[edite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1538. Jul. 30.* Közli: Bunyitay Vincze.

286.

Lincz, 1538 július 14.

Ferdinánd király Bálint őrsi prépost folyamodására meghagyja Serédy Gáspárnak, hogy az egri prépostság jövedelmeit Verner György kincstári tanácsosnak adja át, ki felhatalmazással bír azokat Bálint prépost nevében átvenni.

Magnifico Gaspari Seredy. Ferdinandus etc. Magnifice, Fidelis, Dilecte. Supplicatum est Maiestati Nostre non cum exigua instantia pro parte honorabilis Valentini, prepositi Ewrsiensis, qui a pluribus annis nobis summa fide et non sine multis vigiliis et laboribus apud reverendum quondam Thomam, Agriensem episcopum, Cancellarium nostrum, diligenter serviverat, uti proventus sue prepositure Agriensis, qui in illis partibus superioribus regni nostri colliguntur, reddendos sibi admittere dignaremur. Nolentes itaque tum ipsius nostri cancellarij fidem, tum huius Valentini prepositi servitia in oblivionem venire, cum maxime equitas ipsa sua reddi sibi ostendat, hortamur itaque et requirimus fidelitatem tuam, ut absque mora

et gravamine proventus suos, qui legittime ad eius prepposituram pertinent, eundem Valentinum integre percipere et ad manus egregij Georgij Vernerij, consiliarij camere nostre venire patiaris, qui illos nomine ipsius Valentini prepositi percipiendi authoritatem habet, cui etiam hac in re fidem prestare debebis, nostram in eo executurus voluntatem. Datum Lintij 14 Julij 1538.
Exp[edite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1538. Jul. 53.*

Közli: Bunyitay Vincze.

287.

Lincz, 1538 július 14.

Ferdinánd király a veszprémi püspöknek, kit arról vádoltak, hogy a győri káptalan és a veszprémi apáczák javait elfoglalta és elfoglalva tartja, keményen meghagyja, hogy, ha úgy állanak a dolgok, a mint mondva volt, az elvett javakat adja vissza.

Vesprimiensi. Ferdinandus etc. Reverende, Devote, Fidelis, Dilecte. Expositum est nobis pro parte fidelium nostrorum Capitularium Jauriensium et Virginum Monialium Vesprimiensium non sine magna querela, quod Devotio tua certa eis bona occupasset et occupata teneret etiam de presenti et quod ultra trecenta pecora rusticorum eorundem abigere fecisset. Que, si ita sunt, ut asseritur, Fidelitati tue harum serie strictissime precipiendum duximus et precipimus, ut eiusmodi bona occupata et res indebite ablatas de facto remittas et restituas, secus sub gravi indignatione nostra non facturus. Datum Lintij 14. Julij 1538.
Exp[edite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1538. Jul. 44.*

Közli: Bunyitay Vincze.

288.

Lincz, 1538 július 14.

Ferdinánd király kéri a császárt, eszközölje ki János királynál ottani követje által, hogy Gerendi Miklós erdélyi püspök, ki iránta való hűségét mindenének feláldozásával bizonyította be, püspöki székébe visszahelyeztessék.

Cesari. Serenissimo etc. Ferdinandus. Qua fide, diligentia et animi sollicita promptitudine iam inde a suscepto regni nostri

Hungarie diademate in hunc usque diem nobis reverendus, devotus, sincere nobis dilectus Nicolaus de Gherend, episcopus Transsylvaniensis obsequia, operam, studiaque sua prestiterit adeo, quod etiam nostri causa omnes fortunas suas suorumque amittere non dubitarit, quo suam in nos, quem semel legitimum regem et dominum suum agnovisset, immobilem constantiam nullis quantumvis magnis deterritus periculis, conservaret, perlongum esset Maiestati et Dilectioni Vestre recensere. Sed hoc tantum impresentiarum Maiestati Vestre insinuandum duximus, ipsum esse virum et innocentem et de nobis ac Republica Christiana bene meritum, et talem prorsus, qui dignus sit, ut eius fortune, deiecte temporum iniquitate, a Maiestate et Dilectione Vestra pro ea, qua potest, omni maxime gratia atque authoritate subleventur, id est ut a rege Joanne contendere non gravetur per medium sui apud Dilectionem Vestram oratoris perquam diligenter, ut in episcopatum suum Transsilvaniensem, a quo ob summam fidelitatem erga nos suam deturbatus est, restituatur. Omnino enim confidit et pro certo habet, Maiestati Vestre volenti et potenti nihil facile posse negare Joannem regem et nos quoque eadem sumus in sententia. Rogamus itaque Maiestatem et Dilectionem Vestram, curare dignetur, ut dictus episcopus, utriusque nostrum impense studiosus et perpetua observantia nobis addictus, hasce literas nostras sibi plurimum ad assequendum pristinum episcopatum suum apud Maiestatem Vestram profuisse sentiat, commendantes proinde nos et eundem Nicolaum Maiestati et Dilectioni Vestre singulari studio, Eamque quam diutissime simul et felicissime valere optantes. Datum Lintij 14. Julij 1538.

Exp[edite].

Fogalmazat egy félív papir két oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1538. Jul. 49.* — Ugyane tárgyban ugyanígy a lundi érseknek. *U. o. 1538. Jul. 50.*

Közli: Bunyitay Vincze.

289.

Sárvár, 1538 július 16.

Sylvester János Nádasdy Tamásnak: a könyvnyomtató inasának megszökéséről.

Magnifice domine, domine mihi gratiosissime. Servitium et mei ipsius commendationem. Posteaquam ex mandato Magnificae Dominationis Vestrae Viennam ascendissem; reperi illic magnificum dominum Joannem de Peren una cum Páldeák, qui omnes eidem Vestrae Magnificae Dominationi sese dederunt atque offe-

runt. Cepi cibum cum his apud magistrum Ambrosium per totum illud tempus, quo Viennae fui, quorum consuetudo mihi fuit iucundissima usque ad eum ipsum diem, quo infortunium passus non sum. Hoc enim omne, quod in consuetudine hac nostra jucundum fuit subito corrupit. Quo sermone progrediar, scio iam Vestram Magnificam Dominationem intelligere. Audivi enim post meum reditum eandem Vestram Magnificentiam praedixisse, puerum nostri Struti me Vienna non reducere, quod et factum est. Semper conatus sum, ne animum Vestrae Magnificae Dominationis offenderem aliqua in re, verum id evitare non potui, quae res me plurimum male habet, rogo itaque eandem, ut mihi velit ac dignetur ignoscere. Neque enim aut studio aut errore id factum est meo. Semper in hac fui sententia, ne Strutioni fides adhibeatur, semper cum Viennam ascendere pararet, reclamavi, cuius rei eadem Vestra Magnificentia testis mihi est. Cum itaque hic intellexisset sibi Viennam iter praeclusum esse, voluit, quod per se ipsum intendebat, per famulum transigere. Dispeream, si unquam mihi animus fuit, ut puerum mecum Viennam ducerem, sed id mihi Sarkan suasit, cuius sententia primo aspectu (ut fieri in rebus humanis solet) mihi placuit. Ubi autem me collegissem, ac, quae inde incommoditas oriri posset, perpendissem, dixi Sarkano, me puerum nolle ducere. Idque coram rectore capellae aliisque aulicis Vestrae Magnificentiae. Ille contradixit, nullum esse incommodum oriturum, si illum ducerem, cum autem nullo modo me depellere a sententia posset, fidem pro eo mihi obstrinxit, pertinacissime assecurans, ne suspicionem quidem fraudis in hoc homine cadere posse. Sic itaque ille me invitum compulit, ut ducerem, addens etiam, me in indignationem Vestram incidere, nisi ducerem, propterea, quod sine ministerio pueri istius nihil Viennae istorum, quae magister scripserat, emere aut scirem aut possem. Quod si me potius audire, quam illum et reliquos voluissem, nunc puerum haberemus. Non est autem, quod super hoc puero indoleamus, putamen enim dumtaxat amisimus, tenemus pignori nucleum. Si initia sue artis facere voluerit hic magister, inveniam ego pro uno plures pueros illo multis partibus meliores, qui sibi socii sint laboris. Hic quem amisimus, ne ea quidem, quae magister scripserat, hoc est Germanica legere noverat, ne dum Hungarica legere voluisset. Cum enim essemus una cum magistro Joanne apud Joannem Farkas atque ille ibi cum quaereret de quibusdam fratris sui scriptis, quae ille scripserat, legere nescivit. Haec de puero. Cetera de architecto iniquitatis, ab hoc ipso magistro Joanne eadem intelligere abunde potest. Res in

extremam desperationem adducta est, cui, quod remedium inveniri possit, non video. Nunc primum aperit sese hic magister noster, qualis semper fuit. Hic quod ab initio ego Vestrae Magnificentiae suggerebam, quanti fuerit, nihil eorum omisi, quae ad hanc rem spectare videbantur. Ex Sárvár 16. julii Anno 1538.

Servitor
Joannes Sylvester,
ludi magister.

Czím: Magnifico Domino Thomae de Nadasd, Regnorum Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae Bano, Comiti Comitatus Castriferrei etc. domino mihi gratiosissimo.

Eredetije félív 2-rét, zálatán papirossal borított zöld pecséttel, a melyen Hygieia látható. Található az országos levéltár kincstári osztályában. Közölve : Irodalomtörténeti Közlemények III. évf. (1893.) 89—90.

290.

Veszprém, 1538 július 16.

Kecsethy Márton veszprémi püspök tudatja Nádasdyval, hogy a szepetneki kerületet ez évben maga akarja megtizedeltetni. Kéri Nádasdyt, védje meg szolgáit különösen Török Bálinttól.

Magnifice Domine, domine et frater in Christo semper observandissime salutem et servitiorum plurimam commendationem. Litteras Magnificentie vestre tam ad me, quam ad dominos camerarios datas accepi, agoque Eidem de tam suo erga me benevolo animo gratias mittamque statim litteras Eiusdem predictis dominis camerariis. Ceterum ex quo etiam ante inducias hoc est etiam anno superiori Zepethnekenses M. V. percepit, neque hoc anno sub istis induciis adversarii ad eas percipiendas sese iure intromittere ingerereque poterunt. Quoniam autem paucissimos nunc habeo redditus, decrevi, ipsemet auxilio M. V. de quo nil penitus dubito, percipere. Quare rogo M. V. tanquam dominum et fratrem confidentissimum, velit hunc meum decimatorem, Franciscum Nagÿ non solum a servitoribus domini Valentini Therek, qui fortasse eum impedire vellent in hac decimatione, sed etiam contra alios quosque deffendere (!). Id quod M. V. perpetuo in longe maioribus inservire conabimur. Deus optimus maximus conservet M. V. cum suis omnibus charis foelicissimam. Cui mea servitia iterum atque iterum commendo. Wesprimÿ 16. Julÿ anno 1538.

Servitor *Vesprimiensis.*

Kívül: Magnifico Domino Thome de Nadasd, comiti Castriferrei ac Dal(matie) Cro(atie) Sclavonieque Bano.

Az egész a püspök sajátkezű írása. Eredetije a Nádasdy-levelek K. csomójában, az országos levéltárban.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

291.

Segesvár, 1538 július 23.

Majláth István erdélyi vajda bizonyítja, hogy Kemény János és Oláh Balázs várnagyok Bálványos várát Fráter Györgynek átadták.

Nos Stephanus Maylad wayvoda Transilvanus et Siculorum comes etc. Recognoscimus per presentes literas nostras egregios Joannem Kemen et Blasium Olah castellanos nostros castri Balvanyos castrum ipsum de voluntate nostra simul cum ingeniis, aliisque rebus in ipso castro repertis ad manus reverendissimi domini Fratris Georgii, episcopi Waradiensis, thesaurarii et consiliarii Regie Maiestatis dedisse et assignasse; super cuius restitutione nos dictos Joannem Kemen et Blasium Olah quietos et expeditos ac modis omnibus absolutos reddidimus et commisimus, prout reddimus et committimus harum nostrarum vigore et testimonio literarum. Datum in Segeswar secundo die festi Beate Marie Magdalene, anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo octavo. Idem qui supra manu propria.

Eredetije Kolosvártt: *Codex Authenticorum Keménylanorum T. I. Nr. 40.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

292.

Segesvár, 1538 július 24.

Fráter György kincstartó megnyugtatja Kemény János és Oláh Balázs várnagyokat, hogy neki, Fráter Györgynek, Bálványos várát valósággal átadták.

Nos Frater Georgius, electus Waradiensis, thesaurarius et consiliarius Regie Maiestatis etc. fatemur et per presentes recognoscimus, quod egregii Joannes Kemen et Blasius Olah castellani castri Balvanyos ipsum castrum Balvanyos, quod hactenus ad rationem spectabilis ac magnifici domini Stephani Maylad, waywode Transilvanensis et Siculorum comitis tenuerunt et administraverunt, ex voluntate eiusdem domini waywode Maylad nobis et ad manus hominum nostrorum dederunt et effective assignaverunt. Super

cuius quidem castri resignatione eosdem castellanos quietos ac modis omnibus solito sigillo nostro (itt nehány szó érthetetlenül van lemásolva) literarum mediante. Datum in Seghesswar feria tertia post festum Beate Magdalene, anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo octavo. Thesaurarius manu propria.

Eredetije u. o. T. I. Nr. 39. Mindkét másolat a M. T. Akadémia kézirattárában. XIII. kötet.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

293.

Segesvár, 1538 július 30.

Statileo erdélyi püspök kéri Ferdinánd királyt, hogy kegyét tőle meg ne vonja, mert tapasztalni fogja, hogy hűségesebb lesz hozzá, mint azok, kik őt bevádolták; erről Laski Jeromos is bizonyságot tehet.

Post servitutis mee ad pedes Celsitudinis Vestre humilem et devotam commendationem. Serenissime et Clementissime Domine mi Rex. Non est novum apud me, quod sim insimulatus apud Maiestatem Vestram et ab hijs quidem, qui me tueri debuissent. In quo, quamvis iniuria mihi illata sit, novi tamen prudentiam et dexteritatem Maiestatis Vestre Serenissime, que cum me audierit, cognoscet, me fidelissime servivisse regi meo, nec quicquam aliud magis deliquisse. Idem fecissem pro Celsitudine Vestra, si sibi obnoxius fuissem. Nunc autem, quia eque debeo inservire Maiestati Vestre serenissime, ut Regi meo, supplex oro, ut Maiestas Vestra sit mihi clemens princeps et habeat meam servitutem commendatam. Experietur se habere bonum et fidum servulum et eum, qui daturus est operam, ut superet obsequio illos, qui me [1] apud Celsitudinem Vestram detulerunt. Plura dicet is magnificus dominus Hieronymus a Lasko, servitor excellentissime Maiestatis Vestre, que ex sua clementia velit eum benigne in hoc exaudire. Celsitudinem autem Vestram opto diu et felicissime valere. Ex Segeswar die penultima mensis Julij anno Domini MDXXXVIII.

Eiusdem Celsitudinis Vestre

Servitor et Capellanus
Statilius,
Transsilvaniensis.

Kívül: Serenissimo et excellentissimo principi et domino domino Ferdinando, Dei gratia Romanorum, Hungarie et Bohemie

[1] In originali erronee: *se*.

Regi, archiduci Austrie, Infanti Hispaniarum etc. domino meo clementissimo.

Egy ív papir két oldalán, csak az aláírás a püspök kezétől; piros zárópecséttel, melynek hosszában kétfelé hasított paizsán a jobb mezőben két, hosszában egymáson keresztülfektetett kard, melyeknek hegye közt egy rózsa (?); a bal mezőt harántosan fektetett gerenda kétfelé szeli s a felső részben ismét rózsa; a paizs felett püspöksüveg; köriratából csak ennyi látszik: STAT. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1538. Jul. 125.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

294.

Kassa, 1538 július 30.

Kassa városa csonka számadáskönyve szerint Sárosi János az egri káptalan háza adójában 1538-tól 1551-ig való időre fizetett huszonnyolcz forintot; szintén ugyanazon egri káptalan háza után különféle szükségletekre vagy a város építésére fizetett huszonhárom forintot, negyvenkét dénárt.

Item feria tertia post Jacobi Joannes Sarozi de domo Capituli Agriensis in censu anni 1538 usque annum 1551. solvit fl. XXVIII.

Item ab eadem domo capituli Agriensis ad diversarum (egy szó olvashatatlan) vel ad edificationem civitatis solvit fl. XXIII. den. XXXXII.

Csonka számadáskönyv. — *Kassa városa levéltára.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

295.

Olmütz, 1538 július.

Ferdinánd király válasza a pozsonyi országgyűlés küldötteinek felterjesztésére (l. 287. sz.).

— — — — — — — — — — — — — — —

De bonis ecclesiasticis Maiestas Regia operam dabit, ut e manibus secularium liberentur et in priores ordines ecclesiasticos redigantur.

— — — — — — — — — — — — — — —

De intercepta arce Thadicka per episcopum Vesprimiensem, si ita est, sicuti communes status asserunt, non potest non moleste id ferre Maiestas Sua, sed cum vicissim conqueratur dictus episcopus, ne igitur uni vel alteri parti iniuria fiat, statuit Maiestas Sua, ut dictum castrum ad manus locumtenentis in Hungaria, tanquam tertii, consignetur, tali modo, quod si immineat belli tempestas, cum sufficienti cautione intromittantur partes et circumvicini nobiles

in eandem arcem, ut ibi se tueri possint, et post finitos bellicos motus rursus ad manus restituatur locumtenentis, et cum Maiestas Sua, Deo volente, inferius venerit, tam ratione castri predicti, quam etiam ablatorum inibi bonorum, in praesentia sua Maiestas Regia utrique parti iustitiam administrabit, ita ut neutra pars preter equitatem gravari possit.

— — — — — — — — — — — — — — —

Circa prepositure de Thwrocz quatuor possessiones, ut premissum est de locis ecclesiasticis, Maiestas Regia cogitabit rationem inire, ut in pristinum statum reducantur.

— — — — — — — — — — — — — — —

De Raphaelis Podmanyczký rapinis Maiestas Regia commissariis iuxta tenorem induciarum negotium dabit.

Domino Vesprimiensi Maiestas Regia serio committet, ut captivos, quos habet penes se, domino locumtenenti primo quoque tempore det, qui eos emittere non debeat, antequam Valentinus Thereck omnes captivos, quotquot ex subditis Maiestatis Sue habet, libertati restituerit, simul cum illis bonis, que a tempore presentium indiciarium iurisdictioni regie Maiestatis abstraxit.

De comitatus Iauriensis, una cum capitulo, simul et comitatuum Castriferrei et Soproniensis supplicationibus contra Valentinum Thereck, Maiestas Regia studebit curam impendere, ut bona et proventus occupati restitui atque ab exactionibus dicarum eliberari possint.

Circa petita capitularium Iauriensium et virginum Vesprimiensium, de occupatis certis bonis per episcopum Vesprimiensem, Maiestas Regia illi firmissime iubebit, ut eiusmodi bona occupata et res indebite ablatas restituat.

— — — — — — — — — — — — — — —

Fraknói, Magyar Országgyűlési Emlékek. II. 90., 92—93.

296.

Galgócz, 1538 augusztus 1.

Thurzó Elek Ferdinánd királynak jelenti, hogy Török Bálint a győri káptalan és a szentmártoni apát dézmáját szedeti. Ennek következtében az illetők, de kivált az apát csaknem éhen halnak; továbbá kétségesnek mondja azt, hogy János király ez időben elküldhesse biztosait.

Sacratissima Maiestas Regia... decimas capituli Jauriensis et abbatis Sancti Martini Valentinus [Therek] colligit et miseri illi tantum non fame moriuntur, presertim abbas, cui ultra alias molestias castri quoque conservandi cura et necessitas incumbit.

Scripsi his diebus ad Dominum Vaciensem, qui paulo ante graviter egrotabat, a quo responsum certius, quam ab aliis, expecto, sed an hoc tempore mitti commissarii per Joannem possint, subdubito... Ex Galgocz prima die Augusti anno 1538.

E. Maiestatis V. S.

Fidelis servitor
Thwrzo m. p.

Egy ív négy oldalára terjedő leveléből; borítékja elveszett, de Ferdinánd királyhoz volt írva. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1538. Aug. 1.*

Közli: Bunyitay Vincze.

297.

Galgócz, 1538 augusztus 5.

Thurzó Elek jelenti Ferdinánd királynak, hogy híveinek sok a panasza a János-pártiak ellen; hogy Balassa Menyhért elfoglalta az esztergomi káptalan dézmáját, mit eddig sem ő, sem más nem tett s hogy ezért kérte a váczi püspököt, vetné közbe magát a káptalanért uránál, ki követjét el is küldte János királyhoz.

Sacratissima Maiestas Regia... Sunt complures querele fidelium Maiestatis V. contra partem adversam: occupate sunt decime Capituli Strigoniensis per Melchiorem Balassa, quas ante hanc estatem nunquam ille vel alius quispiam exigeret; rogaverunt dominum Vaciensem, ut pro capitulo apud suum Dominum laboraret, qui misit nuntium suum ad Joannem, adiiciens, se nominatim habuisse de hac re a Maiestate V. admonitionem, cum apud Ipsam esset; hoc ut Maiestati V. significarem, rogavit, ne aliter res se habere tandem videri posset... Ex Galgocz 5. die Augusti anno Domini 1538.

Fidelis servitor
Thwrzo.

Három oldalra terjedő, zárlatán pecsétes leveléből. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár. Hung. 1538. Aug. 18.*

Közli: Bunyitay Vincze.

298.

Veszprém, 1538 augusztus 7.

Kecsethy Márton veszprémi püspök, részint szegénysége, részint az utazás veszélyes volta miatt személyesen nem jelenhetvén meg a királynál önigazolása végett, Horváth András éneklő-kanonokot küldi levelével, kérvén, hogy azt kegyesen fogadja.

Sacratissime Rex... Video me multis plane quorundam calumniis apud S. Maiestatem V. inique delatum esse, atque id non

tam culpa mea accidit, quam quod volunt conceptum in avunculum quondam meum pie memorie odium (pace S. Maiestatis V. dixerim) in me evomere. Isti enim homines nulli unquam mortalium norunt invidere, nisi his, qui bene, constanter, fideliterque S. Maiestati V. serviere, ipsi enim semper ancipitem animum gessere. Et sane ipsemet ad S. Maiestatem V. repellendi eorum calumnias gratia accessissem, nisi obstitisset et paupertas ipsa et itineris periculum, vix enim ex arce egredi ausus sum, nedum tam longinquum iter arripere; misi nihilominus hunc Andream Horwath cantorem huius ecclesie ac familiarem meum ad S. Maiestatem V. qui multa meo nomine referet S. Maiestati V. quem dignetur benigne et exaudire et remittere. Servet Eandem Christus Optimus, Maximus felicissimam et incolumem, que ut suam erga me gratiam retineat, etiam atque etiam supplico tanquam Domino meo clementissimo, cui mea servitia unice commendo. Vesprimii 7. Augusti 1538.

E. S. M. V.

humillimus, obedientissimusque servitor
Vesprimiensis.

Kívül: Sacratissimo, Augustissimoque Romanorum, Ungarie, Bohemieque Regi etc. Domino meo clementissimo.

Egy félív papir egyik oldalán piros zárópecséttel, melynek paizsán jobbra ügető farkas, felette M—K betűk közt püspöksüveg. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1538. Aug. 29.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

299.

Róma, 1538 augusztus 8.

III. Pál pápa atyai válaszlevele János királynak Frangepán Ferencz egri püspök (kalocsai érsek) által tolmácsolt üdvözletére.

Venerabilis frater noster episcopus Agriensis, orator tuae Maiestatis ad serenissimum caesarem missus, ex Padua in itinere litteras tuas fidem sibi facientes ad nos misit, mandataque tuae Serenitatis ea fuisse nobis scripsit, ut ipse praesens, si non longe a recto suo itinere nos convenire posset, nomine Serenitatis tuae nos adiret officioseque veneraretur, nobisque deinde istius regni salutem studiose commendaret, tum ob multa millia animarum, que in eo sunt, tum ob periculum universae christianae reipublicae imminens. Siquidem Hungariam ad invadendam Italiam maxime opportunam esse, ac semper fuisse, sicut multarum olim barbararum nationum irruptio-

nes testantur, neque nunc Turcarum tyrannum aliam ob causam idipsum moliri, quam ut per Hungariam commodius Italiam occupet ac diripiat sicut haec plenius a dilecto filio Francisco Marsupino accepturos nos esse scripsit, prout etiam accepimus.

Gratias igitur agimus tuae Serenitati et pro visitatione nostra, tuo oratori iniuncta, et pro monitione excitationeque nostri officii, quod circa animarum salutem et publicam omnium Christi fidelium curam praecipue versatur. Tum vero Deo omnipotenti agimus longe maximas et immortales gratias, quod eius benignitate pacem inter te et serenissimum regem Romanorum videmus constitutam, qua istud regnum, discordia afflictum, recreatum iri confidimus. Tuam etiam Maiestatem iustissimis laudibus prosequimur in Domino, quod illa prudenter et pie tum sui, tum aliorum Christi fidelium regnorum saluti prospexerit, paceque inita, suae ceterorumque securitati consuluerit. Nos quidem, fili, exuberamus gaudio et laetitia exultamus, pro tot et tantis simul beneficiis a divina clementia nobis concessis, ut inde Caesare et Christianissimo: hinc te et Romanorum regibus ex tanta dissensione ad concordiam versis, metum in spem, moerorem in gaudium verterimus, ac non modo iam non timeamus, verum etiam de salute securi, metum nostrum in ipsos hostes translatum iam esse confidamus. In quo quidem perficiendo nullis nostris laboribus aut facultatibus aut periculis parsuri sumus, sanguinem etiam nostrum libenter profusuri, ut tum ceterorum Christifidelium regnorum, tum praecipue tui, quod in speciali protectione Apostolicae Sedis et antemurale totius christianitatis, praecipueque Italiae, sicut tua Maiestas verissime commemorat, semper fuit, securitatem nostro tempore stabiliamus.

Itaque quum pervenisset nuper ad nos laetissimus de vestra concordia nuncius: statim dilecto filio nostro Hieronymo Aleandro tit. s. Chrysogoni presbytero cardinali, quem antea ad partes vobis vicinas pro aliis etiam negotiis rempublicam christianam fidemque catholicam concernentibus legatum nostrum mittere decreveramus, iniunximus, ut etiam ad vos veniret et nostro ac huius sancte Sedis nomine vobis gratularetur, et in ipsa concordia ad illius maius robur ac perpetuitatem apostolicam auctoritatem de praedecessorum nostrorum more interponendi, aliaque faciendi, quae ad ipsius regni salutem ac vestram et vestrorum consolationem pertinerent, ei concessimus facultatem, sicut ex eo, quem propediem ad vos perventurum speramus, tua Maiestas uberius cognoscet, quam confidere in Domino et in futurum optime sperare volumus. His enim duabus constitutis concordiis foedereque antea per nos cum Caesare

ac Venetis inito, Dei misericordia suos fideles benigne respexisse videtur, ut a Turca deinceps sit securitas, tuaque Maiestas in suo regno tuto ac feliciter degere, sanctam religionem solito fervore percolere, ac Deo omnipotenti gratias assiduas quiete agere possit. Ad quod atque ad observantiam perpetuam huius sanctissimae pacis cultumque solitum Apostolicae Sedis, licet minime necessario, tamen ex abundantia charitatis nostrae Maiestatem tuam plurimum hortamur, eique omnem prosperitatem exoptamus. Datum Romae apud S. Marcum, VIII. Augusti, MDXXXVIII. pontif. anno IV.

Raynald (Ann. ecclesiast. 1538. §. 21.) és *Pray* után *Katona* XX. 1131—1134. Történelmi Tár 1889. 315 (aug. 14-iki hibás keltezéssel). Jelezve és töredékben közölve Nuntiaturberichte III. 126.

300.

Torda, 1538 augusztus 11.

János király megbízó levele Marcus Antonius gyulafehérvári kanonok részére, kit bizonyos ügyekben III. Pál pápához küldött.

Beatissime Pater... Misi ad Sanctitatem Vestram hunc fidelem meum honorabilem Marcum Anthonium canonicum ecclesie Albensis Transilvane, medio cuius nonnulla Vestre Sanctitati de negotiis meis et huius regni mei nunciavi, que Sanctitas Vestra diffusius ab ipso intelliget. Quare oro Sanctitatem Vestram, dignetur ipsum Marcum Anthonium benigne exaudire ac eius relatibus fidem prestare indubiam... Datum in oppido nostro Thordensi undecima die mensis Augusti anno Dni millesimo quingentesimo tricesimo octavo, regnorum vero meorum duodecimo.

Eiusdem Sanctitatis Vestre

Devotus filius
Joannes,
Rex Hungarie manupp.

Theiner, Vetera monum. Slavorum merid. I. 642.

301.

Lincz, 1538 augusztus 11.

Ferdinánd király az Olaszországba és Rómába utazó Statileo János erdélyi választott püspöknek útlevelet ad.

Passus. Ferdinandus. Universis et singulis... Cum R. Joannes Statilius, electus episcopus Transilvaniensis pro certis expediendis

negotiis se ad Italiam et urbem Romam conferat, nosque eidem tutum ubique et expeditum iter patere cupiamus: vos idcirco... eundem Joannem Statilium... non tantum libere, expedite... ire, transire, stare, morari ac recedere et quando ei placuerit, redire sinatis... verum etiam... necessariis provideri facere velitis et debeatis... Datum Linzii die XI. Augusti 1538.

Ex[pedite].

Fogalmazat egy félív papir két oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1538. Aug. 44.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

302.

Sellye, 1538 augusztus 15. után.

A sellyei részleges gyűlésnek Ferdinánd királyhoz intézett felterjesztéséből.

Supplicationes dominorum et nobilium ex conventu de Sellÿe ad regiam Maiestatem communi omnium consensu expedite.

— — — — — — — — — — — — — — —

Item, habenda erit specialiter Maiestati sue ratio ad inopiam reverendissimi domini Transilvaniensis [1] et Alexii Bethlen, ut ex hac dica (medii floreni) eisdem necessaria provisio fiat.

— — — — — — — — — — — — — — —

Supplicatum fuerat Maiestati sue summa cum instantia superioribus diebus, ut Eadem committeret expresse domino Vesprimiensi, ut arcem Thadÿka fraude interceptam pauperibus nobilibus, ad quos spectaret, cum bonis in eadem arce ablatis, restitueret, insuper et captivos, quos habet, remitteret liberos, ut vicissim Valentinus Therek liberaret eos, qui sunt apud eum; iussit autem, ut audimus, Maiestas sua, ut dictus dominus Vesprimiensis captivos predictos ad manus domini locumtenentis assignaret, idem tamen hoc facere prorsus neglexit. Supplicatur propterea iterum humillime, dignetur Maiestas sua mandare denuo seriose eidem domino Vesprimiensi, ut sine ulla mora aut tergiversatione et arcem predictam cum rebus ablatis reddat, et captivos tradat ad manus domini locumtenentis, ut vicissim subditi sue Maiestatis, qui sunt in manibus Valentini Therek, eliberentur.

— — — — — — — — — — — — — — — —

Fraknói, Magyar Országgyűlési Emlékek. II. 108., 109.

[1] Gerendy Miklós.

303.

Róma, 1538 augusztus 17.

A pápa tudatja János királylyal, hogy követe, Ferencz muzsnai plébános és királyi titkár, egyházi jogtudós (decretorum doctor) előadta kivánatait. Válaszát követe szavaiból és Farnese Sándor bíboros leveléből megértheti.

Summus Pontifex certiorem reddit Joannem regem, sua desideria a legato suo Francisco, decretorum doctore, secretario regio et plebano Musnensi fuisse proposita. Responsum e verbis Francisci legati et ex epistola Alexandri Farnesini cardinalis intelliget.

Vatikáni levéltár. Brev. Arm. 41. v. 10. Nr. 685.

Közli: KOLLÁNYI FERENCZ.

304.

Enns, 1538 augusztus 20.

Morone Farnese kardinálisnak: Ferdinánd jóindulattal van János király irányában.

— — — — — — — — — — — — — — —

Questa Maestà mi ha ancora detto havere mandato cinque millia fanti al presente al re Giovanni et volerlo adiutare quanto potrà, et con questa occasione ho detto a Sua Maestà l'humiliatione del predetto re verso Nostro Signore et che sperava che Nostro Signore l'abbracciarebbe come bon figliolo; dil che Sua Maestà si è allegrato et mi ha detto che haverà gratissimo ogni bene che sua Santità collocarà nel predetto re, con tanta sincerità d'animo ch'io sono restato totalmente maravegliato, soggiongendo io che forse Nostro Signore lo chiamaria re, mi rispose ch'era conveniente et che Sua Maestà non lo nominava altrimente, anzi nel ragionamento sempre diceva il re Giovanni et alcuna volta aggiongea Ser^mo^, di che m' è parso darne adviso a V. R^ma^ et Illma S.

— — — — — — — — — — — — — — —

Da Ens in Austria alli 20 agosto 1538.

Nuntiaturberichte aus Deutschland. Erste Abtheilung. II. 334.

305.

Steyr, 1538 augusztus 21.

Ferdinánd király Kecsethy Márton veszprémi püspöknek a legszigorúbban megparancsolja, hogy az ottani apáczák birtokairól oda beszállásolt katonáit vitesse el, s a védtelen szüzeket inkább védje, mintsem hogy saját emberei által nyugtalanítsa.

Vesprimiensi. Ferdinandus. Reverende devote, fidelis dilecte. Expositum est nobis denuo in persona religiose devote Abbatisse et conventus monialium de valle Vesprimiensi devotionem tuam milites suos in possessionibus earundem per aliquot menses tenuisse et adhuc tenere... Nos itaque omnino volentes, ut dicte moniales istiusmodi oppressionibus, vexationibusque careant, Devotioni tue rursus strictissime, severissimeque precipientes mandamus, ut milites tuos de possessionibus earum deponere, illasque potius contra quoslibet oppressores defendere debeas, quam per tuos molestari permittas. Secus igitur Devotio tua minime fecerit. Datum in oppido nostro Steyr 21. Augusti 1538.

Ex[pedite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1538. Aug. 50.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

306.

Tivoli, 1538 szeptember 3.

János király kérte a pápát, hogy azon egyházi férfiakat, a kik 1526-ban és azután a török háborúkban és a pártharczokban résztvettek és némelyeket megölték, az egyházi fenyíték alól oldja föl. A pápa a brindisi-i bíborost (Aleander-t) bízza meg, hogy a János király pártján volt papoknak a fölmentést megadja.

Joannes rex rogavit Summum Pontificem, ut clericos, qui a. 1526. et postea in bellis contra Turcas gestis atque in dissidiis intestinis pugnando nonnullos occiderunt, a censuris ecclesiasticis absolvat. Summus vero Pontifex committit Cardinali Brundusino (Aleandro), ut clericis Joanni faventibus absolutionem et dispensationem impartiatur.

Vatikáni levéltár. Brev. Arm. 41. v. 11. Nr. 703.

Közli: KOLLÁNYI FERENCZ.

307.

Lincz, 1538 szeptember 9.

Aleander kardinális pápai követ Farnese kardinális viczekanczellárnak. — Ferdinánd király nem ajánlja, hogy a követ most Magyarországba utazzék, mert hire jár, hogy a törökök új támadásra készülnek; de ha majd ez a veszély elmulik, nagyon jó lesz, ha a követ Magyarországba megyen, hogy János királyt feloldozza, továbbá a püspökségek ügyében, a világiak által elfoglalt egyházi javak s a katholikus hit érdekében működjék.

— — — — — — — — — — — — — — —

Seguita il secondo articulo, che è cerca le cose di Hungaria et dil re Gioanni, col qual Sua Maestà affirma haver vera et buona pace et sempre il nomina re et alcuna volta Ser[mum] regem Joannem.

Ma cerca all andar mio la dice, che quanto a far la pace non è bisogno, essendo, come ho detto, già fatta, et se restano alcuni piccoli articuli, come di non so che castelli et cose di nullo o poco momento, Sua Maestà et il re Gioanni del tutto se sono remessi all'arbitrio della Maestà Cesarea et che ha di ciò in mani la procura del re Giovanni, et perchè io gli dissi che Sua Santità, non ostante che ricchiesta dalle bande di Hungaria et dalli agenti del re Gioanni in Roma che mandasse là un prelato et scrivesse digià a detto re Gioanni, tamen per respetto di questa Maestà non havea voluto scriver nè che io andasse a quella legatione, che io non venisse primo a Sua Maestà et communicarle ogni cosa, Sua Maestà molto ne rengratia Sua Beatitudine et di ciò dice haverle eterno obligo et tanto più di quello, che durante la discordia col re Gioanni Sua Santità non havea mai voluto communicar cum lui; ma che non le pare per il presente ch'io vadi in Hungaria, primo perchè essendo concluso tra loro che questa pace per hora non se publichi per interesse del re Gioanni a causa del Turco, andando io là sarrebbe quodammodo far saper che detta pace fusse fatta, deinde per expettar che exito harrà questo moto dil Turco nell' Hungaria, dil qual Sua Santità ne harrà già inteso et vedrà per la copia delle lettere di Laski et dil Broderico vescovo Vaciense, ma che dopoi succedendo ben le cose contra il Turco o che se partisse, restando quel regno in quiete, bonissima cosa sarrà, che io vadi là in ogni modo, si per levar quel re et il paese dalle censure, come per causa di quelli vescovati et far redur infinite abbatie et alcuni vescovati occupati da layci durante la discordia di questi doi re et cum il favor loro, che hora tra li capituli della pace è ancor questo che tutti li beni ecclesiastici occupati da layci ritornino al suo pristino

esser, et etiandio per veder di refrescar alquanto le cose della fede molto contaminate si per la prattica di Turchi come non piccola introduction di Lutherani in quel regno.

— — — — — — — — — — — — — — —

Di Lyntz alli 9 di settembre 1538.

Nuntiaturberichte aus Deutschland. Erste Abth. III. 154.

308.

Kapornak, 1538 szeptember 20.

A kapornaki konvent bizonyítja, hogy «Religiosus pater Valentinus» a dömölki törvényes apát, ellenben az a szerzetes, a ki Bálint házában lakott, nem volt apát, hanem Bálint apát alattvalója.

Conventus Kapornakiensis testatur Valentinum esse legitimum abbatem Dömölkiensem, monachum vero in domo Valentini degentem minime fuisse abbatem, sed subditum Valentini abbatis.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági levéltárban. c. 65. l. E. 3.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

309.

1538 október 1. körül.

Panicula János selmeczbányai plébános kéri a tanácsot, hogy a hodrusbányai papot (volt szerzetest) bocsássa el és Achatiust hívja meg.

Herr Richter und fursichtigen lieben Herrn! Ich bitt E. W. wolt entlich darczu thun, das magister Achatius auf das czukunfftig New Jar in dÿ Hodritsch angenommen wurde czuvoraus, weill dy hauer sagen: alles willig anczunemen, was E. W. mit yn schaffet. Auch ist gutt ursach vorhanden, das man dyem decucullato Joanni Urlab gebe, dyweyl der bischoff und koenig auff solch leute so er. czurnet haben, aber dy groste und christlichste ursach ist, das man eynen gelerten mannes zu der Hodritsch von noeten bedorff. Gott wirt Gnade verleihen, das man M. Achatii woll gewonen wirt und Lieb und werdet vorhalten. Umb seynes Leben und here byn ich ym wol so hollt, das ich ym willig gerne weichen wolt yn meynem ampt, wo ir darczu vorwilligen wollt.

Joannes,
itziger pharher euer kaplan.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. f. XXV.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

310.

Kolozsvár, 1538 október 13.

Verancsics Antal szemére lobbantja Marsupinus Jánosnak, hogy míg leveleiben Bácsyt, Kálnayt s más ilyeneket mindig üdvözöl, Statiliusról és róla sohasem emlékezik. Pedig ha Statiliusnak is ajánlaná magát, talán könnyebben elnyerné a kapornaki apátságot.

— — — Litteras tuas ad Mathiam Marilianum, musicum regium, copiosissimas et pene nimias saepe lego, in quibus ad omnes proceres, etiam recens ad honores evectos, quos nunquam vidisti, caeterisque amicis tuis, ut Baccio, Calnai et si qui alii eiusce sint farinae, salutem et commendationem semper ascribis, solius Statilii et Wrancii memoria te praeterit. Cur id, quaeso? quum causam prorsus, per Deum, nullam praebuimus. Neque eam exquiro, divino tamen et studiose supprimo. Verum amice hortor, omitte multa, quae vana animo concepisti. Scio, quod sapis et tecum habitas. At etiam Statilium agnoscas, Statilio etiam te dedas, forsan propius abbatiam Capornak accedes. — — — Colosvarii III. id. Octobris MDXXXVIII.

Verancsics Antal Összes Munkái. VI. (Magyar Tört. Emlékek. II. Oszt. 9. köt.) 39. l.

311.

Boroszló, 1538 október 16.

Moibanus Ambró boroszlai plébános értesíti Selmeczbánya város tanácsát, hogy Antal, az új iskolamester, az ő kedves tanítványa, nemsokára megérkezik körükbe.

Quem diu expectastis Ludimagistrum, nunc ad nos venit. Dignus sane adolescens, qui ametur et honeste foveatur. Nisi ergo publicam utilitatem private anteferendum certo scirem, nunquam persvaderi passus fuissem, eum a meis filiis avelli; instituit enim illos diligentissime, adeo, ut illud maiori vigilantia et fide fieri haud potuerit. Idem apud vos conabitur modo tales esse animos vestros erga bonas litteras, quales esse non dubito, intelligat. Sed non est, cur ista multis verbis persequar; erit prudencie vestre singulari honore illos adficere magnoque studio iuvare, in ecclesie et reipublice vestre incrementum, qui iuventutem vestram, segetem seculi post vos venturi pie et sancte excoluerint. Itaque commendo P. V.

Antonium, qui quam charius vobis esse debeat, studium ipsius probabit. Valete in Christo. MDXXXVIII., Wratislavie, die Galli.

Ambrosus Moibanus,
parochus Wratislaviensis.

Hátára írva: Optimis et prudentibus viris, dominis senatoribus civitatis Schemnicensis, dominis sibi colendissimis.

Papirosra írt eredetije Selmeczbánya város levéltárában, 1538-iki kelettel. Zárlatán pecsét nyomaival.

Közli: Békefi Remig.

312.

Veszprém, 1538 október 27.

Kecsethy Márton veszprémi püspök Ferdinánd királyhoz intézett levelében megírja Török Bálint embereinek garázdálkodását s kéri a királyt, hogy vagy fékezze meg azt az embert, vagy engedje meg, hogy hasonlót tehessenek vele.

Sacratissime Rex... Que hisce in partibus a Valentinianis gerantur et quanta hic etiam Vesprimii simus in trepidatione omnes, ex hoc venerabili domino Balduino archidiacono huius ecclesie Vesprimiensis abunde intelliget S. Maiestas V.... Iniquum est, et Deo et hominibus approbantibus, quidvis huic Gladiatori impune licere super fideles S. Maiestatis V., nos vero ne mutire quidem audere. Aut itaque dignetur S. Maiestas V. hominem iam tandem coercere, aut etiam nobis fidelibus S. Maiestatis V. permittere, ut paria faciamus... Vesprimii 27. Octobris anno 1538.

E. S. Maiestatis V. humillimus, obedientissimusque servitor
Vesprimiensis.

Kívül: Sacratissimo, Augustissimoque Rom. Ungarie, Bohemieque Regi etc. domino meo clementissimo.

Egy félív papir egyik oldalán piros zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hungarica. 1538. Oct. 65.*

Közli: Bunyitay Vincze.

313.

Torda, 1538 október 29.

János király válasza III. Pál pápának augusztus 8-án kelt brévéjére (lásd föntebb 299. sz. alatt).

Sanctissimo in Christo Patri et Domino, Dno Paulo Tercio, Divina providencia Sancte Romane ac Universalis Ecclesie Summo Pontifici, Domino Colendissimo.

Beatissime Pater. Post oscula pedum Sanctitatis Vestre beatorum ac filialem commendacionem. Litteras Sanctitatis Vestre octava Augusti proxime preteriti Rome ad me datas accepi, ex quibus, quo amore quantaque benevolencia scripta oratoris mei, cum solus ad Sanctitatem Vestram ob celerem discessum divertere non potuisset, Sanctitas Vestra acceperit, cognovi. Cui tum pro sua in me benevolentia, qua me amplecti video, tum vero pro eo studio et affectu, eaque cura et sollicitudine, quam de conservatione huius regni mei, tot annorum bellis attriti et undique afflicti, Sanctitatem Vestram habere cognosco, maiores, quam possum, ago et habeo gracias, spem certam mihi de Sanctitate Vestra pollicens, quod si unquam aliquis istius sancte Romane Ecclesie Pontifex curam conservationis reipublice christiane habuerit, maxime Sanctitas Vestra, quam diu felicem et incolumem nobis a Deo optimo servari desideramus, sit habitura. Non dubito enim, quin Sanctitas Vestra et Rmum in Christo patrem dnum Hieronymum Aleandrum tit. Sancti Grisogoni presbiterum Cardinalem, Sanctitatis Vestre legatum, in hoc quoque regnum nostrum in eum finem venire iusserit, ut si quid huic afflicto regno deesset et si quid illi immineret, certius Sanctitati Vestre referre posset, ut et ipsa defectui illius ex ea, qua in me deditissimum et obedientissimum filium et lacerum hoc regnum, regnorum Christianitatis propugnaculum, ducitur affectione succurreret, et curaret, quo pacto illud a tyrannide hostis reipublice christiane preservari queat. Quem quidem Sanctitatis Vestre legatum, ubi veniet, ita, ut decet, suscipiemus. Sanctitatem Vestram Deus Opt. Max. diu felicem et sanam pro incremento reipub. christiane et Ecclesie sue sancte conservare dignetur. Datis in oppido nostro Thorda vigesima nona Octobris anno Domini MDXXXVIII. regnorum vero nostrorum duodecimo.

Eiusdem Vestre Sanctitatis devotus filius

Joannes,
Rex Hungarie manupp.

Theiner, Vetera monum. Slavorum merid. I. 644.

314.

Bécs, 1538 november 3.

Ferdinánd király a beregszászi Mária-Magdolna kórház igazgatóságát Zolthay János áldozópapnak adományozza azon kikötéssel, hogy azt a kórházat szorgalmasan gondozza és teendőit soha el ne hanyagolja.

Nos Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex semper Augustus, infans Hispaniarum, archidux Austrie etc. memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis: quod nos inducti meritis et virtutibus fidelis nostri honorabilis Joannis Zolthay presbyteri, quibus ipsum ex commendatione nonnullorum fidelium nostrorum preditum esse accepimus, eidem igitur tanquam persone idonee et benemerite rectoratum hospitalis dive Marie Magdalene in oppido nostro Beregzaz fundati, nunc de iure et de facto vacantem, cum omnibus suis iurisdictionibus duximus dandum et conferendum, ita tamen, ut onera illius hospitalis diligenter curare et perferre, nihilque, quod sui officii sunt (!) negligere debeat; imo damus et conferimus harum nostrarum vigore et testimonio literarum. Datum Vienne, die Dominico proximo post festum Omnium Sanctorum, anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo octavo, regnorum nostrorum Romani octavo, reliquorum vero duodecimo.

A szepesi káptalannak 1562. évi átiratában. *Szepesi káptalani levéltár: Protocollum anni 1562. alias Nr. 4. fo.l 37.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

315.

Győr, 1538 november 7.

A győri káptalan levele prépostjához s a vele együtt Bécsben időző kanonoktársaihoz, melyben előszámlálja mindazon újabb hatalmaskodásokat, miket Bakics Péter emberei rajtuk és jobbágyaikon elkövettek; kéri őket: mindenképpen arra törekedjenek, hogy a siralmas állapotnak vége szakadjon.

Honorabiles Domini. Noverunt Dominationes V. honorande tribulationes et calamitates ecclesie nostre sine intermissione, pro qua re Eedem iam nunc agunt ad Regiam Maiestatem, sperantes, ipsos homicidas divertere posse de dorso nostro. Hodie, postquam iobagiones nostros de Waydon, qui cum certis literis de mandato Dominationum V. rediissent, mox Briccius literatus, provisor curie, de mandato domini sui, ut credimus, Petri Bakyth, assumptis

secum nonnullis pixidariis [1] de porta arcis, aliisque satellitibus suis, domum providi Joannis mercatoris invasit, ianuas ibidem clausas domus evulsit et fregit et inter cetera bona in rapinam conversa pro unius integri fornacis ollulas in copia exportavit et exportari fecit et absque omni solutione ad Raro abduci iussit; tandem currum et boves pro abductione huiusmodi ollularum providi Benedicti Barbel, quos cum raptos, iterum potentia mediante, pellere et abducere faceret, pauperrimus homo totis viribus et verbis honestis una cum coniuge sua reservare et defendere nitebantur, et propterea ipsum eundem Benedictum idem Briccius literatus, provisor curie, percutiens in terram proiecisset, coniugem vero suam certis plagis et vulneribus affectam morti propinquam relinquit et relinquere fecit. Rursum simili furore percitus sese manibus armatis cum similibus ad magistrum Valentinum Soos socium et concanonicum nostrum divertit, quem nulli dubium erat ipsum interficere voluisse, nisi multitudinem civitatis inhabitatorum ibidem circumstantium pertimuisset. Quamobrem V. Dominationes ita agant, ut pro afflicta ecclesia, quam citius poterint, hec et huiusmodi opprobria, quottidie emergentia, quamprimum resecari et sopire laborent. Quas bene valere et meliori sorte ad nos redire optamus. Datum Jaurini in loco nostro capitulari feria quinta inter octavas Omnium Sanctorum anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo octavo.

Capitulum ecclesie Jauriensis.

Kívül: Reverendo ac Honorabilibus Dominis Blasio, preposito cathedrali, ceterisque Dominis capitularibus ecclesie Jauriensis, fratribus et concanonicis nostris honorandis.

Vienne dentur.

Egy félív papir egyik oldalán több nyelvtani hibával és zárlatán nagy, kerek barnaviasz pecséttel, de amely már nagyon töredezett. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1538. Nov. 4.* Közli: BUNYITAY VINCZE.

316.

Bécs, 1538 november 11.

Várday érsek Aleander bíboros, pápai követ előtt úgy nyilatkozott, hogy nem zsinatra volna most szükség, hanem egyetemes reformra, meg hadseregre a török ellen.

— — — — — — — — — — — — — — —

Ragionai cum il medesmo monsignor di Strigonia di la bolla di la dilation dil concilio, quale gl'havemo fatto presentar

[1] In originali: nonnullos prixidarios.

personalmente, et usò Sua Signoria queste parole: quod iudicio suo his temporibus parum proficiemus concilio, subdens: scribatis Sue Sanctitati, quod est opus una bona reformatione universali, qua facta centum Lutheri non praevalebunt adversus nos! alias quod in dies erunt maiora scandala in ecclesia Dei; et quod non erat nunc opus concilio, sed exercitu contra Turcas, havendo io a far questa ambasciata ho voluto usare le proprie parole di questo prelato, acciochè Sua Santità sappii formalmente il tutto.

— — — — — — — — — — — — — — —

Di Vienna alii 11 di novembre 1538.

Nuntiaturberichte aus Deutschland. Erste Abtheilung. III. 240. 1.

317.

Nagyszeben, 1538 november 11.

János király értesíti Ferdinándot, hogy Statileo János erdélyi püspököt a köztük fenforgó ügyek és országuk ügyeinek tárgyalására követjéül küldi, kéri, hogy szavainak hitelt adjon.

Serenissimo Principi, Domino Ferdinando divina favente clementia Romanorum semper Augusto ac Germanie, Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc. Regi... Joannes, Dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc... Misimus ad Maiestatem V. Ser. hunc fidelem nostrum R. Joannem Statilium, episcopum Transilvanum, consiliarium et oratorem nostrum nobis sincere dilectum, medio cuius de rebus et negotiis quibusdam nostris et regni nostri nonnulla Maiestati V. S. significavimus... Velit verbis eiusdem episcopi certam fidem adhibere... Datum in civitate nostra regia Cibiniensi die undecima mensis Novembris anno Domini M. D. XXXVIII. Regnorum vero nostrorum XIII.

Joannes Rex
manu propria.

Kívül: Serenissimo Principi Domino Ferdinando...

Papir, nagy kerek zárópecséttel. — ***Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1538, Nov. 6.***

Közli: Bunyitay Vincze.

318.

Bécs, 1538 november 12.

Aleander Jeromos kardinális, brindisii érsek, pápai legátus naplójából. — Várday Pál esztergomi érsek szóbeli közlései: Az érsek külseje, multja és jelenlegi állása. Rangfokozat a magyar államtanácsban. János király származása és emelkedése. Magatartása a mohácsi veszedelem idején. Tulajdonságai. Jövedelmei. Az érsek viszonya hozzá. János viszonya a törökhöz. Egyessége Ferdinánd királylyal. A jelenleg Bécsben időző magyarok értekezése utóbbival az egyesség ügyében. Miksa koronázásának kérdése. Thurzó Elek kir. helytartónak tévedései. A kalocsai érsekség török kézben. Statileo püspök és az erdélyi püspökség. Az érsek kardinális óhajtana lenni. Perényi Péter és nemzetsége. Az érsek Ferdinánd királyt az egyházi javak bitorlása miatt megintette.

1538 die 12 novembris Viennae visitavit me hora 9 1/2 dominus archiepiscopus Strigoniensis, pulchro corpore et satis procero vir, indutus veste e raso parnazio, suffulta manibus. Dicit, quod fuit olim thesaurarius regis Hungariae, postea Agriensis episcopus, successor Thomae, ex humili quidem orti genere, sed tamen docti graece et latine et qui bene scribebat usque adeo, ut post Bembum et Sadoletum nullius epistolas dicat se vidisse meliores iis, quas componebat Thomas.

Dicit archiepiscopatum suum debere recipere decimas totius regni; item decimas montanorum ultra peculiares proventus.

Quod est primas Hungariae et plebanus regum pro tempore, quorum animarum curam habet.

Quod Joannes rex post mortem Ludovici occupans Strigonium persuaserit ei, ut relicta Agria acceptaret archiepiscopatum Strigoniensem.

Quod valet nunc tantum 12.000 florenorum Hungarico modo numerandi; florenus autem talis valet centum denarios, id est 75 cruciferos; ducatus autem Hungaricus valet centum cruciferos, quod octo floreni Hungari, valoris 75 cruciferorum, faciunt 10 Renenses.

Quod si res pacificabuntur, valeret suus archiepiscopatus adhuc 8 millia florenorum similium, qui exigerentur ex ea parte, quae subest Joanni.

Quod expendit his annis in reparationibus utriusque arcis Strigoniensis et aliis aedificiis 25.000 florenorum.

Quod in commorationibus in curia huius regis et aliis itineribus expenderit etiam 25.000 florenorum.

Quod Agriensis episcopatus est suus suffraganeus et quantum ad proventus securos plus valet multo, optaretque non destituisse

illum episcopatum; sed quod Joannes adegit eum, quocum maxima sibi interveniebat amicitia.

Quod in consilio Strigoniensis habet primum votum; secundum palatinus regni; tertium Colocensis [1] archiepiscopus; quartum iudex curiae; quintum Agriensis episcopus.

Quod si Transsylvaniae Vayvoda adesset, more antiquo esset primus post palatinum; et sic haberet quartum votum, id est sequeretur Colocensis eum; postea iudex curiae; sequeretur Agriensis.

Quod hic Joannes non sit oriundus ex ipsa vera Hungaria, sed [.....] videlicet e Poseca prope Sagabriam, et quod avus eius Emericus nomine fuerit nutritus in cancellaria (de quo tamen non ausus est postea assecurare, fortasse, dubitans),[2] postea factus thesaurarius, postremo palatinus, et Stephanus eius filius, pater huius Joannis, etiam fuit palatinus, sed quod Johannes non potuit assequi dignitatem palatinatus, quia erat eius popularitas suspecta regi et proceribus.

Quod, ut waiwoda Transsylvaniae est officialis regis.

Quod tempore mortis Ludovici vix habebat quinque millia hominum parata.

Quod nescit an maligne an negligenter non venerit in tempore in auxilium regis Ludovici.

Quod etiam si venisset, parum profecisset contra 300.000 Turcarum.

Quod est vafer, sed ineptus ad regnandum, quia timidus.

Quod in patrimonialibus bonis habebat fere 40 arces non multum fructuosas, quia expendere cogebatur in custodibus earum.

Quod habebat circiter 12.000 domorum, id est colonorum, in diversis Hungariae locis.

Quod eius proventus poterunt ascendere ad summam circiter 25 vel 30.000 florenorum; per florenum semper intelligebat 75 cruciferos.

Quod ipse Strigoniensis a principio fuit cum Joanne intimus, postea accesserit ad hunc regem propter iuramentum sedi apostolicae praestitum in consecratione, postquam Joannes adhaeserit *[Turcae?]*.

Quod consuluerit ei etiam ante, ut conveniret cum Ferdinando et dimitteret Turcam.

Quod Deus fecerat illi magnam gratiam, quod Turca dimiserit ei Budam, sed quod non fideret ei.

[1] In originali ubique scribitur *Colossensis*.

[2] Voces intra parenthesim positae in margine sunt adnotatae.

Quod Laschi dixerit se fuisse praesentem quando oratores Turcarum dixerunt Joanni, ne timeret a Turca, quia volebat eum conservare in regno.

Quod Joannes responderit se non timere a Turca, sed quod sui subditi timerent usque adeo, ut metuat ne iidem subditi ipsum interficiant, quia videant eum non timere, id quod timent ipsi.

Quod Turca discesserit non minus propter ingruentem hyemem, quam respectu classis christianae, quia consuevit in fine Septembris vel in Octobri non belligerare, sicuti nuper, quando discessit ab expeditione contra Viennam.

Quod non credit Joannem convenisse cum Turca in 300 millibus ducatorum; quod si dedit 25.000, fuit ex dono ad intertenendum.

Quod rex Ferdinandus pactus fuerit cum Joanne inter ipsos solos, non cum toto regno; sed bene interfuerint Colocensis, nunc Agriensis, Brodricus, thesaurarius,[1] et nescio quis alius aut duo amplius, qui interfuerunt, consuluerunt, et viderunt articulos concordiae.

Quod ipse nunc et Turzo, locumtenens Ferdinandi in partibus, quas habet in Hungaria, et Statilius Sibenicensis, episcopus intrusus in episcopatum Albae Juliae in Transsylvania favore Joannis, expulso quodam Nicolao *[de Gerend]*, quem illic instituerat episcopum Ferdinandus, nunc praesentes Viennae petierint a Ferdinando, ut, si vellet aliquam ab eis resolutionem propositorum, per eum aperiret conditiones pacis, ut melius scirent respondere.

Quod Ferdinandus adnuit et heri ostendit eis quasdam litteras magnas sigillatas, in quibus inter cetera continebatur, quod ipse Ferdinandus vel eius filii succederent in regnum Hungariae post mortem Joannis, sive cum prole sive sine liberis moreretur.

Quod in illis non continetur, quod coronaretur Maximilianus exnunc in regem; sed quod Joannes bene promereret, ut regnum iuraret illa capitula supradicta.

Dicit tamen, quod rex Ferdinandus habebat et alias litteras quasdam parvas regis Joannis sigillatas, quas non ostenderit istis Hungaris supradictis; nescire tamen, si in illis contineretur aliquid circa Maximilianum, quod inter nos circumfertur.

Quod Turzo habet malas opiniones, quod neget suffragia sanctorum, quod neget suffragia nostra prodesse defunctis, quia animae defunctorum nisi in extremo die iudicii videbunt coelum. Ad illud: hodie mecum eris in paradiso, quod responderet: in paradiso terrestri.

[1] Fráter György.

Quod Colocensis archiepiscopatus sit fere destructus, quia in manibus Turcarum.

Quod Statileus episcopus Transsylvaniae sit exosus omnibus in toto regno.

Quod det famam velle ire in Italiam ad curandum se, et libenter illic maneret habita aliqua pensione vel recompensa.

Quod dicitur habere pecuniam ad circiter 30.000 florenorum in numerato.

Rogavit me, ut procurarem apud regem Ferdinandum pro Nicolao ab eo nominato ad episcopatum Transsylvaniae; quod facile posset contentari Statileus cum archiepiscopatu Colocensi et quadam abbatia fratris Georgii thesaurarii, quae valet multum, utpote habens mille colonos et reponat quotannis mille plaustra vini.

Item dum offerrem meam operam ei apud San[mum] et si opus sit apud Ferdinandum, dixit se optare, non habere curam animarum, quantam habet, et quod non acceptaret archiepiscopatum, nisi acceptasset.

Quod tamen et melius et favore maiore posset gubernare gregem suum, si videretur mihi commendare eum regi Ferdinando ad cardinalatum, quia hic rex neminem habet ex Hungariae praelatis maiorem ipso.

Quod Brodricus suffraganeus suus faveret ei in hac parte et est bonus vir.

Quod Petrus Perini sit pessimus hereticus percussus a Deo, et quod adhuc factus fuerit peior et magis puniatur (!).

Quod ipse et Turzo duxerint duas sorores in uxores, et Turzo dicat, Perinum esse pessimum hominem in fide et moribus.

Quod Colocensis sororem Gabriel Perinus, frater Petri, duxerit; quod mortuus sit et habeat filium honestissimum iuvenem et pulcerrimum, nunc Viennae praesentem.

Quod dixerit alias ingenue regi Ferdinando, si velit habere Deum propitium, abstineat ab usurpatione rerum ecclesiasticarum et reddat bona, quae ab eis abstulit, et iam addendo aliquid amplius vel saltem aequivalens, et hoc dicat libere, quia archiepiscopus Strigoniensis est plebanus regum Hungariae, habens eorum animarum curam.

Quod rex benigne audierit et gratias egerit et promiserit se facturum, quae dixerat Strigoniensis; quod exnunc voveret se ita facturum.

Nuntiaturberichte aus Deutschland. Erste Abtheilung: 1533—1559. IV. kötet, 238—243. ll.

319.

Toledo, 1538 november 12.

Frangepán Ferencz egri püspök Ferdinánd királynak hálát mond azon kegyességeért, hogy őt oly magas egyházi méltóságra (bíbornokságra ?) érdemesnek itélte és ajánlotta.

Sacra Regia Maiestas et Domine, Domine clementissime, post orationum ac servitutis mee perpetuam commendationem.

Tum ex exemplis literarum V. Sacre Maiestatis et ad Summum Pontificem et ad Sacratissimum Cesarem in mei commendationem scriptis, tum vero clarius ex verbis reverendissimi domini mei Lundensis intellexi optimum animum et amplissimam gratiam V. S. Maiestatis erga personam meam gratuitam. Et licet, cum neque servitia exhibita eiusmodi fuissent, neque virtutes hec forent, quibus merito debuissem promereri hanc V. S. Maiestatis tam uberem gratiam, in me erubescam et concidam; attollit tamen me (non immerito), quod iudicio prudentissimi et virtuosissimi principis dignus sim supremo illo ordine. De qua re non possum non ingentes gratias agere V. S. Maiestati, non quidem quas deberem, verum quas possum, offerens totum id, quod scio et possum in perpetuum eidem et toti familie sue clarissime. Oro autem Deum optimum, maximum, ut id, quod ego non valeo in agendis gratiis V. Sacre Maiestati prestare, ipse sua ineffabili providentia ex abdito suorum thesaurorum cumulatissime refundat et hic et in futuro. Cui me humillime commendo et quam diu et felicissime regnare opto. Toleti 12 Novembris anno Domini 1538.

E. V. S. M.

humilis servitor et capellanus
Frater Franciscus de Frangepanibus
Agriensis scripsit.

Kívül: Sacre Regie Maiestati Romanorum, Hungarie etc. Archiduci Austrie etc. Domino meo clementissimo

humiliter presententur.

Egy ív papirnak első oldalán, piros zárópecséttel, egészen a püspök kezeirása, apró, vékony, inkább nőies vonások, éppen ellentéte annak, amilyen volt elődje, Zalaházi Tamásé, vagy kortársa, Várdai prímásé. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. Nov. 10.*

Közli : Bunyitay Vincze.

320.

Bécs, 1538 november 12.

Ferdinánd király Malatesta Frigyes esztergomi főesperest és érseki titkárnak, ki érseke ügyében Olaszországba megy, útlevelet ad.

Passus. Ferdinandus. Universis et singulis... Cum honorabilis Fridericus Malatesta, archidiaconus Strigoniensis ac Reverendi patris... Pauli, archiepiscopi Strigoniensis etc. secretarius... pro expediendis certis negotiis prefati archiepiscopi Strigoniensis, domini sui ad Italiam se conferat... predictum Fridericum Malatesta... absque aliquo impedimento seu molestatione ire... redire sinatis... Datum Vienne die XII. Novembris anno Domini 1538.
Ex[pedite].

Fogalmazat egy félív papir két oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1538. Nov. 8.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

321.

Gyulafehérvár, 1538 november 13.

Werancsics Antal levele Muzsnay Ferenczhez, nagybátyjához, Statileo János erdélyi püspökhöz való viszonyáról.

Quoniam unicus avunculus meus, Statilius, episcopus Transsilvaniensis amplissimus, prae omnibus ceteris mortalibus datus est, quem colere, quem observare, quem vereri, quem non offendere, cui demum per omnes numeros obtemperare debeam, propter difficilorem eius naturam et severitatem nulli hominum parem: apud eum te non exigua auctoritate pollere, aditum ad illum facileque colloquium omni tempore, non observatis momentis, secum habere, ac desideriorum compotem ab ipso semper discedere, scio. Quare saepius ad te scribere et secretarum rerum mearum curam confidentius inducor commendare, cuius amorem ac benevolentiam erga me saepenumero perspectam habui. Rogo itaque, fac me quamprimum certiorem, si intelligere potuisti, num avunculus meus moram hanc meam Albensem ferat iniquo animo, quo tempestive consilium capiam et indignationem eius evitem. Ea enim, si a me abest: abest omne malum; si adest: adsunt omnia. Nam ipse mihi est et imperator, et rex: immo uterque parens et fortuna. Si autem animum meum nosse desideras: certe is est, qui facile ab aula

huius corruptissimi temporis abesse possit, idque non, quod iam otio domestico et ignaviae placeat decumbere, neque ingenium apud principes ac in luce velle bonis artibus exercere; sed quod magis ibi sim otiosus, quam domi, nullumque frequentius in aula ista, quam sedentarium ago servitium. Quotidie autem vel in unum in aula gradum non progredi, profecto undecim regredi est. Haec soli tibi dumtaxat scribo. Tu vero idem ad me vicissim facito, ut sciam, quid animi hac de re meus avunculus in me habeat. Cui ut omnibus in rebus obtemperare possim: omnia mea et meipsum nihili facio, ut nihil penitus ab officio me, quo illi teneor, dimoveat.

De inopia autem mea rei pecuniariae vellem tacere: scis enim, quanta laborem. Sed timeo, quod nuper in adventu Solymani Turcarum Caesaris metuebam, qui scilicet, si hoc regnum invadebat, ut minabatur, cogebar, per Deum, praeposituram hanc meam Transsilvanam (nam Budensem dudum desolavit) ita relinquere, ut acceperam, nimirum pauper et vix decem ducatorum dominus. Cuius quidem redditus annuos non ego, nam parvo natura mea contenta est, sed aulicus decor, sed honoris suadella et longae spei opinio totos exhaurit, neque animadverto prius quam annus exierit. Congerendum itaque nonnihil est et futuris casibus reservandum, quos odia principum ac procerum et ambiguitas huius regni status assidue polliceri videatur. Vale. Albae Juliae Transsilvanae, idibus Novemb., MDXXXVIII.

Verancsics Antal összes művei. *Katona,* XX/2. 1183.

322.

Bécs, 1538 november 22.

Aleander Jeromos bíboros, pápai követ, Farnese bíbornoknak: Várday érsek kardinálissá kreálása felől.

— — — — — — — — — — — — — — —

Di breve sarrà in Roma un secretario dil arcivescovo di Strigonia cum lettere di questa Maestà a Nostro Signor, supplicandolo per il capello. Sappii V. S. R^{ma} che sono et mendicate et quasi extorte, et cossì mi ha detto Sua Maestà che questo arcivescovo non è degno di questo honore per molti conti; anci le cose passano di modo che per quanto vedo non è tempo di promover alcum Hungaro per hora, nè dalla parte di questa Maestà nè dil re Giovanni.

Ho voluto advertir Sua Santità dil tutto, acciochè cum la soa solita prudentia intertenghi la cosa, trovando qualche honesta causa, che farrà piacer a questa Maestà et non exacerbarà detto arcivescovo, il qual al fin, quanto posso veder, si la passarà molto ben senza capello, purchè niuno altro prelato di Hungaria l'habbii, perchè dice che essendo lui per conto di la soa chiesa primate di Hungaria, ha il primo voto nel conseglio et in le diete et è supremo cancellier et moderator dil conseglio; donde non volendo in ciò, come mi ha detto, cieder ad un' altro Hungaro cardinale, dice che ne nascerebbe gran confusion in quel regno; sichè è buon temporeggiar, et credo, che in ciò anche se farrà piacer al re Giovanni per non esser questo arcivescovo dalla soa banda, ancorchè secretamente qui l'habbiino di ciò suspetto. Nè piacerebbe anche a questa Maestâ che si fesse alcuno cardinale da l'altra parte, sichè se harrà buona scusa di non ne far niuno per il presente.

— — — — — — — — — — — — — — —

Il secretario sopradetto di Strigonia portarà anche mie lettere, che cossì me ha richiesto Sua Maestà et detto arcivescovo che io scrivi; ma la verità è come di sopra, et credo che'l protonotario Sanches[1] harrà anche di ciò commissione conforme a quel ch'io ho scritto.

— — — — — — — — — — — — — — —

Di Vienna alli 22 di novembre 1538.

Nuntiaturberichte aus Deutschland. Erste Abtheilung. III. 260. l.

323.

Székesfejérvár. 1538 november 27.

Ambrus deák a pannonhalmi apát és konvent nevében tiltakozik a székesfejérvári keresztesek előtt a Szent-Kereszt Vértes erdejebeli monostorát elfoglaló székesfejérvári domonkosrendűek ellen.

Nos conventus cruciferorum domus hospitalis ecclesiae beati regis Stephani de Alba memoriae commendamus per presentes: quod nobilis Ambrosius literatus de Nageech nostram veniendo in praesentiam, nominibus et in personis reverendi domini Michaelis abbatis, et conventus monasterii Sancti Martini Sacri Montis Pannoniae cum procuratoriis litteris eorundem, per modum protestationis et inhibitionis, nobis significari curavit in hunc

[1] Ferdinánd király római ágense.

modum: qualiter superioribus his annis praeteritis ordo sancti Dominici confessoris in claustro sanctae Margarethae virginis extra muros civitatis Albae-Regalis fundato degens, claustrum sive monasterium Sanctae Crucis in sylva Werthes in comitatu Albensi constructum, quod scilicet claustrum per divos reges istius regni Hungariae praefato ordini Sancti Benedicti et abbatibus fuisset dedicatum, utcunque sibi ipsi usurpasset, usurpatum teneret et nunc, ut ipsis protestantibus verissime datur intelligi, quidam frater Joannes prior, et conventus ipsius claustri sanctae Margarethae quoddam molendinum ipsius monasterii Sanctae Crucis in fluvio Heüvez nominato, territorio oppidi Tatha, in comitatu Comaromiensi decurrente, circumspectis: Dominico Ewrs, et Nicolao Nagy ipsius oppidi Tatha civibus, et honestae dominae consorti ipsius Nicolai Nagy vendere et alienare vellet vel iam de facto vendidisset et alienasset, in praeiudicium, et damnum dictorum monasterii Sanctae Crucis et prefatorum Protestantium valde magnum. Facta ipsa protestatione, ipse Ambrosius literatus, quorum supra, nominibus, memoratum ordinem Sancti Dominici Confessoris ab ulteriori detentione vel conservatione eiusdem monasterii Sanctae Crucis, usufructuumque et quarumlibet utilitatum ipsius perceptione seu percipi factione, praefatum vero fratrem Joannem, simul cum conventu suo, ab ipsius molendini venditione, impignoratione, cambialique permutatione, et alia quavis alienatione, dictos vero Dominicum Eürs, Nicolaum Nagy, dominam ipsius consortem, et alios quoslibet, ab emptione, occupatione, et sibi ipsis quovis quaesito sub colore appropriatione, quomodolibet iam factis vel fiendis prohibuit contradicendo, et contradixit inhibendo publice et manifeste coram Nobis. Harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum feria tertia proxima post festum sancti Petri martyris anno Domini, Millesimo Quingentesimo Trigesimo Octavo.

Hevenesi Gábor gyűjteményéből. Nyomtatásban kiadva: Magyar Történelmi Tár VI. kötet. 240. lap.

324.

Róma, 1538 deczember 19.

A pápa a budai Szent-Anna kápolna látogatóinak Verbőczy István főkanczellár kérésére Szent-Anna napján teljes búcsut engedélyez s az e végre végzendő gyónás meghallgatására az igazgatótól fölkéri gyóntatókat bármely bűnöktől való föloldozásra fölhatalmazza.

Summus Pontifex visitantibus capellam s. Annae Budensem, a Stephano Verbőczy, summo cancellario regni Hungariae singulari devotionis affectu prosecutam, in die s. Annae indulgentias plenarias concedit, confessariis vero, confessiones hunc in finem faciendas audientibus facultates amplissimas absolvendi tribuit.

Vatikáni levéltár. Brev. Arm. 41. v. 47. Nr. 283.

Közli : KOLLÁNYI FERENCZ.

325.

Bécs, 1538 deczember 20.

Mignanelli nunczius Farnese kardinálisnak: Statilio sebenicoi származású. A magyarok, mint idegent, nem kedvelik, azért távozni kívánkozik körükből.

— — — — — — — — — — — — — — —

Ho communicato con monsignor R^{mo} legato tutto il negotio d'hoggi con il Tridentino et di commissione di Sua Signoria R^{ma} l'ho scrito, la qual dice haver inteso d'alcuni Ongari, che Statilio è Dalmata, subdito a Venetiani, d'una terra chiamata Sebenicho, et per la mala conniventia, che sempre suole esse tra Ongari et forestieri, era malissimo veduto et però più volte haveva deliberato partir di quello regno et già una volta era partito et fu richiamato alla corte del re Giovanni. Hora si crede, che habbi procurato questa occasione con animo con qualche honesto colore di non tornare altrimenti in Ongaria.

Di Vienna alli 20 de dicembre nel 38.

Nuntiaturberichte aus Deutschland. Erste Abth. III. 310.

326.

Bécs, 1538 deczember 28.

Aleander bíboros, pápai követ és Mignanelli Fabius bécsi nunczius közös jelentéséből. — Ferdinánd király megbízta Aleandert, kérje fel a pápát, ne erősítse meg Statileot az erdélyi püspökségben, de a többi magyar főpapot se mindaddig, míg a (váradi) béke ki nem hirdettetik, hozzátévén, hogy így a meg nem erősített főpapok jobban fogják szorgalmazni János királynál a békekötés közzétételét. De ez titokban maradjon.

— — — — — — — — — — — — — — —

Nel cavalcar che faccevamo dal palazzo regale alla chiesa maggior, Suà Maestà me dimandò, se Statilio, occupator dil vescovato di Transylvania, era stato meco. Le risposi, che non, nè manco

cum il nuncio (cosa degna da notar). et alhora Sua Maestà accostandome se all' orrecchia, me ricchiese molto caldamente, che per nome suo io supplicassi a Nostro Segnor, che non confirmasse detto Statilio nel vescovato nè alcun altro vescovo o prelato di Hungaria nelle loro chiese, nè innovasse cosa alcuna di più di quello, che fin hora è stato fatto, finchè se publichi la pace tra Sua Maestà et il re Giovanni, soggiongendo, che non essendo confirmati, sarrà un continuo stimulo alli detti prelati di sollecitar et procurar presso esso re Giovanni la publicatione di detta pace, et supplica Sua Beatitudine, quanto più può, che tenghi questa soa petitione secreta, che non pari venghi da Sua Maestà. Et in effetto è cosa di importantia et di non piccola conseguentia, che si sappii che Sua Maestà ha procurato tal cosa.

— — — — — — — — — — — — — — —

Dopo il fin di la messa Sua Maestà ancor un' altra volta affettuosamente mi raccommandò la cosa delli prelati d'Hungaria, supplicando Sua Santità, che non gli voglii confirmar nè innovar cosa alcuna (come è detto disopra) avanti la publicatione di la pace, la qual fatta non solamente non cercarà impedir detta confirmatione, ma supplicarà molto volentieri Sua Santità, che la fazzi insieme cum ogn' altra cosa pertinente alla reparatione di la religione et stato ecclesiastico nel regno di Hungaria. —

— — — — — — — — — — — — — — —

Viennae 28 decembris 1538.

Nuntiaturberichte aus Deutschland. Erste Abtheilung. III. Bd. 315. l. — *Óváry Lipót* id. m. 62. l.

327.

Róma, 1538 deczember 29.

Farnese kardinális Aleander pápai követnek: Megkapta Várday érseket kardinálisságra ajánló levelét, mely a pápát igen megörvendeztette, de a jelenlegi kardinális-promóczióra az érsek küldötte már későn érkezett.

La lettera che V. S. R^{ma} ha scrittami in raccommandatione del Rev. arcivescovo d'Istrigonia con larga connumeratione della bontà et meriti suoi, mi è stata gratissima così per haver conosciuto con testimonio di V. S. R^{ma} le qualità rare di quel signore, come per poterle più sicuramente giovare et interpormi con Nostro Signore ad illustrare le virtù sue, le quali havendo connumerate a Sua Santità con la lettera di V. S. R^{ma} in mano, ho conosciuto, ch'ella

ne ha preso grandissimo contento et satisfattione et che ama Sua Signoria Rev. grandemente. è ben vero che quanto alla presente occasione di far cardinali il messo di Sua Signoria Rev. è stato pigro per strada et è arrivato qua, dipoi che la promotione era non solo determinata, ma fatta; et però V. S. R^ma^ potrà mostrare a monsignor arcivescovo l'affetione, che Sua Santità le porta, et il desiderio, ch'io ho di farli piacere, escusando nel resto con la tardità del aviso l'haver possuto consultare del ampliare la dignità sua di presente. in buona gratia della quale et di V. S. R^ma^ mi raccomando sempre.

Di Roma alli 29 di decembre 1538.

Nuntiaturberichte aus Deutschland. Erste Abtheilung. III. Bd. 324. l.

328.

Gyöngyös, 1538 deczember 31 és 1539 január 13.

Gyöngyös városa elégtételt szolgáltat az ottani ferenczrendűeknek, kiket a lutheránusok ellenök készített gúnydalban és gúnyiratban gonoszul megrágalmaztak.

Anno 1538. Dum iam pestifera Lutheri heresis etiam ad hoc Gyöngyösiense oppidum pervenisset ac multorum animos sub specioso evangelicae veritatis colore occupasset, exosi facti sunt Franciscani avitae fidei assertores et defensores; unde, antiqui hostis procurante fallacia, immanis (nescio cuius) criminis rei palam proclamati sunt et publicati. Ex documentis, quae supersunt, inferre licet, quasi cum quibusdam religiosis mulieribus Beginis apellatis, quae de tertio Ordine S. P. Francisci esse consveverant, pessimam quamdam conversationem et consvetudinem habuissent. Egere proinde viri religiosi et nullam praetermisere viam, ut tantam infamiam et calumniam a se amoverent, seseque purgarent et innocentes demonstrarent. Modus huius purgationis, etsi non extet, ad manus tamen habetur forma reconciliationis cum ipsis civibus tenoris sequentis:

Modus, forma et conditio reconciliationis dominorum iudicum et civium oppidi Gyengieős cum Patribus Minoribus in claustro de eadem Gyengieős habitantibus.

Primo. Domini iudices et cives praefati debeant exquirere cantilenae compositae contra praedictos fratres auctorem et in loco publico punire; sicut de cetero recitatores ipsius cantilenae legitime convictos in civitate saltem duobus testibus, in campo uno, flagellari facere.

Item compositorem libelli famosi similiter teneantur exquirere et publice circa Medrasten... (sic) flagellare.

Item reconciliatio fiat per dominos iudices, iuratosque cives, consiliarios ac alios incolas civitatis ita, ut ex ipsa civitate Gyengieus sint viri adminus centum quinquaginta, de extraneis autem nobiles et ignobiles adminus quinquaginta.

Item in reconciliatione dicantur ista verba: Honorandi Patres nos vere fatemur, quod, qui istud claustrum ingressi estis, fuistis honeste et exemplaris vitae fratres, ab illoque tempore usque modo semper honestam et laudabilem vitam inter nos duxistis; nihilque inhonesti contra vos quisquam vere dicere potuit vel de praesenti dicere poterit.

Item quod in processu causae Beginarum, involvente etiam vos fratres honorandos, deceptos nos esse fatemur ex quorundam testium falsa testificatione. Unde siquis nostrum in nundinis vel sedibus comitatuum vel alibi vel quicunque alius quicquam mali seu verba infamatoria publicasset: fatemur et recognoscimus iniuste et false eos dixisse et publicasse, cum sciamus atque cognoscamus vos fratres semper fuisse et esse bonae vitae et famae.

Item processum et fassiones testium praefati domini iudices et cives tenebuntur fideliter exquirere ab omnibus personis et in locis singulis, ubi audierint vel noverint eas esse. Praesertim dominum Magistrum scholae civitatis praefatae iurare faciant, ut nihil apud se vel alibi de praefato processu retinebit, sed plene secundum omnes particulas ad manus R. Ministri vel Fratrum suorum fideliter tradet et fideliter revelabit, si quempiam sciverit huiusmodi processum habere vel cui ipse dedisset vel ad quorum manus detulisset.

Item si quispiam huiusmodi infamiam Fratribus vel Beginis obiicere vel ulterius publicare quovis modo praesumpserit et de hoc convictus fuerit: uno teste in campis et duobus in civitate, si fuerit vilis persona, flagelleretur, notabilis vero vir vel mulier in ducentis florenis condempnetur.

Item de conditionibus praedictis concordiae domini iudices et cives praefati tenebuntur Fratribus dare literas testimoniales, secundum quod inter ipsos facta est pax et concordia, ac Fratres ipsi ad pristinum statum probitatis per ipsos restituti.

Item Beginae reconciliabuntur in persona dominorum iudicum et civium praeter viros nobiles extraneos dicendo: Bonae et religiosae faeminae, si in aliquo verbo vel facto ex quorundam falsorum testium testificatione vos offendimus, rogamus vos, ut pro Deo nobis ignoscatis.

Acta sunt haec et facta pari consensu dominorum iudicum et civium ac honorandorum Fratrum praedictorum in claustro de dicta Gyengiews fundato ultima die Decembris anno Domini 1538. sigillis eorundem dominorum Judicum et Civium ac Patris R. Ministri munita et roborata. L. S. Ex originali.

Placuit hic modus reconciliationis civibus Gyöngyösiensibus, proinde anno 1539. Dominica prima post Epiphaniam testimoniales postulatas in sequenti forma expediverunt:

Nos Judices et Jurati Cives oppidi Gyengyes universis et singulis reverendissimis dominis archiepiscopis, episcopis ac eorum in spiritualibus vicariis, abbatibus, praepositis, archidiaconibus, plebanis, necnon magnificis, egregiis, nobilibus et circumspectis iudicibus, iuratisque civibus civitatum, oppidorum, villarum, ceterisque cuiuscunque status, ordinis et conditionis intra et extra istud regnum Hungarie existentibus, dominis nobis gratiosis, presentes nostras literas inspecturis, visuris et audituris significamus, insinuamus et intimamus: quemadmodum paucis hiis antea evolutis diebus quidam maligni spiritus concilio (!) repleti, contra integerrinam vitam ac bonam famam et laudabilem conversationem venerabilium religiosorum Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de regulari observantia in claustro oppidi nostri praefati degencium ac eorum Ordinem quedam iniqua lingva procaci et subdola confinxerant, eosdem et eorum Ordinem falsis infamiis et libellis famosis livore odii impetentes et maculantes, que quidem infamie et ad aures multorum hinc inde devolute fuerunt et delate, quoniam nil velocius falso rumore. Quippe ex his nonnulli levitate ducti, falsas pro veris arbitrantes, quas non solum in nostro ipso oppido, verum etiam in nundinis publicis ac sedibus comitatuum dominorum prefatorum nobilium, civitatibusque, oppidis, villis et alibi lingvis procacibus et subdolis seminaverunt et auxerunt, quod nos diligenti examinacione discucientes, reperimus illas falsas infamias quorundam testium falsorum ac malevolorum hominum, Luteranorumque fuisse et esse adinventas et fulminatas. Igitur ad detestacionem horum, qui has iniquas infamias, libellosque famosos contra dictos Fratres et eorum Ordinem temerarie et false confixerunt, ediderunt et promulgaverunt, denique et illorum indelebilem confusionem, qui infamias huiusmodi et continentias libelli famosi prefati assererent vel crederent aut opinarentur fuisse et esse veras: dicimus et fatemur dictos Fratres et eorum Ordinem a predictis et aliis quibuscunque infamiis fuisse et esse innocentes et immunes. Quando quidem ab inicio, quo iidem ingressi sunt ad istud claustrum nostri oppidi

prefati, inter nos semper bene et laudabiliter vixerunt et conversati sunt et modo similiter vivunt et conversantur, qui nobis et universo populo nostri oppidi prefati non minus grati et accepti, quam necessarii et utiles fuerunt et sunt de presenti, ab eis enim nullus est apud nos, nec dives, nec pauper, qui spirituale solatium et anime levamen non suscipiat. Nichilominus si ipsi vel aliqui ex nostris oppidanis eosdem Fratres aut Ordinem ipsorum pretextu dictarum infamiarum quovis modo, verbis vel factis offendissemus, ipsos cum ducentis hominibus, nobilibus videlicet et ignobilibus publice reconciliavimus ac eisdem nostras culpas diximus et recognovimus ac cum ipsis nos hinc inde pacificos fecimus. Preterea pari consensu statuimus, quod siquis ex iisdem nostris oppidanis deinceps presumpserit aliquas cartulas infamatorias in infamiam dictorum Fratrum vel eorum Ordinem conficere de illis in ecclesiis eorum vel alibi ponere aut aliter eos infamare vel eis predictas infamias falsas obicere, talis legitime convictus, secundum quod inter nos ac R. P. Ministrum eorundem Fratrum extitit ordinatum, punietur, prout iam nonnulli proinde per nos sunt puniti. Quorum correctio et alios cauciores efficit, ne de cetero tales vel similes infamie false et subdole eisdem Fratribus vel Ordini ipsorum aut aliis falso ascribantur. In quorum omnium fidem et testimonium premissorum presentes nostras literas exinde fieri sigillique nostri oppidi iam dicti fecimus impressione communiri. Quas post earum lecturam petimus exhibenti restitui. Datum in nostro oppido sepedicto Dominica prima post festum Epiphanie Domini anno eiusdem millesimo quingentesimo trigesimo nono.

Ex originali cum imitatione Ortographiae.

Historia Domus sive Conventus Gyöngyösiensis Ord. Minor. S. P. Francisci Strict. Observ. Prov. SS. Salvatoris collecta et adornata a F. Andrea Nagy. pp. 135—137.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

329.

1538.

A magyar püspökök megerősítéséről Pallavicino Vera Hist. Concilii Tridentini l. IV. c. 8.

«Nihil erat conditione temporum iniquius: nam Joannes Vajvoda Rex Hungariae, pacis (váradi béke) promulgationi obsistebat, nisi prius praesto essent praevalidae Ferdinandi copiae, Solymanum repulsurae, qui ea pace irritatus contra se, facturus impetum

videbatur: iis autem parandis copiis assensu Lutheranae factionis opus erat. Hanc vero promulgationem adeo cupiebat Ferdinandus, ut per ardentissimas preces diu Pontificem retinuerit, ne Pannoniae Praesules confirmaret, ut eo acti stimulo Vajvodam ad promulgationem pacis stimularent. At Pontifex aliquamdiu moratus, consulendum tandem putavit saluti illius Christianae nationis, adeoque non modo episcopos Pannoniae confirmavit, sed etiam Joannem adiuvit pecunia; tametsi Aleander Legatus adversaretur, qui more administratorum ea prae caeteris spectabat, quae administrationi suae prodesse, vel obesse poterant. Ferdinandus quidem id acerbe tulit, non item Carolus (a császár), qui de protrahenda promulgatione cum Joanne convenerat, nec de confirmatis Episcopis quidquam cum Legato Francisco questus erat.»

Idézve *Schmitth*, Eppi Agrienses II. 317.

330.

Gyulafehérvár, 1538.

Birtokcsere Tomori Lajos gyulafehérvári székesegyházi főesperes és a szentmihálykövi pálosok között.

Capitulum Ecclesiae Albensis Transylvaniae memoriae commendat et testatur, quod venerabilis egregius dominus Ludovicus Tomori, archidiaconus cathedralis Albensis, sociusque et concanonicus frater eorum, et honorabilis ac religiosus frater Stephanus de.... Vicarius fratrum ordinis Heremitarum b. Pauli primi Heremitae in claustro seu coenobio B. V. M. sub rupe S. Michaelis (alias Szent-Mihálykőve) fundato degentium, coram ipso personaliter constituti, talem fecissent concambialem permutationem perpetuo duraturam: Quod idem frater Stephanus, vicarius, domum lapideam nobilitarem in possessione Magyar-Gáld existentem, necnon totales ipsorum portiones in eadem Magyar-Gáld et Fa-hid possessionibus, in comitatu Albensi existentes, necnon quoddam molendinum duarum rotarum super fluvio Gáldpataka habitum, ac vineam unam magnam in promontorio dictae Gáld adiacentem, dictum claustrum B. V. M. ac ipsos fratres in eodem degentes ex pia et salubri ordinatione ac eleemosynarum largitione egregii quondam Joannis Horváth de Vingárth ipsis facta optimo iure concernentes, simul cum cunctis earundem utilitatibus.... memorato domino Ludovico Tomori archidiacono et successoribus archidia-

conis universis; e converso vero idem dominus archidiaconus, accedente ad hoc reverendissimi domini domini Joannis Statilii episcopi Transylvanensis et ipsius Capituli consensu, unam integram quartam decimarum dicti archidiaconatus sui in possessione Holdvilág, in dicto comitatu existentem, simul cum omnibus utilitatibus suis, puta: vinis, frugibus, bladis, agnellis et apibus, cunctisque terrae nascentiis ad ipsam quartam decimarum provenire debentibus, praesentibus et futuris, per viam et modum concambialis permutationis vicissim et alternatim sibi ipsis dedissent et contulissent iure perennali, nullo iure in illas sibi reservato. Hoc tamen notanter per expressum declarato: quod dicti fratres ad supplendam summam arendationis dictae quartae decimarum singulis annis occurrentem, in festo b. Martini Episcopi et Confessoris florenos 15 in paratis pecuniis eidem domino Ludovico archidiacono et suis successoribus, perpetuis semper futuris temporibus reddere et persolvere debeant et teneantur. Datum feria.... Anno Domini 1538.

Szeredai, Notitia veteris et novi Capituli ecclesiae Albensis Transilv. ex antiquis ac recentioribus literarum monumentis eruta. Albae Carolinae MDCCXCI. 155. l.

331.

Torda, 1538.

János király megparancsolja az illetékes hatóságoknak, hogy özvegy Báthory Miklósnét, Zsuzsánna úrnőt, minthogy a férjétől Szatmár és Ugocsa megyékben erőszakosan elfoglalt erdélyi püspöki tizedeket a rá kimondott egyházi fenyítékek ellenére visszaadni nem akarja, azok visszaadására és az okozott károk megtérítésére kényszerítsék.

Joannes Dei gratia Rex Hungariae etc. fidelibus suis spectabili ac magnificis Stephano de Werbewcz, summo et secretario cancellario suo, et comiti Gregorio Pöstényi de Martonos iudici curiae et locumtenenti suo, necnon magnifico Andreae de Bathor comiti Comitatus Szathmariensis, item egregiis et nobilibus comitibus, vicecomitibus ac iudlium quorumcunque comitatuum scribit: Ex litteris fidelis sui venerabilis Matthiae de Losoncz, lectoris cualem (sic), archidiaconi de Ugocsa, canonicique ecclesiae Albensis Transylvaniae et vicarii ecclesiae Thasnadiensis accepisse se, quod quamvis ipse illis superioribus diebus vigore quarumdem litterarum suarum monitoriarum generosam Susannam, relictam quondam Nicolai de Bathor, ad instantiam egregii Georgii Horvath, provisoris curiae Thasnadiensis, factoris videlicet et arendatoris decimarum fidelis

sui reverendi Joannis Statilii episcopi Transylvani, consiliarii sui, ad certos et in processu iuris sui expressos terminos, ratione violentae occupationis universarum decimarum annorum 1536. et 37. proxime transactorum, possessionum scilicet Pethnehaza, Rohod, in Szathmariensi; item Batyz, Vasvári, Lazar, Darocz, Mehtelek, Rosal, Nagy et Kis Hodos, Zaytha, Kis Namen in de Ugocsa; Krasso, Nagy Kolch, Koroud, Ombod, Amath, Pálfalva, Pechyen, Hyryp, Pyskarkos in dicto Szathmariensi comitatibus existentium: quarum quidem decimarum pretia in toto 348 florenos facerent et quas idem quondam Nicolaus Bathori, maritus ipsius dominae Susannae, dum vixisset, occupasset..... et pro violenta occupatione ac spoliatione huiusmodi.... in toto 2800 florenos facientibus, in quibus pro singulis possessionibus birsagio episcopali condemnatus extitisset, ac de expensis quoque et omni interesse, in sui praesentiam citari monerique et requiri, ac deinde servatis de iure servandis, exigente ipsius dominae manifesta contumacia et rebellione, excommunicari aggravarique et reaggravari ac generali interdicto subiici fecisset, et omnes censuras contra eam de more sedis praefatae ecclesiae Thasnadiensis fulminasset, et aggravatam reaggravatamque denunciasset; tamen quia eadem domina Susanna ad gremium sanctae matris ecclesiae redire, seque iuri ac iudicio praesentare non curasset, prout non curaret etiam modo, quin potius in huiusmodi sententiis et censuris ecclesiasticis animo perverso et contumaci insorduisset, in dispendium animae suae manifestum: supplicaverit ideo sibi idem vicarius instantissime per litteras suas, ut is contra eandem dominam Susannam, censuris ecclesiasticis aggravatam, ut quam timor Dei non revocavit a malo, severitas disciplinae coerceret a peccato, praesidio quoque brachii secularis et temporalis gladii, quem Deo propitio in regnis suis principaliter tenet et gubernat, in iuris ecclesiastici subsidium, quod summopere defendere studet, auctoritate sua insurgere, ipsamque dominam Susannam per occupationem universorum bonorum et iurium suorum possessionariorum ad parendum iuri cogere et compellere dignaretur. Cuius supplicatione exaudita, considerans etiam, quod ecclesiastico non proficiente, gladius temporalis ad illius iuris defensionem non immerito debeat suffragari, et ne eadem domina Susanna de sua contumacia et rebellione gloriari, illoque alios devotos inficere possit, ceterique eius exemplo in similem prolabantur errorem: fidelitati ipsorum harum serie firmiter committit et mandat, aliud omnino in hoc habere nolens, ut statim acceptis praesentibus, annotatam dominam Susannam ad restitutionem huiusmodi decimarum damnorumque

et interesse, et ad parendum et obediendum sanctae matri ecclesiae, per occupationem universorum bonorum et iurium suorum possessionariorum ubilibet et in quibuscunque comitatibus regni sui Hungariae adiacentium, usque ad valorem praedictarum decimarum expensarumque et violentiarum, per omnia opportuna remedia cogere et compellere, dictaque bona et iura sua possessionaria occupata, simul cum cunctis eorum utilitatibus.... manibus dicti Georgii Horvath dare et assignare debeant, tamdiu per ipsum tenenda et conservanda, donec eadem domina Susanna eundem... de... dictis decimis vel earum vero et iusto valore, expensisque et violentiis ac interesse contentum reddiderit. Datum in oppido Thorda in festo.... Anno Domini 1538.

Szeredai, Notitia veteris et novi Capituli ecclesiae Albensis Transilv. 157—160.

332.

Krakkó, 1538.

Első magyar protestáns káték.

Gálszécsi István. A Keresztyéni Tudományról való rövid Könyvecske. *Gálszécsi Estván* Mestertűl szereztettetett. Krakkó. 1538. 8r.

Székely István. Keresztyénségnek fundamentomáról való tanuság. Nyomt. Krakkóban 1538. — Bod Péter szerint, ki e «kis könyvecskét» a gr. Bethlen Kata könyvtárában látta és olvasta, Székely István adta ki s a szikszai gyermekeknek ajánlotta.

Szabó Károly: Régi Magyar Könyvtár I. köt. 5. és 6. lap.

333.

1538.

Panicula János lelkész értesíti Bálint selmeczbányai biról, hogy a város iskolájának milyen rossz hire van és felszólítja, hogy iskolamesternek tanult és szorgalmas embert alkalmazzanak.

Salutem singularemque commendationem. Vir summe pietatis necnon humanitatis. Domine et amice imprimis observande. Non pridem quidam, nec postremus nomine, mecum super re scholastica multa pro singulari erga bonas literas amore contulit simulque indicavit, nescio quos conqueri, iuventutem in scholis nostris negligi.

Quod non alia sit ratio scholarum, quam publicorum gymnasiorum; nam lecciones quidem perlegi, sed ita, ut omnibus liberum relinquatur repetendi negotium, neque quicquam a pueris exigi per preceptores, eamque ob rem fieri, ut plerique civium liberos suos alio mittant erudiendos. Que oratio queve supina negligentia me perturbavit, non est hic narrandi locus; verum ut cognoscere liceat, quam non placeant vulgo, que carent ostentatione, quamque perverse de literis iudicat, paucis tamen preterea attingam, que ad rationes meas attinent. Tua humanitas sciat, me impense et diligenter insinuasse literis, iussu tuo, ludimoderatori Jegerdorffÿ ipsumque multis argumentis, ut licitum est, allexi, si ubi res ita sese tulerit, ad suscipiendum munus illud scholasticum apud vos non abhorreat, quamquam scholastica provincia christianissima sit. Interim autem tue presigni authoritati erit cum dominis consulibus diligenter ac sedulo agere super gravationibus, si que sunt officii, ut authoritatibus et beneficiis suis alioquin per se molestum et grave munus allevaret, ut tanto cetu puerorum doctum, diligentem atque moderatum didascalum ceu preceptorem curarent, qui non solum politicas, verum etiam sacras doceret literas, quas vel religio, vel puerilis institutio requirit. Verum non dubito, quin tua humanitas pro singulari peritia super his rebus et forte etiam aliis cum predictis dominis iamdudum tractaverit, atque egerit. Quandoquidem optime perspectum atque cognitum T. H. sit, ut in Novo Solio et in ceteris urbibus in eiusmodi officiis ordinatum atque provisum sit. Ego vero hac in re pro meo officio, quod ad veram sanctificationem gloriosi Dei nominis et ad profectum Ecclesiae civitatemque, amicitiam ac concordiam reipublice spectat atque concernit, sine inceptis et dissolutis ritibus haud una ero segnis; det autem Dominus, ut in vera pietate et innocentia incipiamus cernere, que sit voluntas Dei, praesertim, ut animadvertamus in thesaurum Christi visceribus pietatis, qui vite necessariis careant, quod si ita legi et preceptis Dei obediverimus, nunquam nobis timendum erit rerum penuria. Commendo itaque omnem causam conscientie tue, optoque, ut Christus spiritum T. H. suppeditet et voluntatem optime consulendi et tue et publice saluti. Valeat Tua Humanitas quam feliciter in annos Nestoreos.

Tuus in omnibus
Joannes,
Panicula parochus.

Hátára írva: Magne integritatis viro, necnon christiane reipublice ferventissimo zelatori, domino Valentino, iudici equissimo,

amico inter primos observando. — *Újabbkori kéz még ezt írta rá:* «.....Panicula enim anno 1541 obiit, teste eiusdem substancie inventario.»

Pecsét nyomaival. Papirosra írt eredetije Selmeczbánya város levéltárában.

Közli: BÉKEFI REMIG.

334.

Kelet nélkül (1538).

Serédy Gáspár jelenti, hogy a jászai prépostnak hűségi levele átvétele után a prépostság javait átadta. — Budai Bornemisza Gergely kéri a királyt, hogy az esztergomi érseket adósságainak megfizetésére kötelezze. — A Chalad-i pálosok kérik szintén a királyt, hogy az esztergomi kapitány által majorukat és malmukat, melyeket Lévai Gábor erőszakosan elfoglalt, nekik adassa vissza.

Caspar Seredy... postremo significat se bona Preposito de Jazow iuxta mandatum Maiestatis V. remisisse, literis fidei et perpetue fidelitatis ab eo acceptis.

Gregorius Bornemiza Budensis supplicat Maiestati V. quoniam reverendissimus D. Archiepiscopus Strigoniensis obligatur ei florenis mille in monetis hungaricalibus et in auro similiter centum et quinquaginta, ex quibus restituit saltem 150 florenos in rebus tantundem valentibus, de residuis vero debitor remansit: dignetur Maiestas V. prefato Archiepiscopo mandare, ut de iustis suis debitis ei satisfaciat, alioquin non sperat se quicquam ab eo consequi posse.

Fratres Heremite de Chalaad supplicant, ut Maiestas V. mandet capitaneo Strigoniensi, quod villam quandam cum molendino a magnifico Gabriele de Lewa potenti manu occupatam restitui faciat eosque in illo manuteneat; nullos enim aliunde proventus habent, unde se sustentare queant.

Kivonatok a Ferdinánd királyhoz írt levelekből. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1538. S. d. 102.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

335.

Kelet nélkül (1538).

A veszprémi káptalan kéri a királyt a felfeszített Krisztusra és a Boldogságos Szent Szűz szerelmére, hogy tekintetbe véve a város és környezetének tiz mértföldnyire való teljes pusztulását, az oda beszállásolt spanyol katonaságot rendelje máshová, mert máskép nekik és jobbágyaiknak kell a városból menekülniök.

Sacratissima Maiestas Regia, Domine gratiosissime. Supplicatur Maiestati V. S. in personis fidelium eiusdem, Capituli ecclesie Wesprimiensis in eo, quod licet his superioribus diebus continue a

multis, diversisque hominibus varie afflicti fuerint tam ipsi supplicantes, quam coloni ipsorum, imo tota illa terra et regio, que iacet in circuitu Wesprimi, circumquaque fere per decem milliaria undique est toto deserta et depopulata et presertim ab obsidione castri Wesprimiensis anno transacto facta: nunc copia gentium Hispanorum Maiestatis V. S. venerunt et descenderunt Wesprimii, que residuum quantulumcumque sit, consumere nituntur.

Sacratissima Maiestas, possibile est, aliquem Maiestati V. S. persuasisse id, quod et Maiestas V. ex sese potuit facile credere, videlicet Wesprimium, cum sit caput tocius diocesis Wesprimiensis, esse civitatem muratam, domibus, commeatu, ceterisque rebus necessariis tanto exercitui ad ihemandum (loco: hiemandum) aptam esse et sufficientem. Quum Wesprimium ipsum simile sit pago cuipiam aut villule, in quo preter domos ipsorum Capitularium supplicantium nunc destructas, vix triginta octo domus habeantur, si domus vocari debent et non potius magalia ex sepibus luto oblitis et culmo et stramine tectis confecte. In hunc tam arctum, strictum et miserum locum coacte sunt descendere omnes gentes Hispanorum Maiestatis V. S., quas aut locum mutare oportet aut ipsos supplicantes cum colonis suis, imo omnibus habitatoribus terre illius necesse erit auffugere, quum non sit, unde possint alere vel decimam partem tantarum gentium. Quapropter dignetur S. Maiestas V. ob amorem Christi crucifixi et Matris eius, inviolate Virginis, nostri et iobagionum nostrorum extreme afflictorum, istique terre desolate misereri et gentes istas Hispanorum aliorsum moveri facere, ne afflictis afflictio addatur, supplicantes humillime, ut S. Maiestas V. gratiosissimam superinde faciat relationem.

Egy félív papir két oldalán, kelet és aláirás nélkül, egykorú kéztől. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1538. S. d. 43.* Közli: BUNYITAY VINCZE.

336.

1538.

Segesváriensis Disputatio.[1]

«1538 hat Khunig Johansen in der Schäspurg grosse Disputation in materia religionis mit Pfaffen gehalten, und dogmatibus

[1] Minime mense Martio, prout asseritur in Archiv des Vereins f. sieb. Landesk. Folge X. 251. tunc enim Joannes adhuc Varadini egit. et mense Novembri Tordam, Cibinium aliasque civitates Transsylvaniae visitavit. Quae Gaspar Heltai, tunc iam unitarius, a. 1570 de hac disputatione narrat, fabularum plena sunt adeoque fidem haud merentur.

Lutheri annuiret. Quod a nostratibus magno gaudio excipiebatur. Sed spes delusa.»

Egykorú feljegyzés az Album Oltardianumban. *Trauschenfels:* Deutsche Fundgruben zur Geschichte Siebenbürgens. Kronstadt, 1860. 11. 1.

337.

Buda, 1539 január 17.

János király Bácsi Ferencz szepesi prépostot s királyi titkárt és tanácsost követül küldvén Ferdinánd királyhoz, kéri őt, hogy követe szavainak hitelt adjon.

Serenissimo Principi Domino Ferdinando divina favente clementia Romanorum Regi... ac Germanie, Hungarie... Regi... Joannes Dei gratia Rex Hungarie... Misimus ad Maiestatem V. hunc fidelem nostrum reverendum Franciscum Bachiensem, prepositum Scepusiensem, secretarium et consiliarium nostrum, medio cuius de certis rebus et negotiis, que Maiestas V. S. ab ipso fusius intelliget, nunciavimus; quare rogamus Maiestatem V. velit verbis ipsius... certam fidem adhibere... Datum Bude decima septima die Januarii anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo nono, regnorum vero nostrorum tertio decimo.

Joannes Rex
manu propria.

Kívül: Serenissimo Principi Domino Ferdinando...

Papir, zárlatán nagy kerek pecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi sbl. levéltár: Hung. 1539. Jan. 19.*
Közli: BUNYITAY VINCZE.

338.

Veszprém, 1539 január 20.

A veszprémi székesegyház kincseinek elzálogosítása.

Item in festo Fabiani et Sebastiani martirum domino et prelato nostro Martino de Kecheth anno 1539 presentibus dominis infrascriptis

Domino Alberto Lectore
« Paulo custode
« Andrea cantore
« Joanne preposito omnium Sanctorum
« Paulo archidiacono Zaladiensi
« Joanne Segesdiensi

Valentino preposito Ewrsiensi
Magistro Joanne Enÿere
« Blasio Kermend
Valentino Thapolcha
Gregorio Thurj
Benedicto Kerezturj
Joanne Kermendj
Valentino Saagj
Thoma Hÿdwegj
Mathia Zakan
Andrea Warallÿa
Alberto Pest
Gallo Veesÿ

dedimus et concessimus pro futura restitutione ex rebus argenteis ecclesie, quas impignoraverat d. Andree Choron et primo

duos leones argenteos facientes markas	IIII
effigiem s. Georgii de argento continentem in se m.	VI
unam crucem minorem Raskaÿ continentem markas	IIIII (!)
unam crucem magnam pulchram et deauratam ex puro argento continentem markas...	XVIIII
tertiam crucem cum lapidibus continent. mark.	VIIII
Summa facit markas	XLII

Más kéztől: Tandem istas res ecclesie reverendissimus dominus Paulus Bornemÿzza episcopus ecclesie Wesprimiensis redemit de manu egregii Joannis Choron ecclesie, sed reservavit sibi duas mitras.

Egykorú, 1543-ban kelt jegyzet a veszprémi káptalan magánlevéltárában. Capsa 16. fasc. Vesprim. eccl. Nr. 80. Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

339.

Bécs, 1539 január 29.

Ferdinánd megparancsolja a soproni tanácsnak, küldjön néhány megbízható személyt február 3-ára Rákosra, hogy ezek tanuskodhassanak, miképp veszi vissza a győri püspök Rákos nevű saját birtokát Fürsth Móricz kezéből.

Ferdinandus rex provocat senatum Soproniensem, ut die 3-a Februarii nonnullas personas fidedignas transmittat ad villam Rákos, quam episcopus Jauriensis, veluti ecclesiae suae propriam, e manibus Mauricii Fürsth recipit.

Eredetije Sopron város levéltárában. Lad. IV. f. 1. Nr. 21.
Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

340.

Bécs, 1539 február 11.

Aleander Jeromos kardinális, pápai követ naplójából. — Várday Pál esztergomi érsek szóbeli közlései: János király meghívta az érseket menyegzőjére. Ferdinánd királyhoz is küldött ez ügyben követet. Ferdinánd válasza. Az érsek egykori barátsága János királylyal. Micsoda tanácsokat adott neki uralkodása kezdetén, majd utóbb Ferdinándnak. János jelleme. Statileo Frangepán, Brodarics.

1539 die martis 11 februarii Viennae hora quarta pomeridiana Rev. pater dominus archiepiscopus Strigoniensis, regni Hungariae primas et legatus natus, sex habens sub se suffraganeos (archiepiscopus vero Colocensis eiusdem regni sex alios habet), inter cetera dixit, quod hoc eodem momento, quo erat me visitaturus, venit e Buda quidam suus servitor, qui illuc concesserat privatorum negotiorum causa, retulitque regem Joannem ipsum accersivisse et maxima cum instantia iniunxisse ei, ut invitaret dominum suum ad celebrationem nuptiarum, quas est facturus cum filia regis Poloniae. Hoc autem dixit, ut referret, se non facturum ea tantum de causa, ut ipse tamquam primas regni, maiore, quam alius quispiam, dignitate huic solemnitati non modo interesset, sed etiam quantum ad sacra peragenda attinet, praeesset: verum et aliquod bonum consilium ab eo accipiet, quod fortasse esset non minus utile regi Romanorum quam sibi; postremo quod omnes illae querelae, quas habet dominus Strigoniensis contra subditos regis Joannis occupantes proventus suae ecclesiae, qua parte in regno Hungariae dicto Johanni subdita extenduntur, omnino complanarentur. (hoc autem dicebat: Joannem rogare Strigoniensem, ut iret, tanquam bonum dominum, amicum et fratrem suum.)

In hac autem re petivit archiepiscopus taciturnitatem et consilium meum. Hoc autem ut certius dare possem, rem altius repetens dixit, ante 16 dies venisse ad hunc regem oratorem quendam a rege Joanne, qui inprimis excusaret eum, quod in finibus regni percensendis occupatus plurimum, quia undique habet Turcas vel Moldavos, qui iam a Turcis dependent, suspectos, non prius invitaverit hunc Ser^mum^ regem ad suas nuptias, vel (si recte memini) non prius huic Maiestati de nuptiis per eum cum filia regis Poloniae contractis non significasset.

Secundo orabat Ser^mum^ regem, ut dignaretur personaliter praedictas nuptias honorare.

Tertio ut permitteret praelatos et barones Hungaros, qui regis

Ferdinandi partes sequuntur, illuc descendere, praesertim quos ipse nominaret.

Respondisse Ferdinandum, excusationem regis Joannis accipere, deinde rogare eum, ut similiter excusatam habeat Suam Maiestatem, si per immensas et arduas occupationes non possit personaliter illuc accedere, sed quod sit missurus oratores (sicut re vera fecit; nam hodie misit comitem de Salm, equitem velleris aurei et dominum *[Laurentium]* praepositum Albensem Ungarum, honestum virum, praeceptorem filiorum suorum).

Quantum ad tertium: quod permittebat libenter ut Hungari praelati et barones sibi subditi illuc irent; sed quantum ad hoc postremum attinet, ficte hoc dixit rex Romanorum. Nam quum Strigoniensis dixisset ei, non fuisset hoc ita aperte dicendum, quia vix posset citra magnum scandalum desistere quin irent: dixit rex Ferdinandus ei aperte, non oportere eum discedere, quia eius opera uti habeat, praesertim, dum videat, quid relaturi sint hi duo oratores quos ad regem Joannem misit. Dixit autem hoc Strigoniensis regi Ferdinando tentans eum, non quod revera in animo haberet illuc ire, quia bene scit itionem suam illuc fore maxime suspectam Germanis et propterea in hac re se esse maxime perplexum.

Dixit Joannem fuisse sibi amicum bonum, dum uterque in minoribus esset, et hoc etiam sibi commemorasse, postquam est rex factus, dicentem: dum eramus in vita privata coniuncti, nemo poterat nobis nocere; sic etiam nunc in maiore gradu.

Dixit, quod quando interemptus fuit rex Ludovicus, ipse Strigoniensis erat tunc Agriensis et erat cum rege comitatus quingentis electis equitibus, regemque eum per 8 dies orasse, ut rediret Budam ad aliquod negocium sibi peragendum. Ubi quum esset, commissum fuit praelium et interemptus rex, ipse vero per 15 fere dies moratus Budae invitabat reginam Mariam, quae erat Posonii et cum ea Palatinus regni et [....], atque etiam alios proceres, ut venirent Budam et munirent eam contra vim Turcarum, sed quum nemo audiret, ipse contulit se Agriam, ubi incidit in gravissimam febrem, qua non obstante scripsit ad regem Poloniae et ad alios principes, significans in quo periculo esset regnum illud, propterea, ut providerent.

Turcam autem 15 diebus post cladem venisse et intrasse Budam, eaque praeter arcem combusta rediisse ad sua, relicta Ungaria.

Tunc Joannem waivodam Transsylvaniae, qui tempore cladis erat in Transsylvania, quum videret neminem alium insurgere neque Ferdinandum quicquam dicere, arripuisse regnum etiam consilio

ipsius Strigoniensis; qui interrogatus a me, si sciebat pactum inter Ladislaum et Maximilianum, respondit se non advertisse, quia quum illud pactum fieret, se fuisse admodum iuvenem.

Dixit, se dedisse consilium Joanni, quod si secutus fuisset, regnasset perpetuo in regno neque opus habuisset invocare Turcas. Consilium autem triplex erat, scilicet ut prohiberet nimiam suorum militum *[licentiam]*, fugeret tarditatem et avaritiam a se fugaret.

Quantum ad licentiam dixit Joannes, quod cum esset in minoribus, cogebatur eis illam licentiam permittere, quia habebat multos aemulos in curia regis Hungariae, qui eum persequebantur. sed nunc liberum ab eo respectu facturum, quantum consulebat Strigoniensis, sicuti etiam abiecturum segnitiem. De tertio vero petivit, quomodo posset aliter facere, quum non haberet pecunias? respondit Strigoniensis, si vellet vendere aliquas arces, statim habiturum e Transsylvania 100000 florenorum Hungaricorum, e reliqua Hungaria 150000 et e quodam peculiari loco 50000, quibus munitis limitibus sui regni, impositis praesidiis, non haberet timere a Germanis neque ab aliis. At ille nolle se id facere respondit, sed tantummodo e proventibus regni, qui quum tarde colligerentur, superveniente exercitu Ferdinandi aufugere debuit.

Alium eum fecisse errorem dicit: nam post coronationem suam (quae fit in Alba Regali) dicit eum dedisse custodiendam coronam regni Petro Perini, quem etiam fecerat waivodam Transsylvaniae; ad quod dixit Strigoniensis se dixisse regi Joanni, quod fecerat magnum errorem; quem cum responderet posse corrigi, dixit Strigoniensis, nisi quamprimum faceret, penitentia sero se id fecisse desideraturum; nam Petrus Perini, homo iuvenis, elati animi, proderet eum, quia non contentaretur woiwodatu, primaria dignitate totius regni, sed quanto maiora illi daret, maiora appeteret, et praedixit, quod proderet eum, quod et fecit.

Nam Ferdinandus quum petisset Hungariam cum exercitu, Petrus Perini, transfuga a domino suo, illi coronam dedit regni et fuit coronatus in Alba Regali.[1] Joannes autem erat quidem tunc in

[1] *Ehhez a lap szélén:* Item quod idem Perini Petrus post aliquod tempus, ut fidem faceret se perseveraturum in fidelitate tam erga Johannem quam Turcam, misit filium suum ad ipsum Turcam. Hinc est quod dixit mihi rex ex litteris cuiusdam sui habuisse, quum Magnus Turca peteret a quodam bassa quemnam deberet praeficere regno Hungariae cui posset fidere, respondissetque bassa Perini Petrum, tunc Turcam dixisse eum esse omnium perditorum perditissimum, ut qui prodiderit prius regnum, deinde regem suum, postremo filium proprium.

regno, sed quum videret se destitutum praesidiis neque habere ullas arces munitas, fugit in Poloniam.

Inde dicit Strigoniensis, se etiam bonum consilium Ferdinando dedisse, quia iam occupata Strigonia, ad cuius praelaturam per obitum archiepiscopi cum rege Ludovico interempti, Joannes ipse ex Agriensi episcopatu eum promoverat, in partes Ferdinandi concessit. Consilium autem quod ei dedit, erat tale:

Rex Joannes aliqua loca suorum patrimonialium dominiorum dono dederat in perpetuum aliquibus de se benemeritis capitaneis, qui petiverunt a Ferdinando ea sibi confirmari; fore enim se ipsi usque ad cineres fideles. Hoc suadebat Strigoniensis Ferdinando; sed ille, ut eas daret suis ambitiosis, negavit aperte se non facturum. Unde illi proceres cum magna multitudine defecerunt; quo suffultus Joannes postea invocavit Turcam, qui venit ad obsidendam Viennam anno 1529 etc. unde tot mala passa est Austria.

Dixit etiam coronam regni non esse in manibus regis Joannis, quae alias solebat servari in arce Wisseburgensi, si recte memini, citra Strigoniam.

Dixit Joannem esse hominem non malae conditionis, cogitabundum, non multiloquum; sed qui male servet fidem, quando aliquid invitus promisit aut saltem contra animi sententiam; satis fortem pro conditione corporis et olim multo melius sagittasse quam nunc intelligat.

Audire eum palam apud multos timidum: sed tamen intellexisse ab aliquibus, qui interfuerunt alicui pugnae, ipsum videri nequaquam timidum.

— — — — — — — — — — — — — —

Περὶ Στατιλίου.

Quod eius consanguineus, et ipse Sibenicensis, fuerit episcopus Vesprimiensis, cuius favore consecutus sit praeposituram Budensem, deinde ad diversas legationes a rege Joanne missus, inter quas ad regem Galliae cum Brodrico, fuerit assecutus episcopatum Transsylvaniae, bonum illum quidem et adhuc illaesum. nam ex episcopatibus Hungariae primum dicit Strigoniensem et dignitate et proventibus; secundum Agriensem ob aliquas causas multo meliorem et quietiorem et adhuc integrum; tertium Colocensem archiepiscopatum, sed nunc laesum; quartum Quinqueecclesiensem meliorem Colocensi in proventibus, sed tamen nunc multa a Turcis passum valere adhuc 10000 florenorum Hungaricorum; cuius nunc sit factus episcopus quidam canonicus Strigonien-

sis,[1] qui ad Joannem transfugit et officium faciet cancellarii Verbetii senis, hominis probi et catholici octuagenarii, qui ivit una cum Vaciensi et Perini Petro ad deducendam reginam filiam regis Poloniae; sextum Transsylvanum meliorem nunc Quinqueecclesiensi, quia illaesum.

Dixit Statilium odio esse hominibns, quia sit avarus, rapax, inhonestus, satis doctus tamen et facundus et audax et inprimis omnium mortalium maledicentissimus, qui etiam pontificibus et regibus non parcat; quinimo quum Strigoniensis laudasset regem Joannem a nescio qua parte, seorsim eo tracto dixit: ‚iste fatuus (de rege loquens homo alienigena) exultat tuis laudationibus et eas sibi convenire putat'.

De Colocensi.

Quod sit bonus et fidelis et honestus vir, sed et ipse maledicus, multo tamen minus quam Statilius, quod fuerit antea, dum iuvenis esset, aulicus et cubicularius regis Ladislai; postea inductus a quodam franciscano observantino, qui nunc est episcopus Signiensis in Dalmatia et forte fortuna nunc est Viennae,[2] barbarus, indutus veste grisea, sed cum capitio more episcoporum, alitea (sic) monachorum (quem e fenestra vidi comitatum uno tantum famulo Illyrice induto), factus sit et ipse observantinus franciscanus in Italiaque vixerit aliquamdiu. Mox, quum audisset mortem Gabrielis Perini, qui ex eadem familia cum Perini Petro, sed tamen largo ordine, obiit in clade regis Ludovici, sorore huius nunc Colocensis et Agriensis vidua relicta (e qua superstite adhuc superest etiam pulcerrimus filius), venit, ut viseret et solaretur eam. Et quum regi Joanni esset locutus videreturque ei homo prudens hic monachus, eius opera usus est in diversis legationibus et postremo ad Carolum super pace inter ipsum Joannem et Ferdinandum inita, qui transiens Vincentiam me visitavit, tunc illic in loco concilii legatum. Itaque, quum probata esset Joanni virtus huius monachi franciscani, primo eum promovit ad archiepiscopatum Colocensem, mox ad episcopatum Agriensem multo ditiorem.

Homo est Agriensis rubicundo vultu, procero satis corpore, tenuibus tamen brachiis et cruribus, licet pedibus crassis, ut dixit Strigoniensis, supra proportionem reliqui corporis, et pingui aqualiculo, unde laborat artubus et podagra.

Juvenis alioqui homo et minor non (natu?) ipso Strigoniensi annis quatuor aut sex.

[1] Eszéky János. [2] De Dominis János.

Περὶ Βροδερικου.

Quod est bonus vir et doctus magisque amicus suus, sed aliquantulum Lutheranus (sic et de eo dixit mihi Colocensis seu Agriensis), et quod dixerit aliquando de eo etiam audiente: iste bonus collega meus Brodericus Lutheranus. Dixit Strigoniensis eum claudicare in favorem nuptiarum sacerdotum et non multum favere imaginibus sanctorum.

— — — — — — — — — — — — — — —

Nuntiaturberichte aus Deutschland. Erste Abth. IV. 289—296.

341.

Bécs, 1539 február 19.

Mignanelli nunczius Farnese bíborosnak: Perényi Péterről. Lutheranizmus Magyarországon; magyar nyelvű lutheranus hitvallás. A magyarországi ügyek jobbrafordulása csak a császártól remélhető. Frangepán kalocsai érsek visszatérése (követségi utjáról) közeli kilátásban. A bíborra jogot tartó négy magyar főpapról.

— — — — — — — — — — — — — — —

...al proposito delli Ongari cattivi ho inteso un bel caso, che un Perim Petri di assai qualità ha tradito la fede, il regno, questa Maestà, il re Giovanni et forse tradirà il proprio figlio. la fede: che è perfidissimo lutherano; il regno: che contra le capitulationi et promission di tutto il regno nella morte del re Ludovico fu sequace del re Giovanni, al quale poi è stato similmente traditore, perchè in Buda fu il primo a dar la corona regale a questa Maestà, alla quale ha mancato accordandosi di nuovo col re Giovanni et col Turco, nelle cui mani ha dato per staggio il suo figliolo, che si pensa che sarà tradito dal padre con qualche nuovo accordo, che li tempi porgeranno.

Et al medesimo proposito detti Ongari tristi et lutherani hanno fatto stampar le loro opinioni in lingua ongarica, la quale dicano non è stata mai più impressa;[1] et questo non è senza participatione delli pochi buoni del paese et è cosa di grandissima importantia, perchè, come già scrissi, tra il Turchesmo et Lutheranesmo (se Dio non provede) quello regno si andarà in tutto alienando. Et non ci vedo altra provisione oltra l'aiuto divino, salvo che la Maestà Cesarea, poichè non ha guerra con Franza, del suo proprio et con

[1] 1538-ban jelent meg Krakkóban *Gálszécsi Istvántól:* A keresztyéni tudományról való rövid könyvecske, és *Székely Istvántól:* Keresztyénségnek fundamentomáról való tanuság. — Lásd *Szabó Károly:* Régi Magyar Könyvtár. I. 5., 6.

le forze dei Catholici aiutasse tanto questa Maestà (Ferdinándot) che per pochi mesi si satisfaccesse a quel capitolo della sanctissima lega, cioè che di qua fusse un' exercito gagliardo alla volta d'Ongaria, il che ora sarebbe molto più facile, che non era al tempo, che fu publicata la lega, perchè provedendosi al subsidio necessario d'Ongaria si publicaria la pace tra questa Maestà et il re Giovanni et così le forze di quel principe et di quel regno con questo Ser^mo^ re sarebbeno tutte unite contra l'Infideli con una vera et integra reduttione alla santa sede apostolica.

Il Colocense al fine di gennaro era arrivato in Milano, di modo che di giorno in giorno si può sperare la tornata sua al suo padrone. Passando di qua mi sforzarò ritrarre tutto quel che potrò, et ne darò avviso.

Questa Maestà altre volte ha detto a monsignor R^mo^ legato (Aleander) et a me che publicandosi la pace col re Giovanni sono quattro prelati Ongari, che mirano alla promotione del cardinalato: Strigonia, Colocense, Statilio et Varadino, cioè quel fra Georgio frate Bersino (?), thesaurier generale, che governa il re Giovanni. Delli quattro Sua Maestà ha laudato molto il Strigonia et il Colocense, il quale (come dicano) della prima origine è Romano de Fregepani et persona in effetto molto virtuosa et catholica et che per la pace ha fatigato molto; però mi è parso darne notitia a V. S. R^ma^ et Illma.

— — — — — — — — — — — — — — —

Die Vienna alli 19 di febraro nel 39.

Nuntiaturberichte aus Deutschland. Erste Abtheilung. III. 451.

342.

Bécs, 1539 február 26.

Aleander kardinális, pápai követ naplójából. — Tárgyalások Ferdinánd királylyal. Salm gróf küldetése János király menyegzőjére. János király és a böjtparancsolat. Guzman kir. kamarásnak böjt-privilégiuma. A kamarás és Ferdinánd király ez alkalomból czélzásokat tesznek a pápai kegyelmek megvásárolhatására. A király vádjai Olaszország ellen gyermekfertőzés, a kúria ellen szimónia és kompozicziók miatt. Aleander óvása és ellenvádjai. Ferdinándot Morone nunczius erősítette meg ebbeli nézeteiben. Egyházak fosztogatása a király által.

1539 die mercurii 26 februarii Viennae hora quarta post meridiem.

— — — — — — — — — — — — — — —

Dixit[1] interrogatus a me de comite de Salm, quod miserat

[1] Ferdinánd király.

eum usque Strigoniam praemisso alio quodam ad regem Joannem (quem credo fuisse secretarium Bornamissam), ut intimaret ei de futuro adventu comitis, qui interim etiam aliqua negocia regis Ferdinandi sibi commissa Strigoniae tractabat. Verum quum ille praemissus ad Joannem, intellexisset expectari quendam novum oratorem Turcarum invitatum ad nuptias, comes statim venit ad regem Ferdinandum consulturus, quidnam facturus esset, at rex non existimans esse officii sui tamquam principis vere christiani, quod suus orator simul cum Turcis interesset his actibus, forsan etiam propter contentionem quae posset fieri de praeeminentia inter ipsos oratores,[1] remisit comitem, dans illi in mandatis, quod, quia nondum orator Turca comparuerat et verisimiliter in tempore accessurus non videbatur ratione itineris, si istud accideret, tunc comes statim compareret interfuturus nuptiis; si minus, expectaret finem celebrationis et postea iret cum muneribus et gratularetur etc. cum excusationibus etc.

Dixit se vago rumore intellexisse (quod tamen nolit affirmare, neque quod ex ore suo prodiisse dicatur), quod Joannes ipse esset comesturus pisces, sed reliqui carnes, quum non potuerit habere copiam piscium.

Item eodem vago rumore, quod erat missurus Joannes ad me nuncium ad petendam dispensationem tam pro celebratione nuptiarum quam consumatione matrimonii et esu carnium, quod nondum factum est. Respondi autem regi, quod si tali quid fuisset a me petitum, statim significassem Maiestati Suae, antequam quicquam facerem, et quod an essem aliquid tale facturus, bene considerassem propter multas causas. Id visum est ei placere plene.

Dixit quod multum scandalizabuntur populi Hungariae ex illo esu carnium, si fiat, quia populi illi sunt tenacissimi istarum cerimoniarum et consuetudinum paternarum.

In fine colloquii, quum exiremus, vidi dominum Martinum de Guzman, qui nuper miserat ad petendum a me de esu ovorum etc. in quaresima, de quo dicebat (sicuti retulit doctor Petrus, qui hoc a me eius nomine petebat) se velle scire an in concedendis ovis et similibus prohibitis posset uti privilegio regno Hispaniae concesso, quum sit ipse Hispanus, habens tamen iam multis annis domicilium in Germania, in qua etiam nuper uxorem duxit; et quia responderam, me nescire tenorem et contentum in privilegio, si extenderentur etiam ad personas ex eo regno ubique terrarum con-

[1] A lap szélén: hoc diximus nos e coniectura, non rex dixit nobis.

stitutas, quod si non esset, dixeram non licere: — quum ergo vidissem dominum Martinum Guzman, dixi ei praesente rege et nuncio me dedisse non iniuria consilium contrarium voluntati suae. Tunc rex petivit quid esset. et quum aperuissem id, quod fuerat a me per dominum Petrum eius medicum pro parte Guzmani quaesitum, dixit Guzmanus: non dixi me velle uti privilegio Hispaniae regno, sed mihi concesso, addens cum aculeo: ego emi illud. Ad hoc statim rex eum mordicans: ipse emit sibi privilegium; ipse emit, quare non posset uti? intelligitis domine R^{me}, ipse emit? Intelligo, dixi ego, non emit gratiam, sed redemit labores scriptorum et impensas. Dixissem autem multo plura, etiam redarguens eius animum, nisi vidissem illic praesentem maiorem domus regni Bohemiae cum aliquibus aliis Boemis nobilibus, cum quibus fuerant in consilio paulo ante adventum nostrum. et illi tamdiu in prothalamo expectaverant, donec perfecissemus colloquium cum rege. Sed alias pro re nata et fortasse etiam absoluta commonefaciam regem favente domino.

Videtur enim non satis aequo animo neque iudicio omnino recto in curiam Romanam esse affectus, sed nec in Italiam, de qua nuper dicebat satis mali et multo quam est, quod esset infecta vitio innominabili. Tum ego, quum acerrime detestatus fuissem illud nefandum scelus, suasi tamen ei ne crederet, imo multis argumentis fidem feci non ita Italiam et curiam Romanam etiam hac in parte infectam esse, ut Transalpini magno scandalo et periculo animarum suarum odiique perniciosi inter utrasque has gentes sunt persuasi. Et quod sciret, quia dicebat Germaniam admodum mundam ab hoc vitio, fateri me quidem esse minus corruptam, sed non omnino mundam, praesertim post Lutheranismum, cuius rei faciunt fidem ii, qui e Lutheranismo ad nos redierunt, praeter alia quaedam exempla quae odiosum esset et tediosum recensere.

Facta etiam fuit mentio de aliis malis moribus urbis, de simonia, de compositionibus. Hic egregie defendi causam hanc, saltem hac in parte, quod non tot mala fiebant illic quot obiiciebantur, et quod si vellemus diligenter omnia advertere, ostenderem plures corruptelas esse in aulis principum laicorum etiam extra Italiam, in quibus fiebat simonia, iustitia vendebatur impudentissime praeter Lutheranismum.

Illic adiunxit rex, opus esse reformatione omnium, et cum vidi eum saepe, nescio a quibus instructum, multum male sentire de compositionibus, defendi in eis, quantum licuit per ius et fas, attendens etiam et minus mali fieri quam erat persuasus et in dies multa corrigi sub hoc pontifice.

Adverti tunc ipsum non parum esse instructum a Mutinensi qui, ut si bonus, iuvenili tamen iudicio, id est non recto, et manifesta ambitione claudicat. Is autem sibi acquisivit regis gratiam detestans mores curiae Romanae, et usque eo processit, ut palam profiteatur non posse reformari ecclesiam, nisi privetur omnibus bonis temporalibus. Hoc autem placet maxime principibus laicis. Ob hanc causam gratus erat huic regi, qui tertiam partem bonorum temporalium ecclesiae in suis dominiis ita vendidit, imo verius dissipavit, ut ipse paucissimam pecuniarum summam, eius vero thesaurarii immensam vim auri sibi devoraverint. Licet autem rex fecerit id privilegio Clementis VII. ob narratam ei necessitatem, non tamen servavit id quod Clemens VII. statuit, scilicet venditionem fieri non debere nisi iudicio et praesentia R^mi Tridentini et archiepiscopi Rossani nuncii apostolici; et ideo dissipata sunt omnia et bonus rex nihil fere habuit ecclesiaeque pedetentim sic collabuntur. Similiter audio ab Hungaris plurimis, et rex non inficiatur, se passum esse in praedam dari bona temporalia suis militibus, quia dicebat etiam adversarius ita faceret, atque etiam aliquas, inter quas praecipue Jauriensem, multo aere alieno oppressit, onerando eam debito 37000 florenorum, super quibus solvuntur decimae creditoribus (et Deus scit quomodo) e fructibus illius miserae ecclesiae.

Partim provenit ex nimia bonitate huius principis, alias certe catholici et boni, sed ex malo consilio et ministratione suorum ministrorum non stabilium in fide, qui ita gubernant eius proventus, ut ipsi e stercore erigantur in amplissimas divitias et ipse pauper urgente necessitate bellorum omnia ista mala fieri patiatur, et miramur nunc multa ipsi perperam succedere et comburi eius a Turcis provincias et regnum Hungariae, cuius possessionem ceperat, ad alium defluxisse. Id quod archiepiscopus Strigoniensis ingenue regi dixit, tamquam primus curatus regni Hungariae, nisi abstinuerit ab his sacrilegiis et voverit Deo, si aliquando eripiatur his malis, se vel magis redditurum ecclesiis quam acceperit vel saltem aequa restituturum, omnia Maiestati Suae pessum itura.

Nuntiaturberichte aus Deutschland. Erste Abtheilung: 1533—1559. IV. 323., 326—329.

343.

Bécs, 1539 márczius 4.

Aleander kardinális pápai követ naplójából. — Várday érsek szóbeli közlései magyarországi dolgokról.

1539 die Martis quarta martii post prandium visitavit me Strigoniensis. Diximus de multis, de moribus Hungarorum. quum miraremur quare ita a Deo punirentur, fuit facta mentio de infamia criminis pessimi. Dixit falsum esse, sed quod bene verum est, quod pueri eorum assimilabantur angelis; et quod quando venit Beatrix regina in regnum, Neapolitani intulerunt illud et alios docuerunt, et quod Hungari qui fuerunt in Italia, plerique infecti eo redierunt. Item quidam episcopus Vaciensis, ante defunctus nescio quot annis, qui fuerat in Italia, erat omnibus infamis de hac re, sed quod ab aliquot annis certe talia rarissime fiunt aut audiuntur.

Quod Hungari aliqui sacerdotes sunt optimi, et laici.

Quod sunt negligentes agricultores, tamen quod habent inter eos sartores et alios artifices paucissimos, qui faciunt arma, enses huiusmodi.

Quod ars militaris apud eos frequens prohibuit quominus vacarent aliis artificiis.

Dixit mihi Colocensis postea, quod barones tyranni impediunt, ne populi agrum colant, quare devorant, quae habent et nihil solvunt.

Dixit Strigoniensis, quod episcopatus Transsylvanus valet 18000 florenorum Hungaricorum, quorum unusquisque valet kruzeros 75.

Quod in Transsylvania habitant Hungari veri, quorum est dominium; Saxones, quorum sunt omnes civitates, Walachi et Siculi, qui se iactant esse reliquias primorum Hunnorum, qui venerunt e Scythia.

Quod episcopatus Agriensis est omnium quietissimus et paucis cedit proventibus, imo omnibus recte computatis plurimum omnium valet, nam locat decimas 16000 florenorum Hungarorum; habet mille aureos similes certos in censibus; item mille vasa optimi vini.

Quod civitas sit sita in valle in costa collis et e regione habeat vineam optimi vini.

Quod illic tam vilis est victus, ut non consumat in hebdomada, quantum Strigoniae in duobus diebus.

— — — — — — — — — — — — — — —

Nuntiaturberichte aus Deutschland. Erste Abtheilung. IV. 337.

344.

Bécs, 1539 márczius 6.

Aleander kardinális, pápai követ naplójából. — Frangepán Ferencz kalocsai érsek nyilatkozatai. Az érsek életpályája. Kifogásokat emel a zsinati egybehivó szövege ellen. Brodaricscsal való küldetése a császárhoz 1536-ban és a Ferdinánd király által reájuk rótt kötelezettség. Akkori tárgyalása a pápával a püspökök megerősítése ügyében. János király kardinálisságra ajánlotta. Egy czímzetes püspök valótlanságot terjesztett felőle.

1539 die Jovis 6 martii Viennae Rev. pater dominus *[Franciscus]* de Frangipanibus e comitibus *[de Modrusio]*, dum iuvenis esset cubicularius regis Hungariae Ladislai, patris Ludovici et Annae nunc reginae Romanorum, mox factus frater sancti Francisci de observantia et nunc archiepiscopus Colocensis et nominatione regis Joannis episcopus Agriensis, licet non confirmatus manifeste, sed e vivae vocis oraculo facto per pontificem Paulum R^mo^ cardinali sanctae Crucis,[1] sicuti constat ipsius instrumento sigillato, administrationem dicti episcopatus Agriensis consecutus, qui, dum Vincentiae legatus concilii agerem, me visitavit iturus ad Caesaream Maiestatem orator regis Joannis in Hispanias, unde die quinta huius rediens huc est appulsus.

Inter caetera statim fere a principio sermonis dixit, duo sibi videri perperam fieri ad celebrationem concilii, primum quod in indictione ipsius papa taxet et nominet Lutheranos tamquam haereticos. Cui respondi falsissimum hoc esse, quia etsi fiat mentio haeresum, sicut in indictione omnium conciliorum fit, tamen non nominantur Lutherani, qui non negabat Anabaptistas et Zwinglianos et Pneumaticos esse haereticos, in quos possunt retorquere dictum, et ita bonus pater acquievit et gaudere multum visus est ista declaratione.

Alterum quod pontifex velit expectare adventum omnium praelatorum e Germania et Hispania, quum hoc sit difficillimum, et solum deberet advocare suos cardinales, qui sunt in illis provinciis, et ex unaquaque earum quatuor vel quinque episcopos. Ad quod respondi multis argumentis, unde etiam fassus est se fuisse hallucinatum et velle uti his rationibus contra quoscunqne qui haberent has opiniones, quibus ipse innixus se haec dicit alicubi dixisse.

— — — — — — — — — — — — — — —

[1] Quignono Ferencz.

Dixit, quod quum anno 36 rex Joannes mitteret episcopum Vaciensem Brodericum ad imperatorem, qui tunc erat Neapoli regressus ex Africa, rex Ferdinandus non passus est eum transire; propterea rex Joannes addiderit ei Colocensem, qui veniens ad Ferdinandum, dixit regem suum mirari, imo de se ipso hoc dixit, quare Ferdinandus impediret, quum ipse iret ad eius fratrem pro bono pacis, frustraque id fieri, quum per tot alias vias potuisset rex suos oratores mittere. nam et Laski miserat in Galliam et alios ad alios principes.

His verbis motus Ferdinandus passus est eos transire, sed sub obligatione prius facta scripta et eorum sigillis et subscriptione roborata, ne cum aliquibus aliis principibus prius loquerentur quam cum Caesare; et hoc sub pena iacturae fidei et honoris. Id quod libenter promiserunt, non cogitantes pontificem Romanum comprehendi velle sub nomine principis.

Ideo quum pervenissent ad Montem Rosulum, illuc etiam supervenit archiepiscopus Londensis,[1] qui huc et illuc ultro citroque discursabat cursorie, e curia Ferdinandi iturus et ipse ad Caesarem. Cui quum ipsi revelassent se in transitu velle pontificem adorare, commemoravit ille scriptum manu eorum factum. cui licet responderent non habuisse tunc id animi, ut pontifex excluderetur, et quod in eius praesentia vellent tantum osculari pedes Sanctitatis Suae: quod cum ille multis verbis redarguisset, mutant sententiam. Itaque appulsi Romam hospitati sunt in coenobio sancti Stephani in Celio monte, ne intrarent urbem et ut quanto minus fieri posset innotesceret eorum adventus. Miserunt tamen Franciscum Casalem ad pontificem Paulum, ut eos excusaret, allegantes supradictum impedimentum. quo tamen non obstante Ambrosius[2] missus ad eos a pontifice admodum aspere allocutus est eos.

Vidi postea ego eos in reditu e Neapoli et salutavi in sacello Xysti, quum venissent osculaturi pedes pontificis et excusaturi.

Dixit se tunc supplicasse pontifici pro confirmatione episcopatuum, et quod pontifex bonis verbis dixerit, videndum esse modum, quo omnia cum pace transigerentur, et confirmationem non defuturam.

Dixit, tunc se habuisse litteras scriptas manu Joannis regis, quibus supplicabat pontifici ut promoveret archiepiscopum praedictum ad cardinalatum; qui quum videret res ita turbatas, voluerit eas reddere pontifici, sed ne verbum quidem hac de re facere.

[1] Wese János lundi érsek, császári követ.

[2] Ricalcato Ambrus, a pápa magántitkára.

Quod quidam episcopus titularis, qui nunc est Romae apud cardinalem sancti Angeli Verulanum episcopum,[1] scripserit in curiam regis Ferdinandi et, ut suspicatur, ad Statilium episcopum Transsylvaniae, quibus ille significat pontificem dixisse, nunquam se vidisse ambitiosiorem hominem isto archiepiscopo Colocensi. Item scribebat, quod fecerat et procuraverat tantum facta sua et non regis Joannis. Id quum audisset Colocensis, petivit a Statilio, an aliquid tale intellexisset, qui respondit, quod sic. Tunc postridie in consilio regis, ubi erat et Statilius, dixit Colocensis regi ea quae audierat ostenditque instructionem sibi ab eo datam et ut consideraret, si imperator responderet ad illos articulos, utrum ipsius regis facta an sua procurasset, et quaedam alia. Cui rex benigne respondit, nosse se probitatem eius etc.

Postridie coram ipso Colocensi dixit Statilius regi, audisse se, quae dixerat regi Colocensis, et quod volebat scire, an Colocensis intelligat ipsum esse, ad quem scriptae fuerint contra eum illae litterae. Cui Colocensis se ignorare, sed ex his verbis suspicari ad eum scriptas fuisse, sed quicunque eas scripserit, mentiri, et non minus quicunque vellet eas litteras veraces dicere. Tunc rex apprehensa manu eius benigne iussit eum bono animo esse et quieto, quia putaret atque adeo certe teneret ea, quae contra ipsa dicebantur, falsa esse.

Dixit, quod quum rex Joannes in consilio conclusisset mittendum esse oratorem ad Carolum Caesarem hac aestate praeterita, dixissetque consiliariis, ut cogitarent, quinam esset mittendus, postridie rex in consilium veniens dixit consiliariis, cogitasse se unum de duobus esse bonum, inquit, qui mitteretur, vel me, inquit, vel Colocensem.

Dixit, quod alias rex Joannes miserat Hieronimum Laski ad regem Galliae, tractaturum inter alia de uxore ipsi danda, cui rex Franciae responderit se daturum unam e filiabus suis, si esset nubilis et matura viro; sed quod posset accipere filiam domini de Vandosme e sanguine regis, vel sororem Henrici regis exulis Navarrae, et quod Laski concluserit de hac secunda absque mandato.

Dixit, se Colocensem autorem fuisse nuptiarum regis Joannis cum filia regis Poloniae, qui dum tractaretur per Londensem et episcopum Varadini pax inter Ferdinandum et Joannem mense puto Novembri 1537, interim quidam dominus Polonus cognomento Tornoz, capitaneus Cracoviae (quae est prima dignitas seu magistra-

[1] Filonardi Enniusz kardinális, verolii püspök.

tus laicalis in eo regno) scripsit ad ipsum Colocensem proponens ei hoc matrimonium. quod quum retulisset ad regem Joannem, respondit, dummodo non esset timere, quod res non conclusa dedecori ipsi cederet, id posse honeste fieri. Id scripsit Colocensis illi Tornoz, unde datis hinc inde litteris tandem, apparente spe boni successus, data fuit commissio Vaciensi, ut aestate praeterita transiens per curiam ipsius regis Ferdinandi, cum quo item tractabatur pax inter ipsum et Joannem, iret in Poloniam suppressa causa, quare illuc iret, sed re vera ipse conclusit matrimonium insciis prorsus Ferdinando et suis.

Unde non modica animi alteratio licet tacita nata est, posteaquam intellexerunt hanc rem et nescio quis sinister rumor sparsus est de natalibus sponsae, quod ego non credo. —

Dixit Colocensis, cardinalem Theatinum[1] multum fuisse adversatum Petro Bembo in promotione ad cardinalatum, quum diceret non esse opus nunc Petrarcha et Laura, et quum Pisanus cardinalis[2] diceret Bembum fuisse publicum concubinarium, dixisse ei cardinalem Farnesium, si ista perpendenda sint, esse, quae merito in ipsum Pisanum possent dici etc.

Dixit se scripsisse ad aliquos, qui referrent pontifici ea, quae scripserat ille episcopus Dumensis[3] in familia cardinalis sancti Angeli contra ipsum in Hungariam et retulerat postea pontifici regem Joannem esse male affectum et pessime contentum de Colocensi.

Dixit scriptas esse litteras ex urbe, quod Statilius redibit in Hungariam cardinalis et legatus universi regni Hungariae; sed non ego credulus istis.

Dixit Colocensis, quod quum esset Mediolani detentus podagra in itinere, quo nuper ivit ad Caesarem in Hispaniam, venit ad se decumbentem quidam, qui se dicebat antiquum familiarem et secretarium Verulani cardinalis; qui putans Colocensem esse Statilium, dixit ei, quod res sua, scilicet de pileo, optime se habebat, quia dominus suus ad optimum finem eam deduxerat, et quod acceperat litteras et munera ab eo (putans semper Colocensem esse Statilium) missas. Tamen Colocensis: gratias, inquit, ago domino R^{mo} duplicatas, quia hoc mihi nihil tale ab eo petenti procuraverit. At ille adhuc simplex instabat arguendo, quia viderat litteras et munera, tandem

[1] Caraffa János Péter, chietii püspök, a későbbi IV. Pál pápa.
[2] de' Pisani Ferencz, — velenczei.
[3] A föntebb említett czimzetes püspök. A dulmai vagy dumnai püspökség Boszniában 1482-ben török kézre került.

videns se deceptum, rubore perfusus non memini, quid sit postea commentus.

Nuntiaturberichte aus Deutschland. Erste Abth. IV. 338—343.

345.

Bécs, 1539 márczius 8.

Aleander kardinális, pápai követ naplójából. — Frangepán Ferencz kalocsai érsek újabb szóbeli közlései. Egyházi visszás állapotok a magyar-török határon. Újabb házasságkötések azok részéről, a kiknek házastársuk török fogságba esett. Panasz a pápa ellen. János király kiközösítése. A pápák világi érdekei. A váradi békét mindaddig nem lehet kihirdetni, míg a török támadás ellen széleskörű és maradandó intézkedések nem történnek. Kívánatos volna, hogy Ferdinánd király és János király személyesen találkozzanak. János király házassága tiltott időben. Magyar püspökről kedvezőtlen nyilatkozat.

1539 die sabbati octava martii post prandium venit ad me rursus idem Colocensis, qui inter cetera dixit de quibusdam militibus et aliis malis viris in Hungariae et Turcarum finibus, qui furantur pueros christianos et vendunt Turcis et postea in confessione, dum non absolvuntur et remittuntur Romam, dicunt se esse pauperes et timere, si discedant domo, ne familia sua ab hostibus aliquid mali patiatur. Unde insordescunt per multos annos et deficiunt facile a fide.

Quod daretur facultas alicui praelato absolvendi eos cum iuramento (licet enim non sit opus iuramento in malefactis, tamen illi populi multi faciunt) et alia faciendi, quae viderentur opportuna.

Item quod multi, quorum uxores capiuntur a Turcis, post aliquot annos, si non redeant neque de eis intelligant, ducunt alias et similiter feminae viros, unde magna scandala. Quod provideatur.

Dicit sibi videri quodammodo intellexisse Xystum IIII. concessisse, ut expectatis nescio quot annis, septem vel octo non satis scit, postea liceret ducere uxores; et si superveniant priores, quod tunc possint tenere utrasque legitime. Hoc dixi, me non credere.

Quod de his duabus rebus fecerit verbum pontifici, quando Caesar erat Neapoli, et Sanctitas Sua non se resolverit.

Dixit, quod Sanctitas Sua non deberet derogare ita facile conciliis generalibus; alioquin frustra ea fieri et scandalizari mundum.

Dixit quod papa non deberet habere tantam rationem duorum Ser^morum^ fratrum etc., ut sperneret regem Joannem et Hungaros, praesertim quoad absolutionem et spiritualia.

Quod rex Joannes est catholicus et pacatis rebus nullus principum tam facile veniret ad concilium personaliter, quodque sciret reddere rationem de iis, quae illic tractarentur.

Dixit, quod, quando fuit excommunicatus a Clemente, haec fuerit causa, quod quidam [....] episcopus titularis et Balbus episcopus Gurzensis iuraverint, Joannem esse factum Turcam et circumcisum esse et turbantem *[ferre?]* in capite more Turcarum, quum tamen falsisssimum esset, et quod bulla fuerit publicata Romae de more, sed quod non fuerit ipsi Joanni intimatum, ut posset respondere.

Quod venerit postea ad manus eius quaedam bulla, in qua non exprimebatur quod erat factus Turca etc. ut supra, sed quod adhaeserat Turcis.[1] Et quia in ista vocabatur Joannes filius iniquitatis, hoc aegerrime tulisse Joannem et scripsisse ad Clementem epistolam, in qua dicebat se non esse filium iniquitatis, sed bene natum et legitimum et non nothum, ut ipse erat. Et dicit Colocensis, quod non credit Clementem ostendisse eam cardinalibus.

Quod Clemens dabat oratoribus seu agentibus regis Joannis unum responsum in scriptis praesentibus oratoribus Caesaris, quibus dabat copiam, et aliud diversum responsum dabat agentibus regis Joannis seorsim.

Respondi ad ea, quae dixit de habenda ratione Joannis, quod Pontifex et Sedes Apostolica amat eum, sed quod scit, quanta sit habenda ratio duorum Ser^{morum} fratrum et quantum ecclesia Dei illis indigeat nunc; qui, si mali essent aut in nos male affecti, iudicet quid ageretur cum ecclesia Dei. Fassus est, me verum dicere; sed si pontifices Romani vellent spiritualia imprimis curare, possent facile persuadere Caesari et regi, et aquiescerent, ut in spiritualibus rex Joannes et regnum reconciliarentur ecclesiae admodum patienti, si ita manerent ut annis proximis. Sed, inquit, ingenue tibi et secreto fatebor non ut legato et cardinali, sed ut prelato et viro bono: pontifices, inquit, Romani nostra tempestate, dum volunt fieri reges, effecerunt, ut reges facti sint pontifices neque desistant esse reges. Declarans haec dixit: Clemens procurabat, ut nepos suus nothus[2] fieret non solum dominus Florenziae, sed et rex Ethruriae; Paulus etiam contraxit cum filia Caesaris pro nepote suo; propterea habet istos respectus carnales.

[1] A lap szélén: Dixit ipse et hic rex, quod fuit publicata quaedam bulla excommunicationis Joannis in Praga, et dixit mihi rex, ut in instructione diei 12 (helyesen 11) martii posthac. L. alább 347. szám.

[2] Medici Sándor.

Respondi ego, Paulum nolle facere nepotes supra conditionem suam magnos, imo ex operibus, quae fecit et quotidie facit, et ex iis, quae potuisset tentare et fortasse assequi et non fecit, posse homines cognoscere, quali animo sit in rempublicam. et adduxi: ducatus Milani pro Sforzia.[1] Contradixit quasi ridendo. Ostendi, potuisse esse spem quasi certam, quod non repeto nunc. Visus est ad de hoc aperire oculos et acquiescere. Subdidi, quod solicitaret pacem inter istos duos reges, quia omnia haec facile fierent.

Dixit, vix posse sine praesenti ruina regni publicari pacem, nisi praesidia sint parata resistendi Turcis, et quod non esset satis mittere ad proeliandum contra eos, sed ad illic manendum contra insolentias et damna vicinorum Turcarum, quae quotidie inferunt Hungariae et tunc magis inferrent.

Dixit de tenendis praesidiis in Buda, ne si Turca veniat, eam civitatem capiat et muniat.

Quod necesse sit, Joannem tempori interim cedere cum Turca, atque utinam possit etiam sic evadere.

Dixit, quod esset bonum, ut Ferdinandus et Joannes secreto convenirent inter se, quia omnia pacarentur adhuc melius. Respondi hoc esse certum, praesupposito, ne Turca indignaretur. Respondit posse facile fieri clam, si Ferdinandus fingeret domi se retinere indispositum et secreto peteret Strigoniam, ubi postea in aliquo loco non suspecto convenirent, et quod hoc tractat cum Ferdinando.

Dixit, quod Statilius dixerit papae, ut confirmaret ecclesias etc., quia Joannes supplicabat, non nos episcopi, qui non curamus.

Dixit, quod Strigoniensis fuit primum Vesprimiensis, mox Agriensis, et pro illis ecclesiis nunquam quaesiverit ex urbe confirmationem, et sic fecerint multi alii.

Quod quidam episcopus (cuius manum noscerem, propterea nolit mihi litteras ostendere) scripserit ad ipsum Colocensem de nuptiis Joannis factis in interdicto: sacra sacros dies decent; quid potuerunt isti prohibere etc.? dixi illum esse Vaciensem; non affirmavit, sed nec multum negavit, quasi surridens.[2]

Dixit, quod deberet pontifex capere informationem, et videret quales essent episcopi in Hungaria, nempe mali, licet aliqui dicant se esse virgines, innuendo Strigoniensem, dequo id dicitur, nescio quam vere.

[1] Bizonyára tollhiba *Franzia* helyett.

[2] A lap szélén: Nonnihil male audit Vaciensis de Lutheranismo in aliquibus, licet bonus alias vir.

Quod possem ego clam accersere ex omnibus diocesibus duos honestos canonicos, et dato clam iuramento dicerent miranda.

Quod vidit in [....] ecclesia documenta quaedam, quod quidam pontifex misit suos visitatores illuc et in notula recensuerint omnia bona quae illic inveniebantur, et examinarunt diligenter de omnibus.

Dixit non potuisse esse, nisi ex consilio episcoporum, quod rex Joannes non petierit a me dispensationem interdicti in nuptiis. Et addidit id, quod scripsit ad se ille episcopus, ut supra: sacra sacros dies decent. Fama enim percrebuit, Joannem misisse ad me oratorem, qui peteret dispensationem tam interdicti nuptiarum quam esus carnium pro festo nuptiarum, saltem pro aliis, non pro persona sua; aliqui etiam dicebant obtinuisse a me, ut possent vesci carnibus usque ad dimidiatam quadragesimam; quod utrumque fuit falsissimum: neque enim a me petitum quicquam fuit et, si fuisset petitum, bene deliberassem, antequam concederem utrumque vel alterutrum propter multas causas. Ser^mus^ rex Ferdinandus dixit, fortasse sparsam fuisse famam, ut tentarent quo animo id acciperet Hungariae populus, qui maxime abominaretur esum carnium in diebus prohibitis. Id quum animadvertisset rex Joannes, fortasse destitit ab eo. Aliqui putant sparsum esse hunc rumorem petitionis facultatis, ut, si comedissent carnes, excusarentur ex facultate per me illis concessa; sed, ut postea intellexi a rege, tantum pisces comederunt.

Nuntiaturberichte aus Deutschland. 343—347.

346.

Bécs, 1539 márczius 9.

Aleander kardinális, pápai követ naplójából. — Beszélgetés Ferdinánd királylyal. Salm gróf levele Izabella királyné koronázásáról, a házasság végrehajtásáról és a budai lakomákról, a melyeken csak böjtös ételek voltak.

1539 die dominico 9 martii Viennae visitavi mane regem, ut cum ipso interessem sacris; qui me excepit benigne et perhumane...

— — — — — — — — — — — — — — —

Dixit accepisse litteras datas die 4 huius a comite de Salm,[1] quod coronata fuerit regina Hungariae in Alba Regali, quae distat a Buda octo milliaribus Hungaricis, et quod ipse comes interfuerit

[1] Ferdinánd király képviselője János király esküvőjén.

cum aliis baronibus; sed quod eadem die, scilicet dominica praeterita,[1] discesserit Budam versus remansitque Joannes cum regina, cum qua ea die quasi privatim consumavit matrimonium, et postea venerunt Budam, ubi excepit tam comitem de Salm quam alios lautissimis conviviis, tamen nonnisi ex piscibus; et quod nullus orator Turcarum interfuerat.

— — — — — — — — — — — — — — —

Nuntiaturberichte aus Deutschland. Erste Abtheilung IV. 350.

347.

Bécs, 1539 márczius 11.

Aleander kardinális, pápai követ naplójából. — Beszélgetés Ferdinánd királylyal. — — A magyar püspökök pápai megerősítésének kérdése. Ferdinánd ellenzi, hacsak előbb a béke biztosítva nincs. Hogyan lehetne ezt elérni. A király dicséri a kalocsai érseket, kit a kardinálisságra méltónak tart. A többi magyar főpapok: az esztergomi érsek; a váradi, erdélyi és váczi püspökök. János király kiközösítésének okai.

1539 die 11 martii hora meridiana Ser^mus^ rex per unum e suis cubiculariis significavit mihi, si haberem aliquid secum communicare, quod hodie esset tempus; nam postea dubitaret, se fore admodum occupatum in diversis propterea expedisse se ab aliis negociis et remisisse alios, qui volebant audiri, ut mecum libere posset esse; proinde hora tertia pomeridiana posse me ad se accedere. — — —
Itaque illuc accedens...

— — — — — — — — — — — — — — —

Et quia Colocensis insteterat apud Suam Maiestatem pro confirmatione ecclesiae Agriensis impetranda a San^mo^ Domino Nostro, et Maiestas Sua dixerat se locuturum mecum, et ipse Agriensis multum etiam me de hoc rogaverat: quum igitur de hac re tractaremus Maiestas Sua et ego, dixit Maiestas Sua, sibi gratissimum fore, quod confirmetur Agriensis sive Colocensis; quinimo etiam inter omnes Hungaros dignus esset pileo cardinalitio, suo tamen loco et tempore, quia nobilis, bono ingenio praeditus et, quantum putat vel cognoscere potest, doctrina, prudentia et honestate vitae, et quod peritus rerum multarum et prae se ferens rectam et bonam mentem. Ceterum quantum ad confirmationem attinet, tam ipsius quam aliorum praelatorum Hungarorum, pro qua dicit e litteris

[1] Márczius 2.

suorum ex urbe intellexisse multum solicitari pontificem pro parte Hungarorum, quod si fieret hoc, futurum sibi esse maxime praeiudiciale, quia, si praelati confirmarentur a Sede Apostolica, non solum postea non procurarent pacem, sed etiam sibi magis adversarentur. Dixi ego: quantum potuimus intelligere e verbis et litteris diversorum, eos non multum curare, et quod Statilium intellexi dixisse pontifici, quum peteret pro parte regis Joannis istas confirmationes, quod quantum ad praelatos attinet, ipsi non multum curant vel non indigent, quia percipiunt fructus; propterea Maiestas Sua bene consideraret. Quae respondit eos ita fingere, sed maxime timere, si non assecuti fuerint confirmationem Sedis Apostolicae, posse eos aliquando privari vel saltem confirmari alios, puta si quando ipse perveniret ad possessionem regni vel in aliquo casu; nam confirmati a Sede Apostolica non possunt privari, sed bene nominati a regibus, quaelibet possideant.

Et quia hoc in loco dixi Maiestati Suae, ut si citra magnam iacturam iurium suorum vel commodi fieri posset, pro amore Dei et salute animarum illarum permitteret fieri istas confirmationes, alioquin ultra periculum tot animarum etiam evanescit ita sensim autoritas Sedis Apostolicae. Respondit, oportere invenire aliquam aliam viam (si fieri non possit publicatio pacis) aequivalentem, ut esset, quod praelati et primores consiliarii regni iurarent secreto dictam pacem et darent sua chirographa subscripta et sigillata Maiestati Suae; quod hoc posset non solum fieri, verum etiam supplicaret pro omnibus apud Sanctitatem Suam, ut eos confirmaret; et quod iam meditaretur hanc viam vel aliam quamcunque, dummodo sufficientem, loco publicationis in regno. Aliter fore sibi maxime praeiudiciale, etiam ob id, quia iam sparserunt per totum regnum Hungariae, quod facta fuerit pax cum magno detrimento regis Ferdinandi, quia rex Joannes obtineret maximam et pulcerrimam partem regni et cum successione suorum liberorum. Qua fama stante dixit hic rex, si accideret casus, populus ille ita persuasus, durissimus esset ad recipiendum ipsum Ferdinandum, qui est quidem (ut dixit) bene contentus de conditionibus pacis iam initae, sed quod oportet vel per publicationem vel per praedictam aut aliam sufficientem viam assecurari dictam pacem, id quod multo difficilius fieret aut fere nunquam, si praelati essent confirmati, qui magnae sunt in regno auctoritatis et fere omnia gubernant.

Dixit de aliis praelatis Hungariae, quod nullus esset comparandus Colocensi; quod Strigoniensis est quidem bonus vir et bonus ecclesiasticus et qui libenter celebrat et facit ceremonias, sed

ita — torquens caput dixit vel saltem dicere visus — quod non esset multum prudens et non magni momenti in rebus agendis. Laudavit, quod e remissione annatae, quam illi fecit sedes apostolica, ipse egregie reparavit arcem Strigoniae usque adeo, ut per aliquot septimanas restiterit obsidioni Turcarum capitaneo [...] Hispano, qui nunc est capitaneus in partibus inferioribus Hungariae, quae spectant ad Suam Maiestatem versus Cassoviam; et eius nepos est capitaneus arcis Strigoniensis.

De fratre Georgio, quod esset vir vafer et ad corradendam pecuniam astutissimus, sed indoctus prorsus et indignus pileo.

Similiter, quod Statilius esset levis homo et maledicentissimus. Confirmavit id, quod etiam mihi dixerat Colocensis, quod Statilius emerat domum Venetiis et quatuordecim milia ducatorum in banco illic reliquerat designaveritque habitare Venetiis, ubi, sub nomine faciendi facta regis sui illic et Romae, posset proventus ex episcopatu recipere. In summa neminem probavit dignum cardinalatu praeter Colocensem; et ad certum propositum dixit, Vaciensem sapere in aliquibus Lutherismum, quod et aliunde audivi et notavi.

Dixit, quod rex Joannes instante Caesare et ipso Ferdinando fuerit excommunicatus, quoniam surripuerat regnum sibi debitum, quodque in Christianitatem introduxerit Turcas (haec posterior causa, ut puto, fuit in bulla allegata, nam prior meo iudicio non fuisset sufficiens). Et quod Pragae fuerit facta publicatio excommunicationis et ipse rex Joannes declaratus excommunicatus.

— — — — — — — — — — — — — — —

Nuntiaturberichte etc. IV. 353., 356—358.

348.

Morva-Trübau, 1539 márczius 13.

Christophorus Pativinus trübaui lelkész levele a beszterczebányai tanácshoz. — Nagy köszönettel vette meghivásukat a prédikálorságra, de sajnálatára nem fogadhatja el, mert már a trübauiaknak kötelezte le magát; ha azonban valamely arra való egyént sikerülend találnia, értesiteni fogja őket.

Gratiam ac pacem a Deo Patre per Jesum Christum precatur. Spectabiles, prudentes idemque humanissimi viri. Principio Deo Patri per Jesum Christum | vnicum aduocatum | mediatorem | patronum, seruatorem et dominum nostrum | post et inclito senatui vestro tum et vniuerse reipublice vestre ibidem | dominis et fratribus meis, in Christo dilectissimis | Gratiam habeo amplissimam, quod me ad summum hoc apostolici muneris fastigium | ecclesie vestre sancte | vocare dignati sitis. Proinde et charitati vestre maximopere

condoleo, | quia piissimis votis vestris: per temporis inopportunitatem perque meam fidem, | quam paulo ante, priusquam vestras humanissimas easdemque elegantissimas literas acceperim, | Tribouiensibus in annuo docendi munere astrinxi, satisfacere nequeam. Ego enim, tametsi me viribus meis admodum insulsum, minus aptum, ac plane rudem ad prouinciam hanc obeundam comperio, nihilominus tamen vltramundani Dei opitulamine confisus fulcitusque | verbum suum viuificum, quocunque vocarit tandem, in promiscuum vulgus spargere presto sum, indignum videlicet instrumentum iuxta illius gratiam eidem me illi exhibens. Paratus non modo dilectissimis in Christo Tribouiensibus meis, verum etiam excellencie vestre tum | et si fieri posset, piis omnibus in suam et verbi sui gloriam inseruire. Ceterum cum hoc ipsum nonnisi Tribouie, ratione paulo ante memorata, fieri possit, operam subinde meam prestancie vestre recipio, vt quamprimum sancto huic desiderio vestro oportunum quem aut nactus aut perscrutatus fuero, absque mora | proprio etiam nuncio vel destinare vel certe specificare eundem vestre integritati haudquaquam pretermittam. Faxit autem Deus optimus maximus, | vt piissimus hic conatus vester, illabatus ac infractus | perpetuo in suam gloriam permaneat | necnon in animarum vestrarum omnium salutem concedat. | Interim me fidelibus integerrimisque precibus vestris | erga Deum Patrem per Jesum Christum humiliter commendo. | Valete. | Tribouie tredecima die Marcii anno redemptionis nostre 1539. Augustissimi senatus | necnon et totius reipublicae vestrae

deditissimus

Christophorus Patiuinus
indignus Tribouiensium apud
Morauos parrochus.

Beszterczebánya város levéltára. Fasc. 209, Nr. 12.

Közli: TIMON ÁKOS.

349.

Velence, 1539 márczius 15.

Lando Péter velenczei dozse Ferdinándot kéri, hogy Bembó Péternek, a nevezetes történetírónak azt a magyar perjelséget (auránai ?) melyre X. Leo pápa kinevezte volt, de a melyet az országban lábrakapott zavargások miatt el nem foglalhatott, átadassa.

Serenissimo et excellentissimo Domino Ferdinando Dei gratia Romanorum regi etcetera semper augusto Petrus Lando eadem

gratia Dux Venetiarum etcetera salutem et prosperorum successuum incrementa. Amamus, carissimumque habemus reverendum dominum Petrum Bembum nobilem nostrum, tum propter eius probitatem ac plurimas, eximiasque virtutes, tum vero propter excellentem optimarum artium et literarum doctrinam satis notam perspectamque universo orbi, qua pollet, eamque ob rem illi publice curam dedimus nostrorum temporum historiam conscribendi, cui quidem ille muneri et expectationi nostre cum plurima et ingenii prestantissimi sui et huius etatis nostre laude luculenter satisfacit; huic multis abhinc annis Leo decimus, Pontifex Maximus, Vngarie prioratum eo tempore vacantem contulit, deditque suas ea de re literas, quas bullas vocant, cuius ille prioratus cum possessionem vellet consequi, primum eius regni seditionibus, deinde bellis plurimis et cladibus impeditus, que sunt ea tempora consequute, nancisci nunquam potuit, qui ius ei ministraret, eumque in sui sacerdotii possessionem induceret, quod erant potentes homines plerique, qui se in illam intruserant ac sine ulla vel Hierosolimitane religionis vel omnino Sedis Apostolice concessione, vi atque iniuria occupaverant et obtinebant. Nunc autem, cum intellexerimus eius sacerdotii loca sub Vestre Serenitatis ditionem venisse, statuimus unacum nostro senatu dandas eidem Vestre Serenitati esse literas, quibus eam diligentissime, impensissimeque rogaremus: mandare vellet, ut Domino Petro Bembo Ungarici Prioratus locorum possessio sine dilationibus aut illorum obtinentium subterfugiis et mora traderetur, quemadmodum equitas et iustitia et ipsa iam pietas propter tam diuturnam eius possessionis privationem, quam est perpessus, postulant; quam sane rem, si a Vestra Serenitate impetraverimus, erit id nobis unice atque summopere gratum, plurimumque res hec publica, nosque omnes ei propterea debebimus. Datum in nostro ducali palatio die XV Martii Indictione XII-mo M-mo D-mo XXXIX-no.

Kívül: Serenissimo et excellentissimo domino Ferdinando, Dei gratia Romanorum regi etc. semper augusto.

Hártya, zárópecsétje kötelékeinek nyomaival. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1539. Marcz. 10.* — Ugyane tárgyban hasonló czélból Károly császár levele, mely kelt Toleto X. kal. Febr. 1539. Ferdinándhoz. *U. o. 1539. Jan. 20.*

Közli: Bunyitay Vincze.

350.

Bécs, 1539 márczius 19.

Mignanelli nunczius Farnese kardinálisnak: Laszki Jeromos nyilatkozata János király tanácsosairól.

El signor Hieronimo Lascho.... a giorni passati è venuto in questa corte, chiamato secondo che esso mi ha detto, da questo Ser^{mo} re (Ferdinánd), et alli 16 del presente ragionamo insieme longamente. — — — Dice esso signor Hieronimo, che il re Giovanni.... ha bonissimi consiglieri, tra quali ha notato il Vaciense per prudente, ma molto timido, il Colocense cioè Francapane ha laudato infinitamente, et il Varadino, cioè fra Georgio, che governa l'intrate del regno, dice essere grandissimo fiscale et grande huomo in trovar dinari.

— — — — — — — — — — — — — — —

Di Vienna alli 19 di marzo nel 39.

Nuntiaturberichte aus Deutschland. Erste Abtheilung. III. 500. l.

351.

Róma, 1539 márczius 22.

Farnese kardinális Aleander kardinális, pápai követnek: Minthogy Statilio erdélyi püspök mielőtt Rómából Francziaországba utazott, nagyon szivére kötötte Ő Szentségének, hogy tekintve Magyarország állapotát, siettetné a püspökök megerősítését, Frangepán érsek érdekében pedig a császár is írt a pápának: a szentatya elhatározta, hogy a megerősítést meg fogja adni.

— — — — — — — — — — — — — — —

Parti il Transylvano per Francia, come li scrissi, et alla sua partita ricordò molto prudentemente a Sua Santità, che mirasse, come le chiese di Hungheria, tanto le sottoposte al re de Romani quanto al re Giovanni stessen ben horamai tanto tempo senza li veri pastori, et maxime domandandosi con tanto affetto di que' populi a Sua Santità; in modo che ella, pensando a tal cosa et considerando il preiudicio et di quelle anime et della sede apostolica, et anco che lo imperatore ha scritto a Sua Santità in raccomandatione del arcivescovo Freapani, si resolvè a provederci, sicome ha fatto intendere a messer Gabriel Sanchez, ambassiatore qui del

Ser^mo^ re de Romani, di che ha voluto che anco V. S. R^ma^ et il nuntio sia stata prima avisata.

— — — — — — — — — — — — — —

Da Roma a 22 di marzo 1539.

Nuntiaturberichte aus Deutschland. Erste Abtheilung. III. 504. — *Óváry* Lipót idézett műve 69.

352.

Róma, 1539 márczius 28.

Farnese kardinális Aleander kardinális, pápai követnek: Tudassák, ő és a nunczius, jómódjával Ferdinánd királylyal, hogy a szentatya már nem halaszthatja tovább a magyar püspökök megerősítését s azért el van határozva, hogy ezt megteszi s egyúttal az illető annátákat egészben vagy részben János királynak az ország czéljaira átengedi.

— — — — — — — — — — — — — —

Scrivo particolarmente a messer Fabio (Mignanelli nunczius) che se ne venga; però V. S. R^ma^ ne lo solleciti anche lei, perchè invero ce n'è bisogno. ma prima ch'el parta, desidera Sua Santità che V. S. R^ma^ insieme con lui facciano quello officio, che lor parerà conveniente et a proposito per far ben capace Sua Maestà che Sua Beatitudine non può più senza carico di conscientia et preiuditio della chiesa tardare a provedere alla salute delle anime di quei populi d'Hungheria, dico tanto suggetti a Sua Maestà come al re Giovanni, et così a quelle povere chiese, che stanno già tanto tempo fa senza li loro veri pastori, essendone la Beatitudine Suà stata ricercata già tanto volte et havendole ultimamente la Maestà Cesarea scritto in raccomandatione del arcivescovo Freapani molto caldamente, et parendo a Sua Santità, che faccia più a proposito per ogni rispetto, che quei prelati sieno sotto la debita obedientia della sede apostolica et che più sieno per fare et procurare in benefitio della Christianità et per la publicatione della pace in quel tempo che non sono hora, nel quale essendo così sciolti non pare che sieno tenuti a cosa alcuna, oltre che il mostrar di far così poca stima di quei populi et il lasciarli così lungamente vivere et assuefarsi in quella licentia, non si vede che possa partorire altro che male, nè che si possa più procrastinare salva la conscientia. Et però per questo et molte altre cause, che Sua Maestà per sua prudentia et bontà può da se stessa considerare, Sua Beatitudine è resoluta di fare quel che in questo caso se le appartiene, et Dio, che conosce con che animo lo fa, si degnarà tener la mano, che sia ad honor

suo et beneficio di Christiani et particolarmente di questa Maestà, con la quale, acciochè sappia anche ogni cosa et veda l'intentione di Sua Beatitudine inclinata al bene, V. S. R[ma] potrà communicare con li debiti modi et circumstantie, che conoscendo Sua Santità, quanto sia a proposito prima di questa Maestà et poi del resto de la Christianità tener il regno d'Hungheria più munito, che sia possibile per resistere alli impeti del Turco, essendo quell' antemorale nostro che si vede, ha pensato di dar qualche aiuto al re Giovanni, il quale è pur christiano et lo chiede et domanda con ogni instantia et humiltà et ne ha bisogno grandissimo; et per questo effetto ha in animo di sovenirlo o di tutto o di parte del ritratto, che si farà delle annate di quelle chiese che si confirmeranno et approberanno; così potesse Sua Santità far d'avantaggio, come lo faria di bona voglia con chi n'havesse bisogno. V. S. R[ma] dunque insieme col nuntio farà questo officio in quella maniera et con quelle più ragioni et persuasioni che le soccorreranno, et per messer Fabio aspetta Sua Santità intendere, che quella Maestà ne sia rimasa ben satisfatta.

— — — — — — — — — — — — — — —

Di Roma alli 28 di marzo 1539.

Nuntiaturberichte ans Deutschland. Erste Abtheilung. III. 508. — *Óváry* L. id. m. 69.

353.

Tálya, 1539 márczius 30.

A tályai tanító kéri a bártfai urakat, hogy ha valakit a szőlők megmívelésére kirendelnek, küldjenek neki négy sing nürnbergi veres posztót; meg fogja szolgálni.

Salutem cum... commendatione. Rogo plurimum V. Dominationes: ut si quem ad colendas vineas demiserint V. Dominationes, mittatis mihi IIII ulnas panni Norinbergensis, coloris rubei vel, si invenitur, grofate. Quod si V. Dominationes fecerint, daturus sum operam, ut, ubicunque potuero, servire et obsequia prestare, V. Dominationes paratissimum semper inveniatis. Ex oppido Thalya anno 1539 in Dominica Ramis palmarum.

Ludimoderator Thaliensis etc.

Kívül: Prudentibus et Circumspectis Dominis Bartwensibus, Dominis sibi confi. etc.

Bártfa város levéltárából másolta Abel Jenő. Közli: BUNYITAY VINCZE.

354.

Nagy-Kanizsa, 1539 április 1.

Nádasdy Tamás a sárvári tárházból 2—3 aranyos egyházi ruhát (kápát) rendel.

Venerabilis ac dilecte. Sunt ibi in tharhaz aliquot cappe magne deaurate, florizate, duo (!) vel tres, si bene memini, quas statim visis presentibus mittas huc per hunc Thomam Bonhodij. Ceterum ipse referet. Cui credatis. Ex Kanisa feria tertia maioris hebdomade, 1539.

Th. Nadasdy
propria manu.

Kívül: Venerabili Emerico p(res)b(yte)ro, mag(ist)ro capelle et provisori de Sarwar.

Az egész Nádasdy Tamás sajátkezű irása. Eredetije a Nádasdy-levelek N. csomójában az országos levéltárban.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

355.

Bécs, 1539 április 11.

Ferdinánd király megparancsolja a győri káptalannak, hogy Weczeslawczi Deák Boldizsárt, aki a mult zavaros időkben a lébényi apátságot elfoglalta és Mihály pannonhalmi főapát sokszoros kérésére sem akarta visszaadni, noha a hazai törvények ezt a zavargós időkben elfoglalt egyházi javakra nézve különösen parancsolják, idézze a személyes jelenléti kir. törvényszék elé.

Ferdinandus rex praecipit capitulo Jauriensi, ut Balthassarem Litteratum de Weczeslawcz, abbatiam Lébényiensem occupantem et reddere ad multiplices preces Michaelis archiabbatis sacrimontis Pannoniae renuentem ad tribunal personalis praesentiae regiae Maiestatis citet, Mandatum Paulus Pápay canonicus Jauriensis 20-a Aprilis executus est.

A győri káptalan jelentéséből, mely szerint Pápay Pál győri kanonok Dominica, ante festum beati Alberti (ápril 20.) a kajár-patonai uton Weczeslawczit megidézte. Ennek eredetije a pannonhalmi főapátsági lt. c. 49. l. Ll.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

356.

Győr, 1539 április 16.

A pannonhalmi főapát és konvent tiltakozik egy bőnyi nemesülés elidegenítése ellen, mert az 1532-ben az idősebb szerzetesek eltávolítása idején és az ő tudtuk nélkül történt.

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie commendamus... quod honorabilis et religiosus frater Nicolaus, cellerarius et mona-

chus professus monasterii sancti Martini sacri montis Pannonie in sua personaliter ac conventus et reverendi domini Michaelis Abbatis annotati monasterii persona... nobis significare curavit... quod, prout ipsi... revera intellexissent, egregius Stephanus Demsedÿ de Bewn... quandam suam sessionem nobilitarem in possessione Bewn predicta in comitatu Jauriensi habitam, quam alias ipsi exponentes per viam legitime concambialis permutationis a nobili condam Vincentio Pelchewl habuissent, utcunque a Maiestate regia pro se impetrasset, et hys disturbiorum temporibus, dum monasterium prefatum in manus secularium personarum potentum devenisset, senioresque fratres ab ipso monasterio segregati fuissent, eodem Stephano Demsedÿ in arce ipsa sancti Martini castellano existente, per quosdam fratres iuniores et ignaros se in dominium eiusdem curie introduci et statui fecisset per hocque sibi ipsi usurpasset... Idem frater Nicolaus... contradixit... Datum Sabbato proximo post festum sancti Georgii martiris anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo nono.

Eredetije a pannonhalmi főapátsági lt. c. III. l. J.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

357.

Buda, 1539 április 17.

János király újra kéri Frangepán Ferencznek az egri püspökségben való megerősítését.

Sanctissimo in Christo patri et domino, domino Paulo tercio, divina providencia Sancte Romane et Universalis Ecclesie Summo Pontifici, Domino Colendissimo.

Beatissime Pater. Post oscula pedum Sanctitatis Vestre et filialem commendacionem. Memini antea quoque fidelem meum reverendissimum in Christo patrem dnum Franciscum de Frangepanibus, Bachiensis et Colocensis ecclesiarum canonice unitarum archiepiscopum et electum Agriensem, per alias litteras meas ad confirmacionem dicti episcopatus Agriensis, quem ego illi auctoritate iurispatronatus mei regalis, qua ex more divorum quondam serenissimorum Hungarie regum predecessorum meorum fungor, ob eius vite integritatem, singularem doctrinam et eruditionem spectatissimosque mores dudum contuli, Sanctitati Vestre presentasse et commendasse: quominus autem eam apud Sanctitatem

Vestram assequi potuerit, intelligo inde contigisse, ut episcopus Zagrabiensis causatus fuisset apud Sanctitatem Vestram, illum per me sibi collatum fuisse, quem etiamsi aliquando illi contulissem, optimo iure ab eo per suam a me defectionem, ut non aliter dicam, decidisset. Supplico igitur Sanctitati Vestre, dignetur iam tandem ipsum Agriensem in prefato episcopatu suo confirmare, et in his quoque rebus, quibus per sacram, cesaream et catholicam Romanorum Cesaris Maiestatem apud Sanctitatem Vestram commendatus extit (így), benignam et favorabilem se illi prestare. Non dubito enim illum Sancte Romane Ecclesie et Sedi Apostolice utilem futurum: factura in hoc Sanctitas Vestra mihi quoque et regno huic rem gratissimam. De hiis latius loquetur Sanctitati Vestre fidelis meus Franciscus Marsupinus, cui Sanctitas Vestra fidem adhibeat. Quam Deus Opt. Max. conservet ad vota pro incremento regiminis Ecclesie sancte Dei et reipublice christiane. Datis Buda decima septima die Aprilis Anno Domini MDXXXVIIII. Regnorum vero nostrorum tredecimo.

Eiusdem Vestre Sanctitatis

Devotus filius

Joannes Rex Hungarie m. pp.

Theiner, Vetera monumenta Slavorum merid. I. 645.

358.

Galgócz (Fristak), 1539 április 17.

József beszterczebányai tót prédikátor levele a tanácshoz. — Értesíti a tanácsot, hogy megbizatásában eljárván, jeles német prédikátorra talált, kinek hozzá intézett levelét is küldi. Ajánlja és kéri, hogy haladéktalanul hívják meg.

Salutem cum gracia, et pacem Jesu Christi, necnon incrementa agnicionis Dei precatur. Scio equidem viri prestantissimi, quam humanum sit alterum alteri prodesse, cum hominis causa hominem natum eciam ethnicorum pollicia (!) doceat. Quanto magis nos officiosissimos esse debere in omnes, quos vna domus habet ecclesia, qui eiusdem corporis membra, comuni capite gloriantur, nempe Christo, comunem habemus patrem in celis, comuni vegetamur spiritu, iisdem iniciati sumus misteriis, eodem redempti sanguine, eodem renati fonte baptismatis, iisdem alimur sacramentis, postremo ad eandem vocati sumus hereditatem. Hoc igitur officio me sic vestrum reddidistis, vt nullum mancipium eque sit in rebus heri sui. Siquidem tam magnifice ac benigne vobiscum et cum plebibus

vestris egisse Patrem celestem video, vt adeo opulente in vos effuderit spiritum suum, vt bonitati eius gracie agi pro vobis iure debeant a Christi studiosis vniuersis, sicque ex officio omnium, quibus, quanta vobis dominice dignacionis lux effulserit, cognitum est, id, quantum possunt, spargere invulgare et predicare. Hinc cum bonam eorum partem, que in vobis preclare Spiritus Dei prestitit, coram viderim, ac, in didascalum a vobis delectus, euangelice dispensacionis curam susceperim, mei officii esse duxi, dare operam, vt ea prouincia, a vobis per dominum notarium de deligendo Teutonico concionatore michi commissa, curaretur diligencius, quam, si mea res ageretur (quamuis meam esse duco quicquid in negocio euangelico causa proximi fit), ita ut in me quiduis desideretis citius, quam fidem ac diligenciam. Quare vos tali concionatore dignos duxerim, qui etsi a me inerti digne comendari vestre pietati nequeat, nempe vir non minus lingua, quam pectore eruditissimus, quem prestanciores pluris faciunt, ipsum re hec pocius prestare, quam mea oracione promittere, quicquid est vite inculpate, euangelico candore illustrate, cuius eciam literas ad me scriptas D. V. mitto perlegendas. Non diffido, si vestra pietas hanc nostram operam non dedignata fuerit sentencieque nostre huic supersedere malit, absque mora hanc ei honestam facere vocationem, que virum deceat animo ac vita integerrimum, non differatis, si libeat, precor. Ceterum, quod spectat varias id genus heresum pestes, quibus hac tempestate videmus laborare non paucos, ab omnibus hunc virum semper alienum fuisse, credatur. Etsi enim in ea re aliquantulum temporis insumpserim, pecunie, laboris ac ingenii nonnihil, vt ab eo certum animum extorquere quiuissem, postremo devictum improbitate mea, vestre detineo voluntati, vos interim curate, ne nostra erga vos studia pessumeant. Precibus pulsate pectus diuinum, vt, quod instituimus bonis auibus, melioribus exeat, faueaturque super conatibus nostris. Interim curate, ut valeatis. Datum ex oppidulo Frÿstak 17 Apprilis (!) anno a restituto mundo 1539.

Josephus
verbi diuini infimus, concionator Nouizolij
lingue Schlauanice.

Eredetije Beszterczebánya város levéltárában. Fasc. 236. Nr. 2.

Közli: Timon Ákos.

359.

Prága, 1539 április 26.

Ferdinánd király Thurzónak válaszolja, hogy unokaöcscsének a nyitrai püspökségben való megerősítését a pápától kérni, római követjénél és a pápai nuncziusnál is szorgalmazni fogja.

Turzoni. Ferdinandus etc. Spectabilis, Magnifice fidelis dilecte. Reddite sunt nobis litere tue de XII. huius ex Sempthe date... Super confirmatione episcopatus Nitriensis pro patruele tuo diligenter ad Summum Pontificem et internuntium nostrum scribemus, simul et cum legato ea de re loquemur, commendaturi sibi negotium istud statim atque huc venerit... Datum Prage XXVI. Aprilis 1539.

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1539. April. 48.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

360.

Teschen, 1539 április 28.

Rotherus György tescheni prédikátor levele a beszterczebányai tanácshoz. — Ambár sok jóval voltak iránta a multban, s azért lekötelezettjök: most mégis nem mehet hozzájuk prédikátornak, mert beteges s mert főnöke, Procopius, nem bocsátja; de ajánl nekik maga helyett egy Bertalan nevű boroszlai születésű predikátort, a ki mint tescheni káplán dicséretesen működött s jelenleg szabad. Ha kívánják, tárgyalásba ereszkedhetik vele.

Gnad vnnd Fried von Gott dem Vatter vnd vnserem Heilande Jesu Christo. Erssamenn, Weissenn vnd ghunstigen Herrn. Als mir ewer E. W. schrifftlich vnd auch mundtlich durch ewren Stadtschreiber ewren sinn vnd Begird, vnnd ewren gantzen Gemeine khundt hatt gethon, nemlich, das ich wolt von Gottes vnd Christlicher brüderlicher Liebe wegen bey euch das Predigampt annehmen, Bin ich warlich von Hertzen ewer Begir zugefallen, wenn ir Habts ynn vergangener Zceitt manchfeltiglich vmb mich verdienet, Vnd ich darzcu dasselbige euch schuldig bin, vnd wer yetzt bereitt aller ewer Begir nach Zcukhomen, So mir nicht yetzt diese zcwey Hinderniss mitgegenn weren, als nemlich, meine schwacheit vnd Kranckheit, die mir geweltiglich ein Hindernis ist, wie ir weitter von ewre Notario erkhenen werdet. Wenn ewer E. W. wollen behertzigen das ich solches ampt bey euch auf dieses moll nicht füglich noch genuglich aussrichten khan, vnd mir endlich furge-

nomen nicht krank vnd schelmigk, Sondern gesundt (ists anders Gottes vnsers Vatters Will) Zcu euch Zcu khomenn. Das ander Hindernis aber ist die pflichtige gehorsamckeit meines Lieben Vaters vnnd Prelatens Procopÿ, on welcher willlen ich nicht, auch fur Gott sollichs anfangenn thar, [! talán: darf] So nu seiner Wirdigkeit wille khomen wurde Zcu gehoffenter gesundtheit, Sol E. W. yn aller Begir gefordert werden. Wisse auch dabey E. W. das yetzt bey vnns ein Erbar man mit nahmen Bartholomeus ein geporner Breslawer, der do bey vnser Kirchen ist Capellan gewesen bey 14 Faren, vnd sein ampt getrewlich nach Gottes Wortt aussgerichtet hatt, Auch auff dem Schloss fur furstlicher genade (seliger gedechtnis) offt geprediget hatt, Der selbige ist yetzt frey, auch hatt Ewer E. W. Notarius den selbigen zcu Puntzen Dominica Jubilate gehort Predigen vnd gutte khunschafft bey yhme erlanget. Die weil mir denn yetzt vnmöglich ist Zcu euch khomen, So es ewer E. W. gefiel, wolt ich mit diesen mane Handeln, das er Zcu euch Zciehen würde, biss mir Gott nach seinen Guttlichen willen meine gesundtheit widder schenckte vnd meines Prelatens Procopÿ vorwilligung dazcu erlangen moecht. Dieser aller Dinge wirt E. W. Notarius weitter vnterrichtenn. Damit befillhe ich ewer E. W. sampt der gantzen Gemeine Gott dem Allmechtigen yn seine vatterliche Handhabung vnd Christo Jesu vnserin Lieben gemeinen Hirtten, der wolle euch fur allen Woelffenn, Moerdern vnd dieben bewaren vnd mit seinen Heiligen Wort seliglich speissen vnd stercken, Amen. Datum Zcu Teschen am Montag fur Philippi vnd Jacobi ym iar des Herrn. 1539.

Georgius Rotherus
Prediger Zcu Teschen alle Zceit der Ewer.

Eredetije Beszterczebánya város levéltárában. Fasc. 236. Nr. 4.

Közli: Timon Ákos.

361.

Kézsmárk, 1539 május 1.

Leudischid György késmárki lelkipásztor levele Beszterczebánya tanácsához: Újabb meghivásukra válaszolja, hogy polgártársukkal, Márton könyvkereskedővel legközelebb eljövend hozzájuk és személyesen fog velük értekezni; mert a Szepességről, hol az igazság és Isten igéje miatt üldözik, minden áron távozni kiván.

Salutem in Christo Jesu saluatore nostro, Circumspecti ac eximii viri domini mei charissimi. Reddite mihi sunt litere vestre,

tum et reipublice vestre nomine littere: quibus dominationes vestre scribunt atque invitant ad sese bonis ac honestis condicionibus, vt huius ecclesie vestre et communis istius urbis animarum piarum bonique pastoris onus in me recipere non detrectarem. Quamquam haud dubie hec functio saluberrima sit atque pia, presertim quod ad eam suscipiendam quoque per vos et populum vestrum legittima accedat vocacio, tamen mecum perpendens animo, quam periculosum sit in tam corruptis huius seculi moribus, totque ac tantis hominum erroribus, a quibus hec nostra tempora sursum deorsumque ferantur, tam periculose nimiumque anxie functionis iugo sese subire, in quam omnia studia conferenda censeo (sine modo) boni pastoris curatorisque animarum piarum debitum officium exequi oporteat, vt Christi Jesu gloria illustretur animique mortalium in huius studium inflammentur, ne ego ad litteras et hanc postulacionem dominationum vestrarum nihil respondisse penitus videar, polliceor d. v. certa fide, me ultra duas hebdomadas conferre ad D. V. velle, cum Martino Bibliopola, D. V. conciui, ac coram colloqui, quod in rem vtramque nostram facere videbitur, cum omnino animus meus est abeundi e Scepusio. Constitutus enim inter fratres strutionum atque draconum sum ob veritatem atque verbum Dei. Scilicet audiendus est Christus preceptor noster, qui admonet suos: excutite pulueres de pedibus in testimonium illis: si non susceperint eos. Nolint interim d. v. egre ferre hanc morulam. Tucius enim est habere in via comitiuas propter predones atque spoliatores, quos multos asserunt esse in itinere. Hiis me vniversis D. V. tanquam dominis meis commendo. Ex Caseoforo 1. die Maij Anno domini 1539.

Georgius Lewdyschid
pastor animarum ibidem, D. V. in omnibus paratissimus.

Eredetije Beszterczebánya város levéltárában. Fasc. 200. Nr. 11.
Közli: TIMON ÁKOS.

362.

Menedékkövi kolostor, 1539 május 1.

Egyesség a menedékkövi karthauziak, ezek stószi jobbágyai és Szomolnok városa között, a stósziak részéről fizetendő lelkészi illetmények és az irányukban teljesítendő lelkészi szolgálatok tárgyában.

Nos Balthasar prior ac conventus claustri Lapidis Refugii, Ordinis Carthusiensis, memorie commendamus per presentes uni-

versis: quod, quia inter nos subditosque nostros de Stoos ac prudentes et circumspectos iudicem ac iuratos et totam communitatem civitatis Zomolnokiensis ratione variorum negotiorum potissimum veteris consuetudinis controversie orte fuerant, volentes plenarie et tranquille cum eis in futurum vivere: opera venerabilium et egregiorum dominorum mediatorum, utrinque electorum, his conditionibus concordavimus perpetuo duraturis, videlicet... Et quia Plebanus dicte civitatis pro veteri more ad ecclesiam dicte ville nostre ministrare soleat: tenentur nostri coloni sibi respondere de omnibus proventibus ab antiquo dari solitis, videlicet decimas integras frugum, apum et a singula domo singulam gallinam et singulum caseum ab illis, qui vaccas habent, et singulos denarios octo ab illis hospitibus, qui non seminant, et a singulis inquilinis denarios quatuor, item baptismales, confessionales, offertoria, cruciales. Ipse etiam plebanus teneatur constituta et solita officia in ipsa ecclesia nostra supplere pie et christiane, hoc est, in duabus hebdomadis die Dominica missam unam cum predicatione, singulis festis Apostolorum, B. V. Marie, Pasce, Natalis Christi, Pentecostes, Ramispalmarum, Passionis, magna feria sexta concionem, item alia sacramenta ecclesie, quandocunque postulat necessitas, teneatur administrare. Que omnia ut firmius serventur et ne futuris temporibus variari valeant, presentes literas nostras prefate civitati pro futura cautela iurium tam nostrorum, quam illius sigillo nostro authentico munitas dedimus, presentibus mediatoribus, videlicet dominis dominis magistris Eustachio de Eperies vicario, Martino de Lupky, parocho Bethamiensi, canonicis ecclesie Scepusiensis... Datum ex conventu nostro in festo Sanctorum Philippi et Jacobi Apostolorum anno Domini 1539.

Gyulafejérvári Batthyány-könyvtár: M5. I. 6. Hevenessy Manuscripta. I. 331. s köv. II. Katona is közölte.

Közli: Bunyitay Vincze.

363.

Zselicz-Szerdahely, 1539 május 19.

Ludunyczi Bordoch János, nejének Perneszy Zsófiának és mostohafiának, Szerdahelyi Imrefy Jánosnak (néhai Péter fiának) nevében Pécsvárady Lászlót kegyuri jogánál fogva zseliz-szentjakabi apáttá nevezi ki.

Joannes Bordoch de Ludunycz in nomine uxoris suae, Sophiae Perneszy et filii sui privigni, Joannis Imrefy (filii condam Petri) iure patronatus utendo Ladislaum de Pécsvárad in abbatem sancti Jacobi de Zseliz nominat.

A pannonhalmi konvent orsz. l. c. 4. l. D.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

364.

Róma, 1539 május 26.

Durante de' Duranti algherói püspök (ki a császárhoz követül küldött Farnese kardinálist távollétében helyettesítette) Aleander pápai követnek: Ő Szentsége a magyar püspökök megerősítése mellett és ellene szóló okokat az egész kardinális kollégiummal közöltetni rendelte, hogy az ügy iránt tájékozva legyenek és a konzisztóriumban azok alapján nyilatkozhassanak.

— — — — — — — — — — — — — — —

Delle chiese di Hungaria Nostro Signore ha inteso dal Rev. messer Fabio[1] et visto per lettere di V. S. R^{ma} il negotiato con quella Maestà (Ferdinánd) con molta satisfattione di Sua Beatitudine, quale, come giustissima, da un canto havendo respetto di non mettere in total desperatione re Giovanni et quelli prelati con tanto detrimento de la fede et de la autorità de la sede apostolica, dal altro non volendo, che si facci un minimo preiuditio alle ragioni di quella Ser^{ma} Maestà, ha ordinato che se ne informi tutto il collegio de cardinali, acciochè essendo ciascheduna di Sue Signorie R^{me} informata de le ragioni de l'una et de l'altra parte risolvano, sicondochè la giustitia ricercherà.

— — — — — — — — — — — — — — —

Di Roma alli 26 di maggio 1539.

Nuntiaturberichte aus Deutschland. Erste Abtheilung. 1533—1559. IV. 68.

365.

Vácz, 1539 május 29.

Brodarics István váczi püspök hálát mond Ferdinánd királynak azon kegyességéért, hogy beteges állapotát tekintetbe véve, a Prágába való menetéltől felmenti és Bécsbe hívja.

Serenissime Rex... Accepi literas V. S. Maiestatis, quibus iubet, ut iam non Pragam ad V. S. Maiestatem irem, sed Vienne V. Maiestatem debeam expectare. Ago submissimas gratias V. Maiestati, quod mee imbecillis valetudinis tantam habuerit rationem; utinam hoc aliquando possim obsequiis meis promereri. Et si hic etiam, sicut aliquando questus sum, fortasse merito queri possem me ante diem nominari senem a V. Maiestate, idque valde intem-

[1] Mignanelli nunczius, kit időközben Rómába visszahivtak.

pestive et concilio appetente et promissa mihi iam virgine formosa ex hiis, que cum Serenissima Regina, Domina mea clementissima ex Polonia sunt adducte. Sed hoc quoque V. Maiestati pro sua in me Regia clementia condono, modo V. Maiestas dignetur me sua gratia prosequi. Habet ibi pro sacerdote monachum, pro episcopo tenui magnum archiepiscopum. Et in hoc facile animadvertet quosdam principes magis esse affectos monachis, quam sacerdotibus.

Ego autem usque ad Sauromatas mittor gelidosque triones.

Meam humillimam servitutem in gratiam V. S. Maiestatis supplex commendo, quam felicissimam esse cupio. Vacie 29. Maii 1539. E. V. S. Maiestatis

servulus humillimus
Vaciensis scripsit.

Kívül: Sacratissime Regie Romanorum etc. Maiestati etc. Domino mihi semper clementissimo.

Egy ív papir első oldalán piros zárópecséttel: egészen Brodarics kezeirása. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1539. Mai. 34.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

366.

Róma, 1539 május 30.

A magyar püspökök megerősítésének sokáig huzódó ügye végre a május 30-án tartott konzisztóriumban befejezést nyert.

Megerősítést nyertek: Franciscus de Frangipanibus (Eger); Johannes Statilius (Erdély); frater Gregorius *[így, Georgius helyett]*, regularis ordinis sancti Pauli primi Eremitae (Nagyvárad); Johannes Barlabasi (Csanád); Stefanus Brodericus (Vácz). — Ezekhez járult június 9-ikén «Johannes de Ezék» megerősítése (Pécs).

A május 30-iki konzisztóriumi aktákból: Nuntiaturberichte etc. IV. 75.

367.

Róma, 1539 május 30.

III. Pál pápa az egri egyházmegye papságát Frangepán Ferencznek az egri püspökségben való megerősítéséről értesíti.

Paulus episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis clero civitatis et dioecesis Agriensis salutem et apostolicam benedictionem. Hodie

ecclesiae Agriensi, protunc per obitum bonae memoriae Thomae, olim episcopi Agriensis extra Romanam curiam defuncti, pastoris solatio destitute, de persona dilecti filii Francisci electi Agriensis, nobis et fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum accepta, de fratrum eorundem consilio auctoritate apostolica providimus, ipsumque illi praefecimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie sibi in temporalibus et spiritualibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus eidem Francisco, tanquam patri et pastori animarum vestrarum humiliter intendentes, et exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas, eiusque salubria monita et mandata suscipientes, ea humiliter adimplere curetis. Alioquin sententiam, quam idem Franciscus electus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus, auctore Deo, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo tricesimo nono, tertio Kal. Junii. Pontificatus nostri anno quinto.

Blosius, secretarius.

Hevenesi-kézíratgyűjtemény. XIII. 92. 1. (Ex originali.)

Közli: Dr. RAPAICS RAJMOND.

368.

1539 május 23.

Bembo Péter kardinális megköszöni Frangepán Ferencz egri püspöknek, hogy bíborossá emeltetése alkalmából üdvözölte.

Petrus Bembus Domino de Frangepanibus, Episcopo Agriensi S. P. D. Accepi litteras tuas XIV. Kalend. Maii datas Budae, quibus mihi de mea dignitate gratularis. Equidem, ut tibi, quum esses Venetiis, memini me dicere, institutam a Paulo Pontifice Maximo cogitationem de me in cardinalium collegium cooptando, sermonemque hominum, qui de ea re percrebuerat, ad nihilum putavi recasurum, nulla cum mea certe molestia: a quo libertas ipsa vivendi, uti consueveram, atque in meis studiis quiescendi voluptas omnibus honorum et dignitatum insignibus praeferebantur. Nunc vero, quum Deo optimo maximo aliter videam placuisse, primum quidem tibi de tua ista gratulatione plurimum debeo. Est enim mihi plane gratissimum amari me abs te, homine optimo atque in Dei ecclesia magno ac praeclaro viro. Cuius tamen tui erga me amoris et bene-

volentiae certa signa atque indicia non semel habui, quae meo ex animo nunquam effluent. Dabo deinde operam, cum ut expectationi hominum, si qua est de me, Dei munere benignitateque parem me, uti et debeo et tu me amantissime admones, praestem; tum, ut si tibi esse usui haec mea honoris amplificatio poterit, nulla in re sim ea libentius, quam in te ornando, tibique gratificando usurus. Volo enim te existimare, omnia tibi a me fraternae charitatis officia et studia esse profectura. Non fallam existimationem tuam. Ego, quod te velle cognovi, in eo admoneri me a te non expectabo. Si quae praeterea erunt eiusmodi, ut mihi nota non possint esse, peto abs te, ut des ad me de iis litteras, mandesque, quid fieri velis. Vale. Decimo Kal. Jun. MDXXXIX.

Schmitth, Episcopi Agrienses II. 351, *Katona*, XX. 1237.

369.

Róma, 1530 május vége felé.

III. Pál pápa utasítása Morone János modenai püspök részére, midőn őt másodizben küldi nunciusul Németországba. — A Magyarországra vonatkozó részlet.

— — — — — — — — — — — — — — —

....perchè Sua Santità ha sempre per esso vescovo *(Morone)* fatto fare instantia al Ser[mo] re de Romani per la pace tra Sua Maestà et il re Gioanni d'Ungaria, alias detto Vayvoda, conoscendo, che quel regno era propugnaculo contra il Turco et havea per adricto conservato la sincera religione con molta ubedienza alla sede apostolica, essendosi per Dio gratia conclusa questa pace, vuole Soa Santità, ch'el prefato vescovo faccia ogni ufficio oportuno per mantenerla et stabellirla et augumentarla, perchè in vero si giudica di grandissima importanza alla Christianità l'unione et sincera concordia de quelli duoi re alli presenti tempi, conoscendosi manifestamente di quanta ruina sia stata cagione la lor discordia nelli passati tempi. et in questo il prefato vescovo per la cognitione qual ha delle cose di quelle parti, potrà usare molte ragioni, come sarebbe: della potenza del Turco; delli pericoli quali soprastano alle provincie de Sua Maestà, quando il re Gioanni fusse overo ruinato overo accordato col Turco, massimamente essendo novamente seguita la tregua o forsi pace tra Venetiani et esso Turco; delli pericoli quali se harrebbono da Lutherani, quando convenessero con esso re; et della total ruina de quella floridissima natione

et potentissimo regno con tanta perditione d'anime, et altre simili ragioni.

Et con questo potrà significare a Sua Maestà la necessità qual ha fatto che Sua Santità habbia confirmato le chiese d'Ungaria, qual oltra le soprascritte ragioni sono state:

1. Che Sua Maestà et l'imperadore haveano de ciò altre volte pregato Sua Beatitudine.

2. Che li proprii prelati haveano de ciò humilmente havuto recorso alla sede apostolica, qual non suole chiudere il gremio a quelli, che ad essa riccorrono.

3. Che Sua Santità per compiacere alle loro Maestà havea gia promesso di farlo.

4. Che così conveneva all ufficio suo per conservare quel regno in vera religione et ubedienza della sede apostolica, maxime havendo risguardo al concilio.

5. Che non si potea mancare di giusticia, tanto più non essendovi persona qual publicamente contradicesse, attento che alcuni dicevano che havendo Sua Santità risguardo al vinculo dell' affinità con la Cesarea Maestà, non voleva administrare giusticia.

Che li danari delle decime di queste chiesie sarano convertiti in benefitio contra il Turco, et non facendosi dette expeditioni, non si potrebbe dare l'aiuto ricercato per fortificare le terre alle frontiere, come Sua Santità ha detto.

Ultimamente che Sua Santità ha giudicato essere così espediente alla conservatione della pace tra quelle Maestà, della quale si confida che questi prelati confirmati sarano sempre solleciti, trattandosi tanto loro interesse, ultra che sarano astretti fare la mente di Sua Santità per il beneficio recevuto, etiam con giuramento annesso d'ubedienza. —

— — — — — — — — — — — — — — —

Nuntiaturberichte aus Deutschland. Erste Abtheilung: 1533—1559. IV. 75.

370.

Róma, 1539 június 2.

Durante Aleandernek: Értesíti a magyar püspökök megerősítéséről és annak okairól. Legyen rajta Aleander, hogy Ferdinánd király a dolgon megnyugodjék.

— — — — — — — — — — — — — — —

La presente cavalcata si spedisce principalmente per dare aviso a V. S. R^{ma} de la provisioni de le chiese d'Hungheria, che fu

fatta nel ultimo consistorio, non havendo Sua Santità potuto trattener più oltra la cosa per l'instantia, che quelli prelati già tanti mesi sono ne l'hanno fata, come V. S. R^{ma} sa, et per haver visto Sua Santità, che nè questi che hanno avuto cura di allegare, quelle che in contrario di ciò l'occorreva, non hanno detto niente, et il protettore non ha fatta altra oppositione, per quel che si crede con bona intentione, per non sturbare la conclusione et stabilimento de la pace tra quelle due Maestà, et perchè in effetto tutte le ragioni del mondo ne astringevano Sua Santità, sicome ella ha detto di bocca più volte al Sances,[1] et monsignor mio R^{mo} et Illmo Farnese ha scritto a V. S. R^{ma} et ella concosce per sua prudentia. Et però Sua Beatitudine non fa dubio alcuno, che la Maestà del re non sia per pigliarlo in quella bona parte, che Sua Santità l'ha fatto, vestendose de panni di Sua Beatitudine et considerando ch'ella ne era tenuta per conscientia, oltre che il conosce chiaramente, che in lasciar quelli prelati in tanta abusione non poteva se non partire cattivo frutto, come per contrario non si può sperar se non buono in questo modo. et il denaro, che si caverà de le espeditioni de le decte chiese, che non doverà esser piccola summa, si spenderà tutto, come è stato sempre solito de li predecessori di Sua Santità, in fortificare et munire le terre più debole di quel regno, del quale per essere antemurale non solo a le altre provincie de quella Maestà, ma a tutta la Christianità. Sua Beatitudine ne fa quella stima, che si deve fare, maxime ricorrendo al gremio de la santa chiesa. et però in ogni caso operi V. S. R^{ma} che l'animo di Sua Santità sia conosciuto per quel buono et santo che è in effetto, perchè altrimenti se li faria troppo grande ingiuria. et in questo non mi extendo più oltre, riposandomi in V. S. R^{ma} et ne la molta cognitione, che ha di tutte queste cose. Solo aggiungo, che li prelati, quando non fussen mai per altro, che per l'interesse loro particulare et per il giuramento prestato a Nostro Signore, non potranno se non fare et procurar bene, certificando V. S. R^{ma}, che Sua Santità ha intertenuta l'espeditione fin tanto che ha possuto per satisfare al desiderio di quella Maestà; ma visto, che il collegio di questi R^{mi} signori cardinali tumultuava, parendole si facesse poca giustitia a quelli prelati contra ogni dovere, è stata necessitata di espedirli, tenendo per certo, che questa debbia essere potissima causa a ritenere quelli populi ne la fede catholica et mantenere unite quelle Maestà contra infideli et desviati.

[1] Ferdinánd király ágense Rómában.

Resta hora che havendo V. S. R[ma] inteso il tutto et le ragioni, che hanno mossa Sua Santità a far questa speditione, s'ingegni con la sua solita prudentia et destreza operare in modo, che quella Maestà ne resti ben contenta et satisfatta, dandoci aviso del seguito con la prima occasione. et humilmente etc.

Di Roma alli 2 di giugno 1539.

Nuntiaturberichte aus Deutschland. Erste Abth. IV. 86.

371.

Róma, 1539 június 4.

Farnese bíboros Aleander pápai legátushoz Bécsben. Mint megtörtént dolgot jelenti a magyar főpapok megerősítését, mit a bíboros-kollegium is erélyesen kívánt («il Collegio die questi Reverendissimi Signori Cardinali tumultuava parendole si facesse poca iustitia a quelli prelati contro ogni douere di questa Santa Sede»). A megerősítésből azonban semmi anyagi haszna nem lesz a szentszéknek, mert a pápa a kinevezési díjakat (annátákat) Magyarországnak, mint az egész kereszténység védőfalának védelmi czéljaira engedi át («si spendera tutto in fortificare et munire le Terre piú debole di quel Regno, del quale per essere antemurale . . . a tutta la Christianitá, Sua Beatitudine ne fa quella stima che si deve fare maxime ricorrendo al gremio dela Santa Chiesa»).

Óváry L. id. m. 71. l.

372.

Teschen, 1539 június 8.

Francsik Bertalan levele Beszterczebánya város tanácsához. — Nem tudja eléggé megköszönni, hogy német káplánnak meghivták. A meghivást Rother György tescheni német prédikátor tanácsára azon biztos reményben, hogy élelmezéssel, tisztességes fizetéssel és lakással ellátják, ezennel elfogadja és tizennégy nap alatt náluk leszen.

Namhafftige, Erssame, weyse, besondern gonstige Herren. Nach der Entpittung meiner gebett mit willigen Dienste wunsche ich E. W. allen sampt Gnad, fryed, heyll vnd barmherczikeit von gott dem Vater durch Jesum Christum vnseren Heylandt

E. W. schreÿben an mich gethan habe ich entphangen vnd seynes Inhalts genczlich wol vernomen. Inn welchen mich E. W. czu eynen deuczen Caplan vnd Diener Ewer Kierche seit berueffen. Solcher gonst vnd freintlichen willen ich mich Gegen E. W. nicht genueglich weyss zcu bedancken, vnd In Allem mir nur moglichem Zcuuerschulden wil bevleissigen.

Jedoch das E. W. berueffen bey mir nicht verechtlich angesehn wurde, Habe ich durch betlich anhangen des Wirdigen Herren Jeorg rother bein vns deuczen prediger E. W. begir nicht mocht abschloen, sonder viel mehr mich hiemit Inn E. W. schucz vnd HantHabung fur eynen Diener begeben, der Zcuuersicht, E. W. werdet mich Ewerer Zcusagung nach mit kost, Ehrlicher besoldung vnd wonung versorgen, warumb ich mich auch, als bald mir gott Zcum E. W. verhelffen wirt, meynen berueff nach gemess Halten will vnd dies mit vleys ausrichtn, das einen getrewen Diener zcustendig Ist, vnd so es gotts willen sein wirt vnd gefertn werden khōnnen vberkomen, Habe ich Im synne Inwendig In vierczehn tagen bey E. W. Zcuseyn, dieweyl verleyn gott E. W. ein langes leben. Geben Zcu Teschen, am Sontage nach des Heiligen leichnams tage des 1539 iars

E. E. W.
williger Caplan.

bartholomeus
Frančik.

Kívül egykorú írással:

Bartl Frantzikh
Teutscher Caplan.

Eredetije Beszterczebánya város levéltárában. Fasc. 236. Nr. 5.

Közli: TIMON ÁKOS.

373.

Róma, 1539 június 19.

III. Pál pápa értesíti János királyt, hogy Rorario Jeromos kamarását Ferdinándhoz, a lengyel királyhoz és hozzá (Jánoshoz) küldi s meleg szavakkal biztosítja jóindulatáról.

Orator tuus, dilectus filius Joannes Statilius electus Transsilvaniensis, ob singularem providentiam maxime nobis gratus, induxit nos una cum dilectis filiis nostris Ghinuccio, cardinali S. Angeli[1] et Alexandro Farnesio S. R. E. vicecancellario, nostro secundum carnem nepote, tui studiosissimis, ut quod antea in animo conceperamus, citius absolveremus, dilectum filium Hieronymum Rorarium camerarium ac nuncium nostrum ad charissimos in Christo filios nostros, Ferdinandum Romanorum, et Sigismundum Poloniae reges, et ad te mittendi, communi consilio auxilioque regni tui

[1] Ennio Filonardi, verolii kardinális, kinek számos, Magyarországra vonatkozó levele található Rómában *Archiv. Vatic.* Armar. VIII. Ord. I. vol. R. Literae publicae ad diversos sub Paulo III. fasc. 1. V. ō. Nuntiaturberichte III. 122.

incolumitati consulturi: prout etiam nunc iuxta vires non desinimus. Quod ut certius contingat, non cessamus charissimos in Christo filios nostros, Carolum imperatorem et Francorum regem christianissimum hortari monereque assiduis nunciis. — — Audire potuisti, nos, quum adhuc in minoribus essemus, nomini dignitatique tuae non defuisse. Recordari potes, quamprimum divino numine ad hunc apostolatus apicem adsciti sumus, ad te prius, quam ullum alium christianum principem, eundem Rorarium nuncium nostrum direxisse. Confide, nos nullo tempore, quantum nobis licuerit, tibi defuturos: quia pro regni tui salute personam etiam nostram, si ea usui esse videbitur, alacres offeremus. — — Hortamur te, ut adhibeas illi fidem. Talem te erga religionem christianam nosque et Sedem Apostolicam praestes, qualem hactenus praestitisti. Confidasque, misericordem et iustum Deum cumulate tibi seminique tuo omnia relaturum. Datum Romae apud S. Petrum, XIX. Junii, MDXXXIX.

Raynaldus és *Pray* ez évhez. Katona XX/2. 1225.

374.

Kelet nélkül (1539) június hóban.

A pápa Aleander Jeromos brindisi-i bíboros érseknek és Mignanelli Fábiusnak adott utasításában örömének ad kifejezést afelett, hogy Ferdinánd és János királyok a béke kötésében az ő intelmeire is hallgattak s hogy Zsigmond lengyel király fia nőül vette Ferdinánd király leányát. Részletesen előírja, miként járjanak el az egyház helyreállításának ügyében.

Instructiones pro dilectis filiis, Hieronimo Cardinali Brundusino ad Ungariam etc. de latere Legato, et Fabio Mignanello ad charissimum in Christo filium nostrum Ferdinandum Romanorum Regem Illustrissimum Nuntio, nostris super reintegratione ecclesiae in partibus Germaniae Commissariis.

Quamprimum ad praefatum Ferdinandum Regem perveneritis, cum nostro nomine salutabis (!) et congratulabimini de pace inter eum et charissimum etiam in Christo filium nostrum Joannem regem etc. subsequuta, ob quam etiam nostro nomine Maiestati suae gratias agens, cum pro certo teneamus ultro inclinationem, quam eorum pietatem et religionem habeant ad ipsam pacem, etiam admonitionibus et exhortationibus nostris in hoc aliquem locum dedisse.

Congratulabimini etiam de sponsalibus, sive nuptiis subsequutis

inter filium charissimi in Christo filii nostri Sigismundi, Poloniae regis et ipsius Ferdinandi regis filiam.

Post haec dicetis ipsi Ferdinando, quod quamprimum per literas venerabilis fratris, Joannis, episcopi Mutinensis, nostri apud Maiestatem suam Nuntii intelleximus Maiestatem suam eius esse sententiae, ut *inter catholicos et Lutheranos aliqua concordia tractaretur* et ad hoc aliqui Commissarii mitterentur: nos, prout semper fecimus, religioni, pietati et prudentiae suae multum tribuentes, decrevimus in hoc sententiam suam sequi, et sic vos duos ad hoc elegimus; excusabitisque aliquam tarditatem nostrae profectionis his mediis, quae divina Maiestas et dexteritas ingenii vestri vobis subministrabit, quod haud difficile erit, cum notum sit non posse talia bene brevi spatio expediri. Dicetis etiam, quod licet nulla causa concurrisset, quo moveremur ad vos illuc ad hoc mittendas, nisi auctoritas sua: vos omnino misissemus, ita nos urgente zelo Maiestatis suae erga religionem christianam et sinceritate animi sui, quae in omnibus suis actionibus resplendet, cui non possumus non multum deferre in iudiciis et desideriis suis. In casu autem hoc ultra Maiestatis Suae auctoritatem concurrit etiam *reintegratio ecclesiae,* quam ille, qui eam aedificavit, unicam, integram et non divisam esse voluit; concurrit etiam, ut prudenter Maiestas Sua considerat, unio iurium temporalium in partibus illis Germaniae, quae sine conformitate religionis esse non potest, aut saltem non potest nisi brevissimo tempore durare. Unio autem quoad res temporales Germaniae non solum valde videtur proficua ad ipsam Germaniam et conterminas provincias ab infidelibus praeservandas et defendendas, sed etiam ad totam christianitatem a conatibus infidelium tuendam, cum nullum aliud robur habeat ad praesens christianitas, quo possit potentissimi hostis nostri conatibus resistere, quam Germaniam.

Licet nos, prout scitis, vos pro tractando hoc negotio reintegrationis praecipue mittamus, in contrarium ostendere expedit, ne si forte Lutherani, prout alias fecerunt, reintegrationem huiusmodi negligerent aut spernerent: nos et haec Sancta Sedes de levitate notari possemus. Hoc autem potius ad instructionem vestram dicitur, quam quod putemus necessarium esse aliquid de hoc ipsi Ferdinando regi dicere, cum haec omnia alias Maiestati Suae significaverimus, ipseque opinionem nostram circa hoc probaverit. Cum Maiestate Sua ergo circa hoc aperte agetis, secus faciendo cum aliis ex causa supradicta.

Vobis dantur duplicia mandata circa tractatum huius reinte-

grationis, quorum ultimum plenius est, quam primum. Volumus, quod ipsi Ferdinando regi utrumque ostendatis, aliis autem non ostendatis, nisi debilius. Hoc autem fieri volumus ex causa in proximo praecedenti capitulo dicta, scilicet, ut si tractatui huiusmodi locus non sit, minus detractum videatur dignitati nostrae huiusque Sanctae Sedis.

Credimus, quod ultimum mandatum nullo modo de insufficientia redarguetur, cum plenissimum sit; cum autem ad discussionem ipsius deveniatur, quod non erit nisi in casu, quo de reintegratione huiusmodi sit magna spes et Lutherani non multum differant a catholicis: poterit, si pro maiori satisfactione illorum opportuerit, mitti aliud etiam plenius mandatum, et hoc vos poteritis offerre. Sed dum ambulamus in tenebris, nec adhuc possumus aliquod nobis particulare de ipsis Lutheranis polliceri, sufficit non solum ultimum mandatum, quod mittitur, sed etiam primum.

Poteritis haec omnia exponere dicto Ferdinando regi; quod si forte videatur maiorem numerum Commissariorum in hoc casu exigere, poteritis dicere, quod attenta debilitate principii visum est nobis, quod duorum numerus, praesertim talium, sit plus quam sufficiens; sed si videbitur spes aliqua, quod super negotio hoc possit deveniri ad aliquam bonam conclusionem: nos, si neccesse fuerit, non omittemus mittere, quot Maiestati Suae videbuntur opportuni, cum pro talibus negotiis vellemus etiam, si possemus, personaliter venire.

Licet, ut supradictum est, plenum vobis detur mandatum ad concludendum supradictam reintegrationem, quia tamen ut videtis, res est gravissima: abstinebitis a conclusione, interponendo tempus, donec nos consulatis, super quo non dubitamus, quin cum dexteritate vestra sitis adinventuri opportunum modum, quo hoc fiat, absque eo, quod illic res aut personae aliquam alterationem recipiant. Opus autem vos in hac re ita agere, ut non videamur vobis conclusionem inhibuisse, sed potius vos ex gravitate rei ea vestra modestia nobis et Collegio Venerabilium Fratrum nostrorum deferre velle in his, attento, quod nihil propterea est depositurum, praesertim cum brevissimo spatio possit isthic a nobis haberi responsum.

Budapesti tud. egyetemi könyvtár kéziratai: Cseles M. VII. kötet. 144—146. ll. — Hitelességére nézve lásd alább a Delfino bíbornok 1564. évi levelének alján feljegyzetteket.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

375.

Kelet nélkül (1539) június hóban.

A pápa Aleander Jeromos bíbornokot, János királyhoz indulandó követjét utasításokkal látván el, részletesen előírja, miképen járjon el, midőn Ferdinándhoz betér és miképen Jánossal szemben.

Instructio pro dilecto filio nostro Hieronimo Cardinali Brundusino super concernentibus charissimum in Christo filium nostrum, Joannem Hungariae regem.

Cum ad charissimum in Christo filium nostrum Ferdinandum, Romanorum regem perveneris, conaberis a Maiestate Sua intelligere: cuius mentis scit rex Joannes circa profectionem tuam ad ipsum Joannem Regem? nam sic ab aliquo dictum est, quod hoc ei non placebat. Si itaque invenies, id ei non placere: tacito, quod tu a nobis aliquam commissionem haberes illuc proficiscendi; remanebis apud ipsum regem Romanorum et alia facies, quae tibi cum Maiestate Sua tractanda committentur.

Si vero ipsi Joanni regi profectio tua illuc placebit, ad ipsum te conferes, et postquam Maiestatem Suam nostro et huius Sanctae Sedis nomine salutaveris, eodem nomine secum te congratulaberis de pace inter Maiestatem Suam et praefatum regem Romanorum subsecuta, innuendo aptis verbis et cum bona dexteritate, quod nos utrique debeamus, quod vocem nostram super hoc audiverint et paternas nostras admonitiones admiserint; et super omnia curabis ita te gubernare, ut non videatur profectio tua, si illuc iveris, a praefato Joanne Rege pependisse, aut nos de sua admissione modo aliquo dubitasse; sed principaliter te hinc ad ipsum Joannem regem missum tum causa salutationis et congratulationis huiusmodi, tum, ut iuxta consuetudinem per praedecessores nostros servatam, huic paci nostram et huius Sanctae Sedis auctoritatem interponeres. Et quia alias ad nos per aliquem ex ipsius Joannis regis ministris scriptum fuit: desiderare Maiestatem Suam, ut nominationes per ipsum Joannem regem ad nonnullos episcopatus illarum partium factae per hanc Sanctam Sedem auctorizarentur: poteris, si in hunc sermonem incidatur, dicere Maiestati Suae, quod etiam hoc habuisti in mandatis, ut scilicet de voluntate et desiderio suo circa hoc te informares et quamprimum certitudinem de hoc habebimus, Maiestati Suae satisfaciemus. Et ne ex eo, quod auctoritas tibi super hoc data non fuerit, imo res nobis hic fuerit reservata, suspicetur ipse Joannes rex hoc factum fuisse pro consequendis iuribus Camerae

et Collegii reverendissimorum venerabilium Fratrum nostrorum ac Romanae Curiae officialium: poteris super hoc verbum et fidem nostro nomine ei dare, quod attenta regni illius calamitate motu proprio cogitavimus promovendos hac vice ab hoc exonerare, sed pro conservatione dignitatis et auctoritatis huius Sanctae Sedis et praefati Collegii voluisse nos hoc reservare faciendum in consistorio nostro prout semper servatum fuit.

Quia etiam ipsius Joannis regis nomine a nobis petitum fuit, ut presbyteros, qui sangvini se his turbulentis temporibus immiscuerunt, etiam propriis manibus homicidia committendo, a censuris absolvere et super irregularitate et ad altaris ministerium dispensare, licet hoc non consveverit haec Sancta Sedes facere; voluimus tamen Maiestati Suae in hoc complacere: quare omnes tales presbyteros vel alios in sacris constitutos iuxta facultatem tibi per speciale Breve datam, quandocunque per ipsum regem super hoc fueris requisitus, absolves; et hoc facies etiamsi ad ipsum Joannem regem ex quavis causa te non conferes, cum propterea data sit tibi facultas hoc etiam per alium faciendi.

Nonnulla alia pro parte praedicti Joannis regis a nobis sunt petita, super quibus hic nihil scribimus, quia agentibus suis satis responsum fuit; mittitur autem ad te quid responsum fuerit, ut si in hunc sermonem incidatur, scias, quid dicturus aut facturus sis.

Kelet vagy aláirás nincs. — *Budapesti tud. egyetemi könyvtár kéziratai: Cseles M. VII. kötet 142—144. ll.* — Hitelességére nézve lásd alább, a Delfino bíbornok 1564-iki levelének alján feljegyzetteket.

Közli: Bunyitay Vincze.

376.

Róma, 1539 júniusban.

A III. Pál pápa által Rorario nuncziusnak adott utasításból.

— — — — — — — — — — — — — — —

.... hortatibur — idem camerarius noster[1] Maiestatem Suam,[2] ut pacem cum Joanne rege initam ratam ac sanctam habeat. Rationes vero, quibus id maxima persuadere potest, quod a nobis longo sermone intellexerit, memorie et prudentiae suae fidentes, non repetemus, quamvis multae sint et efficacissimae.

Demum exponet Maiestati suae causam profectionis suae in

[1] Rorario.
[2] Ferdinandum regem.

Hungariam et Poloniam, quam a nobis habuit in mandatis; in Poloniam quidem, ut pileum et ensem in sacratissima natalis domini nostri nocte benedictos, quo munere clarissimi reges ob aliquod insigne erga Sedem Apostolicam meritum decorari solent, Sigismundo, iuniori regi, genero suo, donet, ut tanto alacrius ecclesiae defensionem meminerit se suscipere debere et nostram paternam charitatem agnoscat; in Hungariam vero, ut litteras apostolicas de provisione episcopatuum episcopis ipsis consignet exigatque ab iis, quod pro huiusmodi expeditionibus iure debetur: quae pecunia exponi debet pro muniendis his locis contra Turcas, quae opportuniora videbuntur.

Itemque declarabit idem camerarius noster Maiestati suae, nos, quum a Transsilvano[1] perquireremus de generali expeditione sumenda, et modum et numerum et qualitatem gentium percontaremur, quibus opus esset, et quid Maiestas sua, quid Poloniae rex, qui huic incendio proxima atque iuncta regna habent, collaturi essent: respondisse, nullum ad id mandatum habere; itaque cupere nos ab ipsis intelligere modum expeditionis generalis futurae, numerum ac qualitatem gentium, et quantum ipsi pro sua suorumque regnorum et reliquae christianitatis salute conferre velint, ut ceteri christiani principes tanto facilius et alacrius inducantur. —

Raynaldus és Pray után *Katona* XX/2. 1231.

377.

Pécs, 1539 június 29.

Eszéky János v. pécsi püspök megengedi a Sulyok testvéreknek, hogy néhai Sulyok György lelkiüdvéért a Szent-Imre-oltár igazgatóságát helyreállítsák és nekik adja e javadalom kegyuraságát.

Nos Joannes de Ezeek electus episcopus Quinqueecclesiensis ac comes perpetuus comitatus de Baranya. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit universis, quod nos divinos cultus inter tot bellorum procellas, quibus hoc regnum a multis iam fere annis iactatum est, propter desolationem bonorum ecclesiae intermissos in ecclesia nostra restituere, illosque pro facultate nostra augere volentes, considerantes etiam pium illum et vere salutarem affectum egregiorum Stephani et Blasii Swlÿok de Lekche, quo iidem erga reverendissimum quondam d^{num} Georgium Swlÿok episcopum Quinqueecclesiensem, praedecessorem nostrum piae

[1] Joanne Statileo.

memoriae, fratrem ipsorum, ne scilicet tantorum beneficiorum, quibus ille vivens adhuc eos adfecisset, immemores essent, afficerentur, matura igitur intra nos deliberatione praehabita, dignamque rationem celebrandorum divinorum officiorum habentes, id eisdem Stephano et Blasio Swlÿok annuendum duximus et concedendum, ut ipsi rectoratum altaris beati Emerici ducis in ecclesia nostra collegiata Quinqueecclesiensi situm, cuius domus vineaque et feneta ac alia omnia bona ad ipsum rectoratum pertinentia a clade Mohaciensi desolata iacerent, per hocque nullus divinus cultus ratione illius altaris in ecclesia nostra fieret, reformandi aedificandique et in refrigerium animae dicti quondam dni Georgii Swlÿok missas in ipso altari constituendi, plenam habeant potestatis facultatem; cui quidem altari nos quoque vineam quondam magistri Nicolai, canonici ecclesiae collegiatae beati Joannis Baptistae de castro nostro Quinqueecclesiensi in promontorio possessionis Malon Zÿlkwth vocato existentem, cui ab orientali Stephani Waÿas, ab occidentali Barnabae Sarossÿ, a meridionali Thomae Litterati, a septentrionali vero plagis Laurentii Litterati de dicta Malon et cuiusdem puellae, filiae quondam Georgii Nagh de Quinqueecclesiis vicinari dinoscuntur, nunc per mortem et decessum dicti quondam magistri Nicolai ad nos collationemque nostram legitime condescensam [duximus?] annectendam et incorporandam. Ut autem dicti Stephanus et Blasius Swlÿok maiori devotione et affectu deincepsque ecclesiam nostram prosequerentur, auctoritatem iuris patronatus illius rectoratus altaris eisdem dandum duximus et conferendum, ut deinceps perpetuis semper temporibus praefati Stephanus et Blasius Swlÿok, suique haeredes et posteritates universae, rectoratum illum altaris simul cum domo, vineis, aliisque utilitatibus ad eum pertinentibus illi, cui voluerint, actu tamen presbitero dare, donare, conferre valeant atque possint, ita videlicet, quod rector ille altaris, actu presbiter, ut praemissum est, existens, divina officia et aliaque servitia, quae ab illis rectoribus altarium in ipsa ecclesia nostra fieri solent, diligenter facere et exequi debeat et teneatur; immo conditionibus sub praemissis annuimus et concedimus annectimusque et incorporamus harum nostrarum vigore et testimonio litterarum. Datum in domo nostra Quinqueecclesiensi in festo beatorum Petri et Pauli Apostolorum anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo nono.

Joannes de Ezeek
E. Quinqüeeccl. manu propria. (P. H.)

Patens alakban, előlapra nyomott pecséttel kiállított eredeti. Gróf Kuun Géza marosnémeti levéltárából közölte *Pettkó Béla*, Tört. Tár. 1887. évf. 789—790. l.

378.

Késmárk, 1539 június 28.

Laudischd György késmárki lelkész levele Beszterczebánya tanácsához. — Megígérte, mikor náluk járt, hogy ha ingóságait veszteség nélkül eladhatja, legfeljebb két hét mulva elfoglalja prédikátori állását. De ezt nem tehette. Laszky, a kinek tudta nélkül nem távozhatott el, sokáig távol volt; mikor pedig haza jött és távozása szándékáról értesült, nagyon megneheztelt. Ezenfelül hitelezőit sem tudja rögtönösen kielégíteni. Várjanak rá, ha lehetséges, szent Mihály-napig; ha pedig ezt nem tehetik, válaszszanak más prédikátort.

Namhafftÿge vnnd Erszamen Herenn, Meynn freivntlÿchenn vnnd gancz gwttwÿlligen dÿnst mÿt aller erpittungk kegenn Ewer Herschafft alleczeÿt etc. Lÿebenn Herenn. Noch dann, als ich persenlich mÿt Ewer Herschafft habe gehandeldt von wegenn des predÿchammeth, welchs habe auffgenommen ÿn szolcher gestaldt ob ich kÿndt das meyne verkeffen on schadenn, vnnd vff das lengeste ÿn 2 wochenn kwnth thwn, welchs ich nÿcht habe kÿnth thwn von wegen meynes Heren Hir. Laszkÿs abweszenn, weÿl ehr mÿr alles gwtten hat gethonn Vnd ÿch nÿcht woldte mÿch loszen fÿndenn ÿn der vndankbarkeÿt kegenn szeÿnnen Herschafft, als eÿn frommen man Zwgeherth, yn dem als ehr hem ÿst kommen vor 3 tagenn, Ich ÿm habe angetragenn dyszenn dÿnst beÿ Ewer Herschafft vnnd meÿn wegk zyhen von der seynenn, gar wnwÿllich vnnd mÿt czarnn hat angenomen, welchs ich wolde nÿcht vert achtenn, alleÿn dÿ scholt dÿ ich szeynen Vnderthenÿgen schuldÿch bÿn mehr als Hunderth gulden, gebotten baldt czwczalenn Ehe ich wegk czyhe, welchs mÿr schwer ÿst czu thun: weÿl das getrewdt noch vff dem feldt ÿst, vnnd das selbÿge von mÿr nÿcht czwkaffenn gebottenn hat, on welchs ich nÿcht kan dÿ scholtleuth contenth machen, dorwm habe ich szolt meÿnen botten ÿn 3 tagen szenden czw Ewch das losszenn wÿsszen, In dem Ewer botth kommen ÿst, mÿt welchen ich Ewer Herrschaft losz wÿsszenn, das ich gerenn wolde beÿ Eüch nonth (?) das broth haben den ÿn der Cÿps fÿl gut, wu man das worth gottes verbeuth czu predigen, Jdoch muss ich gedult habenn bas meynn getrewdt yn dÿ schewer kwmmeth vnnd szolche schult von Heller czu Heller czalenn. Szo Ewer Herschaft nÿcht konn harren bas [alatta: was] vff szolche czeÿt, nemlich nach mÿchaelis, szo woldet ÿr eÿnen andernn prediger erwalen, das ÿr nicht gÿnghet als ÿrrende schoff on eÿnen prediger; wan ich ader [!] ÿn der szelbigen czeÿt kÿnde czalenn, nicht Ewer prediger, sunder eÿnn Caplan bew Ewer H.

czu szeÿnn vnnd wasser und broth on scholt mÿt Eüch czu essen, den on scholt kann ich ÿn der Keszmark nÿcht lebenn. Mÿt dem befele ich Ewer H: (mÿt allen Herrn) got den almechtigen, was ich ader kan dÿnen den grosten vnnd den kleinstenn, alleczeÿt bÿn ich bereth [! bereit] kegen Eüch das czu thun, geben aus der Keszmark in Vigilia petri et pauli Im Jar 15 vnnd 39.

Georgius Lewdyschd
Pharrer ynn Keszmarck, alleczeyt der Ewer.

Eredetije Beszterczebánya város levéltárában. Fasc. 209. Nr. 9.
Közli: Timon Ákos.

379.

1539 júniusban napi kelet nélkül.

Brodercs István váczi püspök végrendelete.

Anno 1539. in mense Junio. Quandocunque mihi aliquid humanitus contigerit, hoc de rebus meis disponendum duxi per exequutores meos, quos cupio esse dominum fratrem meum, dominum Mathiam Broderith de Polanÿa, aulicum regium, item reverendum et venerabiles dominos Thomam praepositum Quinqueecclesiensem, custodem Agriensem, secretarium regium, Stephanum de Buda, Joannem similiter de Buda et Ambrosium Zedelÿn, provisorem, archidiaconos et canonicos Ecclesie mee Vachÿensis. Helisabet[1] puelle nepti mee ex sorore mea Barbara volo dare: florenos III centos vestes meas II. que exequutoribus meis videbuntur. Nicolao fratri eius, quem minus ad bonam frugem reducere potui, fl. II. c. sed et pecunia hec non detur ei ad manus, sed exequutores emant ei aliquid haereditarii, quod pro tanta pecunia emi poterint, ita tamen, quod illud non possit vendere, nec impignorare, nec ullo alio modo alienare.

Creditores. Magnifice domine Catharine de Frangepanibus, relicte magnifici domini condam Gabrielis de Peren debeo argenti illaborati marcas XLVIII; detur ei illud argentum Kremniciense et argentum emptum ex teste (!) reverendi condam domini Damiani episcopi suffraganei Vaciensis, quod cum argenti (!) Kremniciensis facit marcas XXV. Addantur et[2] disci argentei, qui faciunt marcas

[1] Tollhibából: libet.
[2] Tollhibából: ex.

circiter XXV. Reliquum suppleatur, unde exequutoribus videatur. Cui quidem domine dedi pro pecunia zÿbellinas numero VI., valentes verisimiliter fl. XXIIII. Item Domino Alexio Thwrzo debeo fl. II. c. currentis monete.

Domino Andree preposito Strigoniensi fl. I. c.

Debeo Padwe pro Nicolao Zalaÿ non multum, ipse scit, quantum; summa non credo, quod excedat fl. XX. in auro.

Alexandro de Bonzagnis de Regio, quod est inter Mutinam et Parmam, pro argento[1] fratris sui, reverendi condam domini *Joannis de Bonzagnis Episcopi Chyanadiensis* fl. I. c. in auro. Hec omnia supradicta restituantur per exequutores.

Valentino de Alba Regali, nepoti condam Demetrii literati de Alba-Regali dentur fl I c. Job de Quinqueecclesiis f. I. c.

Francisco de Bonssegnis de Sancto Sepulcro, camerario meo, fl II. c.

Consangvineis Francisci, qui fuit consangvineus dominae Catharine, prioris uxoris domini Mathie Broderith, f L.

Consangvineis Andreae de Naghwath, qui est mortuus, dum Tarnovie cum Rege exularemus fl. 3II (32).

Alberto Papeznyak fl. L-ta.

Hospitali Sancti Spiritus dentur f. I. c.

Prisce, filie domine Sare fl L. Servitoribus, quibus, credo, parum debentur, solvetur

Anthonio literato de Mÿndzenth f π

Andreae literato[2]

Domino Andree preposito prefato debebam fl. III c., quos ab eo adhuc ante cladem Mohachiensem mutuo acceperam, eos serenissimus rex Romanorum ad preces meas ex taxa sua regia per dominum Alexium Thwrzonem ei deputavit; similiter et domino Thwrzonÿ eodem tempore fl II. c., quos ab eo prius acceperam et uterque eorum fuit contentus.

Ecclesie Wachiensi debeo summam, quam magister Ambrosius novit.

Joanni literato de Iwanich et liberis eius fl II. c.

De rebus et proventibus meis. Habeo in cellariis meis diversis vina omnis generis; habeo in horreis meis tot fruges, ut facile haberi possit ex eorum pretio, etiamsi vilissimo pretio vendantur, fl II m. Habeo argentum mar. I. c. XVIII. Adhuc sine antiquis minutis.

[1] Tollhibából: argente.
[2] Summa desideratur.

Ex novis decimis agnellorum verisimiliter f. III c. et frugum verisimiliter fl VI. c. Ex novis decimis vinorum f I. m.

Expecto ex Transsilvania boves centum, mihi a domino Episcopo Transsilvaniensi donatos, valentes fl III. c.

Expecto ex eodem loco gradarios IIII, unum a plebano Bÿrthalmÿ pro pecuniis, unum alium a Petro More, item a domino Waÿwoda Maÿlath, quartum a domino praeposito Veteris Bwde. Habeo hic et in Monÿorod boves, vaccas et alias huiusmodi, quorum numerum novit provisor.

Item vestes, item utensilia domus, item alias res, de quibus exstat quidem registrum in rubeo libro meo, sed non sunt omnia ibi expressa.

Habeo ex veteri moneta fl. IIII c. in manibus Francisci Itali. Habeo certas res minutas in parva ladula, inter quas aurum natmonense (!) valens ad fl XL, annulum theorkes satis bonum, valens verisimiliter fl. II C. Habeo zÿbellinos LXVII. Debet mihi Stephanus de Bÿkesd presbyter, alias provisor meus Wachiensis ex computu et compositione cum eo facta medio fideiussoris fl. II. c. sine fideiussore alios fl. II. c. hos ultimos ei relaxo.

Ex his facile poterunt disponi omnia supra dicta, imo etiam ex tertia vel quarta parte istorum, et si que essent, que ego essem oblitus, hic ponetur; reliqua omnia relinquo domino Mathie Broderÿth fratri meo et eius liberis, maxime ex priori uxore eius genitis, nam alii, ex secunda uxore eius geniti, non in tantum egent, si Deus regnum conservaverit, quorum bona ego cum meo dampno magno conservavi, et multa hic passus sum dampna a domino Nadasdino, possum vera [!] dicere, aliquot millium florenorum in Abbatia Zalad. Rogo autem dominum Mathiam, ut sit memor anime mee in iuvandis pauperibus, maxime in hospitali Sancti Spiritus Waciensi degentibus.

Maiestati Regie munus aliquod competens, quod exequutoribus meis videbitur; Maiestati Reginali quotcunque parvum munusculum, si non daretur aliud, saltem unum ex horologiis meis, quod videbitur melius exequutoribus meis.

Ecclesie Wachiensi quantum videbitur. Domino Colocensi, quod videbitur. Domino Quinqueecclesiensi, quod videbitur.

Sepultura domini predecessoris facit,[1] ad quam egregius Andreas Hispa dedit fl XX.

Dominus Nadasdinus habuit apud se in deposito, me ei Posonii

[1] Hic aliquid excidit.

datos, qui fuerant condam Demetrii literati de Alba-Regali fl. in auro vel III. c. vel IIII. c. salva veritate; rogo suam dominationem, velit eos Valentino, Demetrii nepoti restituere; velit etiam recordari, quod debet fratri meo bona ad III. c. vel IIII. c. colonos iuxta suum promissum teste rege, et literis eius, quando rex contulit ei bona Kanÿsaÿ ob respectum meum cum ista conditione. Illud etiam recordetur, quod abbatiam meam tenuit per plures annos et percepit proventus meos. Supplico Maiestati Regiae, sit memor servitiorum, laborum meorum, expensarum, et sallarii mei, quod mihi sua Maiestas in singulo anno constituerat, cuius vix tertiam partem habui ante adeptionem episcopatus Quinqueecclesiensis. Preterea vero mihi L[egati?] fuerunt IIII m. fl. in singulos annos; et non relinquant horffanos meos, maxime fratrem meum, Dominum Mathiam etc.

Stephanus Brod.[erith]
Episcopus Wachiensis manu propria.

Egy ív papir három oldalán. Másolat vagy kivonat az eredeti végrendeletből, de hogy a XVI-ik század negyvenes éveiben készült, mutatja az a körülmény, hogy a másoló mindjárt az első sorban már megszokásból 1540-et vagy negyvenegynehányat írt, de észrevevén tévedését, a 4-et törölte és 39-et írt. — *Leleszi országos levéltár: Actorum 1539. Nr. 41.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

380.

Bécs, 1539 július 2.

Morone János bécsi nunczius jelentése a pápa titkárához.

Ferdinánd király ugyan zokon vette a magyar főpapok megerősítését, mert abból kárt vél magára háromolni; mindazáltal megnyugodott ő Szentsége határozatán. «Il danno — írja a nunczius — qual Soa Maestà dubita che gli auenga di questa confirmatione, è in summa che gli pare, che questa pace col re Gioanni non sia perdurare; et pare a Soa Maestà, che se bisognasse occupar quel regno per via d'arme, che quelle chiese sarebbono rimaste alla dispositione soa et con tal obietto haverebbe havuto commodità di contenere gli Ungari soi in ufficio et de aquistarne delli altri principali, essendo quelle chiese de tanto importantia, che tutti gli principali Ungari gli fanno disegno o per se, o per gli suoi.» A mire a nunczius ezt a megjegyzést teszi: «Soa Santità — potrà advertire, quali disegni si fanno delle cose ecclesiastice etiam dalli principi tanto cattolici, come fa professione di esser questa Maestà».

Óváry L. id. m. 73. l. — Nuntiaturberichte etc. IV. 116.

381.

Bécs, 1539 július 4.

Várday Pál esztergomi érsek, küldötteit és az általuk előterjesztendő ügyeket III. Pál kegyeibe ajánlja.

Sanctissimo in Christo Patri et Domino, Domino Paulo III. divina providentia Sacrosancte Romane ac Universalis Ecclesie Pontifici Maximo, Domino meo Clementissimo.

Beatissime Pater, Domine Domine Clementissime. Post oscula pedum beatorum Sanctitatis vestre et humillimam servitiorum meorum in graciam eiusdem commendacionem. Misi ad Sanctitatem vestram hos reverendum patrem Paulum Zondinum episcopum Rosonensem, Suffraganeum ecclesie Zagrabiensis, et magistrum Federicum, archidiaconum et secretarium meum, quibus nonnulla negocia perardua, statum et honorem meum ecclesieque mee concernencia, eidem exponenda commisi. Supplico itaque Sanctitati vestre, uti Domino meo clementissimo, humillime pro summa in omnes, et presertim in Ecclesias Dei innata pietate et clemencia, dignetur eosdem benigne audire, eorumque dictis fidem adhibere, Ecclesieque mee status, honoris et preeminencie adeo racionem habere, ut eo tempore, quo ex Dei nutu et Sanctitatis vestre gracia me illi preesse continget, existimacionis sue aliqua ex parte detrimentum accepisse minime videatur. Quod a Sanctitate vestra et eius sacrosancta Apostolica Sede perpetuis meis obsequiis et servitute indefessa emereri pro viribus conabor. Quam Deus Optimus Maximus in tocius orbis christiani istiusque sacrosancte Sedis status felicissimi conservationem incolumem quam diutissime conservare dignetur. Vienne Austrie quarta die mensis Julii Anno Domini MDXXXIX.

Eiusdem Sanctitatis Vestre

humillimus servitor et capellanus
Paulus
Archiepiscopus Ecclesie Strigoniensis
manupp.

Theiner, Vetera monum. Slavorum merid. I. 646.

382.

Bécs-Ujhely, 1539 július 5.

Ferdinánd király Várday érseket bíbornoki méltóságra melegen ajánlja.

Beatissimo in Christo Patri et Domino, Domino Paulo III. Divina providentia Sacrosanctae Romanae et Universalis Ecclesiae Summo Pontifici, Domino nostro Reverendissimo.

Beatissime in Christo Pater et Domine, Domine Reverendissime. Post humilem commendationem filialis observantiae nostrae continuum incrementum. Arbitramur dignum et aequum esse, ut Beatitudo vestra et Sancta Sedes ista Apostolica Ecclesiam Metropolitanam Strigoniensem in regno nostro Hungariae prae aliis commendatam habeat, gratiisque et favoribus oportunis prosequatur, tum quod christianismus in dicto regno illic a divo Stephano rege initium sumpserit, qui, ut memoriae proditum est, ibidem natus fuit et sedem suam regiam domumque habuit, quam domum in ecclesiam tandem et honorem Dei omnipotentis consecrasse traditur. Quae quidem ecclesia cum ab exordio christianismi ibidem coepti in fide semel accepta, fidelitateque syncera erga reges pro tempore existentes semper constans et immobilis perseverasset, sicuti in hodiernum usque diem perseverat, eam ob causam eadem ecclesia simul et reges atque regnum ipsum a felicis recordationis Sacrosanctae Romanae Ecclesiae Pontificibus variis gratiarum et praerogativarum donis immunitatibusque supra alias omnes regni ecclesias evehi et decorari consuevit. Et quia per infelicia horum dissidiorum tempora, quibus regnum nostrum Hungariae tum per clades Turcicas, tum etiam domesticas hostilitates oppressum, ecclesia quoque eadem semper in fide constanter permanens varie et multipliciter afflicta et extenuata fuit: Nos volentes illam pro eiuscemodi fidelitatis constantia ad exemplum maiorum et praedecessorum nostrorum ex aerumnis et cladibus perpessis sublevare, spem dedimus atque adeo benigne polliciti sumus, effecturos Nos esse apud Beatitudinem vestram ac dictam Sedem Apostolicam, ut quamprimum fieri posset, honore cardinalatus eadem decoraretur, per hocque totum regnum, quod alioqui a sola illa metropoli in spiritualibus propendet, in unum corpus integrum redigeretur, sicque in unum redactum fortius et efficacius semetipsum adversus Thurcarum perfidiam tueri et defendere posset. Quapropter Sanctitatem vestram etiam atque etiam vehementer rogamus, dignetur tum ob

causas supradictas, quibus etiam id recte adnumerari potest, quod eadem ecclesia inter alias ex (in ?) regno isto principatum obtinet, et summo proximo honore ornata aliquando fuit, tum pro augmento dignitatis illius antistitis, proque commodo et salute regni nostri praefati, tum etiam nostrae intercessionis intuitu moderni praelati eiusdem ecclesiae eam habere rationem, ut cardinalatus sibi a nobis promissi titulo ad praesens non defraudetur. In quo Sanctitas Vestra rem Sedi isti Apostolicae haud indecoram et nobis gratissimam certe faciet, consultura procul dubio hac ratione religioni orthodoxae fidei secundum ritum ab antiquo observatum retinendae conservandaeque. Commendamus nos pro solita nostra observantia et filiali pietate paterno amori Sanctitatis Vestrae. Datum in nostra Civitate Nova die quinta mensis Julii anno Domini MDXXXIX. regnorum nostrorum Romani nono, aliorum vero decimotertio.

E(iusdem) Sanctitatis V(estrae)

Humilis et obsequens filius
Ferdinandus.
Ad. Carolus.

Theiner, Vetera monum. Slavorum merid. I. 646.

383.

Bécs-Ujhely, 1539 július 6.

Morone nunczius Durante pápai titkárnak: Frangepán és Statilio közötti versenygés. A lutheranizmus terjed Magyarországon.

— — — — — — — — — — — — — — —

Credo che Nostro Signore sappia, che tra questo vescovo Agriense de Francapani et quello de Transilvania, qual fu a Roma, sonno qualche simultà et concurrentie al cardinalato, benchè l'Agriense faccia professione et sia tenuto huomo da bene et dica, che vuol male solo alli vitii del Transilvano, qual è notato in Ungaria di homicidio, stupro et d'espilatione; et perchè ha inteso, che il prefato Transilvano debbe haver ditto a Nostro Signore, che lui ha impedito il matrimonio della nepote di Nostro Signore[1] col re Giovanni, mi ha pregato voglia far intendere a Sua Santità, che non è vero, anzi per contrario ch'egli s'è ben avantato d'haver dato quodammodo parola a Sua Beatitudine.

[1] Farnese Viktória, a kardinális viczekanczellár testvére, kinek kiházasítása iránt többféle tervet szőttek a kúrián.

Oltra di questo m'ha detto (Frangepán), che in Ungaria il Lutherismo piglia gran piede et ch'alcuni de li prelati sonno contaminati, ma non tanto però che, se Nostro Signore ponesse cura a smorbar quel regno, *[non si potesse sperarne buon effetto,]* mandando o nuntio overo legato al re Gioanni, qual dice l'havrebbe gratissimo, per dar' ordine alle cose della fede et delle chiesie usurpate et distratte in molti modi, et per restituir le immunità ecclesiastice al luoco suo, perchè quel re non gli ha riscuardo alcuno. il che difficilmente forsi Sua Santità potrebbe fare senza la buona voluntà della Cesarea et questa Maestà, quantunche si debbe haver risguardo per qualche buon modo che quel regno non si perdi, accioch' oltra la satisfattion de l'offitio di Sua Santità, facendosi un concilio si possi haver per la chiesa quella natione, qual' è pur la quinta in l'ordine de Christiani.

— — — — — — — — — — — — — — —

Naustot alli 6 di luglio 1539.

Nuntiaturberichte etc. IV. 131.

384.

Carpentras, 1539 július 13.

Sadolet Jakab bíboros, carpentrasi püspök válaszlevele Frangepán Ferencz egri püspökhöz, a magyar püspökök megerősítése ügyében.

Jacobus Sadoletus cardinalis Francisco Frangepani Ungaro, episcopo Agriensi, S. P. D. Accepi tuas litteras mihi gratissimas, in quibus illud perhumanum, quod mea erga te officia plurimi facere videris. Quasi vero non ego ita agere debeam: aut sit quicquam, quod a me tuae eximiae virtuti et amori erga me non debeatur. Imo vero quaecunque mihi dabitur tibi commodandi et rem gratam faciendi occasio, sic ea utar, ut eodem tempore beneficium me abs te accipere sim arbitraturus. Quid enim est, quod potius agamus, quam ut faveamus bonis, et virorum insignium virtutes, cuiusmodi tu profecto es, iustis honoribus afficiamus? praesertim tanto amicitiae fundamento inter nos facto, quod non solum benevolentia mutua, sed iure etiam hospitii sancitum sit. Noli enim putare, me oblivisci posse illius humanitatis, qua tu adductus, Carpentoracte, ut me inviseres, divertere voluisti. Quo quidem tempore cepi fructum permagnum e conspectu et sermonibus tuis, de quibus scripsi ad pontificem ea, quae mihi videbantur: illud praecipue spectans, ut

siquid antea ille forte in tua natura fuisset offensus, animadverteret et sciret, inter elationem animi et libertatem plurimum interesse.

Quod de ecclesiarum dilatione confirmationis scribis: quum mihi tuae litterae sunt redditae, una item Roma scriptum a Joanne Marsupino tuo est, omnia iam esse transacta, praesertimque quod ad te attinet, fuisse perfectum. Quo equidem nuncio valde gavisus sum. Illud tantum dolui, me non fuisse in senatu, quum mentio de te facta est: iustis enim et debitis laudibus dignitas et virtus non caruisset. Quamquam illa quidem sine cuiusquam nostrum testimonio per sese splendida ipsa est. Ego illa verba in litteris tuis maximopere probo, tibique inprimis convenientia esse duco, quibus te confirmas nullis unquam iniuriis ab honore et cultu sanctae Sedis Apostolicae esse discessurum. Certe sic facere decet eos, qui Deum, non qui homines intuentur: quique, ut tu gravissime et sanctissime scribis, spectant ea, quae non videntur, non ea, quae oculis et sensibus subiecta sunt, in quibus homines falli et errare iam quotidianum est. Sed de his satis.

Tuae epistolae longissimae mihi forent suavissimae. Nam quas accepi, perbreves visae mihi sunt, tanta a me cum voluptate sunt lectae: qui si Romae essem, lacesserem te crebro meis scriptis. Nunc longe gentium absum, neque sane mihi constat, quod ad tempus sim in Urbem reversurus. Nam neque quicquam adhuc video, quod me illuc attrahat: et multa sunt hic, quae me detineant...

...Quicquid tamen egero, faciam te certiorem. Tu me... diligas, regique tuo meam et fidem offeras et observantiam. Brodericumque plurimum meis verbis salutes, valde te rogo. Carpentoracti, VII. Idus Julii, MDXXXIX.

Schmitth, Episcopi Agrienses II. 344. *Katona,* XX/2. 1232. *Jacobi Sadoleti,* episcopi Carpentoracti, S. R. E. Cardinalis epistolarum libri sexdecim. Coloniae Agrippinae. Anno 1572. 461. l.

385.

Bártfa, 1539 július 18.

Stöckel Lénárd örvend barátjának Werner Györgynek szerencsés visszaérkezésén, üdvözli fia születésének alkalmából és igéri, hogy Révai fiainak érdekében szivesen megtesz mindent, a mit lehet.

S. P. D. De reditu tuo, vir humanissime, nihil audivi priusquam me noster Marcus tuis verbis salutaret. Neque enim commisissem, ut literas, quas a Christophoro tuo mecum huc attuli,

tamdiu retinerem, si de tuo adventu antea certior factus essem. Ignosce, igitur, queso id quidquid est, quod nulla mea negligentia intelligis accidisse. Ceterum illud vehementer gaudeo, quod salvus atque incolumis ad tuos redieris, idque tum tua causa, cui omnia prospere evenire velim, tum reipublice, cuius vel maxime interest te, quod Deus faxit, quam longissimo tempore superstitem esse. Audivi te etiam nova prole, teque digna, interea, dum abfuisti, auctum esse. Quod Dei beneficium tibi ut sit perpetuum, etiam atque etiam opto, utque filiolum, quem modo in lucem editum vidisti, olim etiam florentem videre possis. Ex commemoratione D. Ecchii cognovi te de filiis domini Rheuaj quedam ad eum scripsisse. Quid de illis faciendum sit, vestrum esto iudicium. Tantum illud habeo polliceri, siquid Dominus Rheuaj prodesse me filiis suis existimavit, me libenter, quoad potero, summoque studio omnia esse acturum. Te cum tuis omnibus quam bellissime valere cupio. Bartphe XVIII. Julii M. D. XXXIX.

Tue humanitatis studiosissimus

Leonh. Stoeckel.

Kívül: Viro clarissimo D. Georgio Vernero, questori Regio, patrono suo. Eperies.

Révay-levéltár. — Másolta Ábel Jenő. Közli: BUNYITAY VINCZE.

386.

Visegrád, 1539 július 25.

Frangepán Ferencz egri püspök Morone nuncziusnak határozottan kijelenti, hogy a pápai megerősítésért járó díjakat — bár azokat ő Szentsége az ország véghelyeinek megerősítésére rendeli fordíttatni — nem fogja megfizetni.

....Scribitur mihi ex urbe, Sanctissimum Dominum nostrum velle bullas confirmationum nostrarum mittere per unum nuncium suum ad regem dominum meum, ea conditione, ut nos hic numeraremus nuncio illi omnem pecuniam, quam Romae pro huiusmodi confirmationibus expondituri eramus; quam tandem nuncius exponat hic in muniendis locis finitimis ad instantiam Maiestatis Regiae, clementissimi domini mei. Si ego, ut de aliis interim taceam, haberem pecuniam ad redimendas bullas, non institisset Maiestas Regia pro me apud Sanctitatem Suam, ut gratis confirmaremur. Sed quia vidit Maiestas Sua me non habere pecuniam, et hoc tum, quia episcopatus proventus non possideo integre, imo nec mediam partem, tum quia habui plus satis expensarum hiis annis tam in arcis

Agriensis conservatione, tam in obeundis publicis legationibus pro salute regni, non enim dantur nobis illa menstrua stipendia, quae solent dare Romani Pontifices suis nunciis vel legatis. Item ego sperabam, etiam sine regis intercessione servivisse tantum hic Sedi Apostolicae, ut gratis meruissem has bullas. Si igitur nuncius bullas laturus est ad manus Ser^{mi} Dni regis mei, bene quidem; credo Suam Maiestatem mihi gratis daturum litteras, qui gratis dedit episcopatum, et se habiturum hanc pecuniam apud se, quia ego et viginti millia ducatorum exposui de mea et sororis meae facultate in suis servitiis. Quod si ille dominus nuncius (quisque ille sit futurus) volet omnino, ut appendam sibi hic argentum illud, non debebat sumere tantum laborem, quia libere poterit reportare bullas in archivum Pontificis. Nam etsi haberem nunc illam summam pecuniae in marsupio meo, ut video statum rerum christianarum et huius regni praesertim, forte libentius haberem pecuniam, quam bullas. Ista cuiuscunque consilio sunt facta, videant ipsi. Credo hic nullum soluturum quicquid pro hiis bullis. Et Dominatio Vestra Reverenda videbit. Sed neque Maiestas Regia erit contenta, neque Sua Santitas mihi istud responsum dederat Romae ad supplicationem regis domini mei.

Si Dominatio V. R. videret nostra intrinseca, aliter cogitaret de istis. Dominationi V. R. rem meam ex animo commendo, tanquam illi, quem scio me ultra mea merita suo favore prosequi. Ego pecuniam non habeo. Miror quod non veniant istae bullae, nisi forte sicut post quinque annos sumus confirmati, rursum post alios quinque bullae afferantur. Omnia ista suspicor esse facta contra me. Quia forte amicus aliquis fuit contentus, ut alter oculorum sibi eruatur, dummodo mihi eruantur ambo... Ex Visegrado prope Budam die 25 julii 1539.

Közölte *Óváry Lipót:* Századok. 1877. évf. 7. l. — V. ö. Nuntiaturberichte aus Deutschland. Erste Abth. IV. 177.

387.

Bécs, 1539 július 26.

Aleander kardinális, pápai követ naplójából. — Sbardellato András [1] ujságolta Aleandernek, hogy a törökök Magyarországon Báta községet prédára hányták.

— — — — — — — — — — — — — — —

Dixit Sbardelatus nova habere quod Turcae egerint in praedam omnes habitantes cuiusdam oppidi, quod vocatur Batha, ad

[1] Ennek fia volt Ágoston, ezidőben esztergomi őrkanonok, később váczi püspök.

numerum 10000 animarum. in eo oppido multi nominis fuisse sanguinem Christi miraculosum.

Nuntiaturberichte etc. IV. 369.

388.

Bécs, 1539 július 27.

Aleander kardinális, pápai követ naplójából. — Várday érsek Bátáról és az ottani apátságról; a kalocsai érsek elutazásáról és Ferdinánd királynak szava meg nem tartásáról.

Dixit mihi hodie Strigoniensis, tempore quo vidit Batham, fuisse oppidum ducentarum domorum, sed intellexisse, quod postea multum sit auctus numerus; item quod multi ex pagis vicinis hoc tempore illuc concurrerant metu Turcarum circumcursantium.

Item quod in loco eminenti est monasterium quoddam, nobile sanguine miraculoso domini nostri Jhesu Christi, quem sanguinem dicunt Petrum Perini abstulisse in quandam suam arcem.

1539 die dominico 27 julii dixit Strigoniensis Colocensem discessisse admodum male contentum de rege, quia promiserit ei, se relaxaturum decimas ad episcopatum Agriensem attinentes et in fine negavit, id est promissa non servavit, id quod damnat maxime Strigoniensis, quia, inquit, potens est Colocensis apud regem Joannem, cui omnia libere dicit; et alii applaudunt et adlicentur *(így)* regi Joanni, ipse vero ingenue item pro bono dicti regis, quam pro bono Christianitatis; et quod potest multum prodesse et obesse huic regi, quantum attinet ad id, quod Maiestas Sua nunc procuret cum Joanne.

Dixit Strigoniensis Colocensem dixisse sibi et Thurzoni paulo ante discessum hinc suum: quantam fidem possum facere regi meo Joanni, quod rex Ferdinandus servabit promissa, quum videam ipsum erga me non servasse fidem?'

Dixit item Strigoniensis, pessimum fuisse regis in hoc consilium, neque se dicere ex privato affectu, ut ipse recuperet decimas a Joanne detentas; quinimo pro bono huius regis voluisset, ut relaxasset decimas Colocensi, etiamsi ipsemet Strigoniensis fuisset decimis suis propriis cariturus.

Nuntiaturberichte etc. IV. 369.

389.

Sáros, 1539 augusztus 1.

Werner György nagysárosi kapitány Réwai Ferenczhez. — Réwai azon kérésére, adjon neki tanácsot, hol neveltesse fiait: ajánlja Bártfát vagy Eperjest. Bártfán Stöckel Lénárt lesz tanáruk, kit Melanchthon nagyra becsül. Alkalmas szállásuk is lesz Eck Bálint városi főbirónál, kinek házában, mint tanulók, Perényi Mihály és Serédy Gáspárnak egy unokája is el vannak helyezve. — Eperjesen Fridericius András az iskolamester, ki ezelőtt sok éven át Kassán működött dicséretesen. Itt ő (Werner) fogadhatja a fiukat saját házába. Mindent összefoglalva mégis Bártfának ad elsőséget.

Magnifice domine, domine observandissime, seruitij mei recommendationem. Quamquam reditum huc meum gravior excepit casus, quemadmodum Magnificentiam Vestram et ex prioribus literis meis, et hominum sermone accepisse arbitror, tamen mihi cura et cogitatio de liberis Magnificentiae Vestrae non excidit. Et quia tum apud Eperienses nostros, tum Bartphae res scholastica et literaria restitui cepit et utrobique boni praeceptoris est copia, neque desunt, qui Magnificentiae Vestrae liberorum curam sunt suscepturi, liberum relinquitur eidem Magnificentiae Vestrae, utro in loco eos velit collocare. Bartphae habituri sunt praeceptorem Leonardum Stokl, quem tanti facit Philippus, vt in eius disciplinam principis sui filios tradendos esse duxerit. Atque ea fuit causa, cur postularet, vt reditum ex Francofordia suum expectaret, de quo me coram dicere memini. Ecchius noster, quem quid attinet Magnificentiae Vestrae describere et recommendare, non recusabit eos in aedes suas recipere, in quibus iam et Michael Pereny egregia indole adolescens, domini Casparis Seredj privignus, et eiusdem domini Casparis ex sorore nepos, honestissime habentur, qui itidem discendarum literarum causa illuc sunt traducti. Porro de illorum voluntate Magnificentia Vestra ex hic adiunctis literis cognoscet. In Eperies praefectus est scholae magister Andreas Fridericus, qui ludo Cassoviensi multos ante annos praefuit cum laude. Quod vero Magn. Vestrae filij non sunt desideraturi hospitium ea in civitate, in qua Vernerus habitat, id credo Magnificentiae Vestrae esse persuasum. Itaque, ut dixi, Magn. Vestrae relinquitur, utro liberos suos mittere velit. Quodsi Magnificentia Vestra, utro magis inclinet animus meus, scire expetit, etsi intelligo praesentiam liberorum Magn. V. non modo scholam nostram, sed etiam ciuitatem esse cohonestaturam, adeoque mihi facultatem praebituram, ut quod iam diu affecto, meam erga Magnificent. Vestram et domum suam

obseruantiam et affectionem declarare possim; tamen quum hic spectandum sit potius, quid pueris prosit, quam quid nobis publice aut privatim conducat, Bartphae eos omnino collocandos esse censeo, idque non modo propterea, quod talem praeceptorem, talem hospitem sint habituri, sed etiam propter alias causas, quae mihi aetatem, educationem, studia puerorum, denique praesentium rerum ac temporum conditionem reputanti minime contemnendae esse videntur. A me, quocumque tandem traducti fuerint, iubebit eos Magnificentia Vestra expectare, quaecumque ab homine deditissimo proficisci possunt. Dominus deus perpetuo servet et sospitet Magnificentiam Vestram, quae me velit habere recommendatum. Ex arce Saros prima die Augusti Anno 1539.

Eiusdem Magnificentiae Vestrae

Seruitor

Georgius Vernerus.

Credo Maiestatem regiam in locum domini Lascani breui alium Capitaneum huc esse missurum. Et si istac iter fecerit, recte pueri recommendari et coniungi poterunt.

Eredetije a báró Réwai-család stjavnicskai levéltárában. Közölte Frankl Vilmos: Réwai Ferencz nádori helytartó fiainak hazai és külföldi iskoláztatása 1538—1555. Pest, 1873. 68. l.

390.

Wittenberg, 1539 augusztus 4.

Luther Márton levele Révay Ferencz túróczi főispánhoz. — Igyekezik Zwinglinek az Oltáriszentségről szóló állítását czáfolni és Révayt annak elfogadásától visszatartani.

Generoso et clarissimo viro domino Francisco de Reva, comiti Thurociensi, domino suo in Christo observandissimo gratiam et pacem in Domino. Etsi literas tuas Vir clarissime inter multas occupationes scripsisse te videam: ipse quoque miratus tamen sum, quomodo tanta argumentorum copia Tibi ex Zwinglio inhaeserit in re Sacramentaria, et valde doleo istis argumentis ita moveri; sed cum ipse quoque sim occupatior modo, quam ut prolixius mihi scribere liceat: interim per Christum et salutem tuam te oro, ne corruas in hunc errorem, quod solum panem et vinum in Sacramento, et non corpus et sanguinem Christi esse credas. Nam argumenta tua sunt Zwinglii, contra quem nos multa scripsimus, sed vernacula, et multos, Deo gratia, convertimus. Quid enim absurdi

est credere, corpus Christi simul in coelo et in Sacramento esse? Johan. III. cap. dicit: nemo ascendit in coelum, nisi qui descendit de coelo, filius hominis, qui est in coelo. Si tum fuit in coelo, cum in terra ambularet, quomodo non simul erat in diversis locis? Cui ista sunt incredibilia, quomodo credet eum esse hominem? Quomodo sit in utero Virginis simul Deus essentialiter? Quomodo una persona simplicissimae divinitatis incarnetur, exclusis duabus reliquis? Mysteria fidei verbo sunt tradita et accepta, non ratione comprehensa aut iudicata. Valde, imo totum ratio est, quae dictat, idem corpus non posse in diversis locis esse; sed ratio est coeca, et quod ei est impossibile, Deo est facillimum. Mihi non est corpus idem in coelo et in terra. Sed quis sum ego? Mihi non est corpus meum in parva particula panis, sed quis ego? Deo non est impossibile omne verbum. Non qui comprehenderit, sed qui crediderit, salvus erit. Et iterum: si non credideritis, dicit Esaias cap. 7., non intelligetis, nec permanebitis. Miserrimus sit ille Deus, qui non dicit, aut faciat, quod nobis incredibile sit, sic enim nullum tandem habebimus articulum fidei, si judicio nostrae rationis aestimandus fuerit. Sed occupatus cogor hic sistere, iterum atque iterum rogans, ut in veteri fide Ecclesiae perstes, donec cum tempore argumenta tua copiosius solvero. Verba Dei: *hoc est corpus meum,* te non fallent. Tua ratio et hominum sapientia mendax est, et fallit. Christus Dominus te servet et dirigat Spiritu sancto suo. Amen. Datae Wittebergae 4. Aug. Anno 1539.

Tuae Excell:

deditus

Martinus Lutherus.

Kaprinai kéziratai: Series B. t.}44. p. 97. cum hac adnotatione: Hanc Lutheri epistolam refert Scultetus in Historia certaminum sacramentariorum folio XX. inde vero notis eam illustravit et edidit Georgius Horváth quondam Franciscanus, postea Apostata, in opusculo, quod ita inscribitur: Epistola D. Martini Lutheri ad Generosum et clarissimum Virum D. Franciscum de Reva, Comitem Thurociensem Hungarum olim data, nunc vero per M. Georgium Horvath quondam in Hungaria Franciscanum, jam autem Proselytum Evangelico-Lutheranum nonnullis accessionibus vulgata. Vitembergae et Servestae apud Sam. Godofr. Zimmermannum. 1754. *(Kaprinai jegyzete.)* — Praeterea edidit: Ribini: Memorabilia. I. 43. et Religio 1892. I. 330. Originale, ut asseritur, in tabulatro conventus Lelesziensis.

391.

Bécs, 1539 augusztus 9.

Morone nunczius a magyarországi ferenczrendűek bizonyos ügyét, a melyet Frangepán egri püspök is pártolt, a ferenczrend kardinális-protectorának ajánlja.

— — Mando a V. R^{ma} et Illma S. l'incluse minute de bolle et copie di lettere del Rev. vescovo Agriense di Francapani et del custode di Strigonio *(nincsenek mellékelve)*, dalle quali comprenderà il loro desiderio et bisogno della religione Minoritana in quelle parti d'Ungaria. et perchè V. R^{ma} et Illma S. ha la protectione dell' ordine et questa cosa, come essi dicono, è di qualche momento, ho voluto per non mancare al debito dell' osservanza mia verso quella havere ricorso a lei et suplicarli si degni fare sopra ciò qualche consideratione et provisione, come parerà espediente alla prudentia sua, et darmi risposta, perchè scriverò a monsignore Agriense havere il tutto inviato alle mani di V. R^{ma} et Illma S... da Vienna alli 9 d'augusto 1539.

Eredetije Cod. Vatic. 6414. fol. 213a. Nyomtatásban kiadva: Nuntiaturberichte aus Deutschland. Erste Abth. 1533—1559. IV. 177. jegyz.

392.

1539 augusztus 11.

Ujlaki Ferencz győri püspök a soproni városi tanácshoz intézett levelében kijelenti, hogy nem engedheti meg a városnak azt, hogy éveken át tarthassanak vissza beneficiumot.

— — Scriba meus retulit mihi ea omnia, quae dominationes vestrae per notarium suum in negocio illius plebaniae ad me nunciarunt. Ea ergo res in eodem statu maneret, sicut iam pridem Dom. V. statuerant et disposuerant. Ad id tamen ego accedere neque possum, neque facere mihi licet; si enim in aures Regiae Maiestatis ea res veniret, posset Sua Maiestas — nescio quid male suspicionis concipere tam de me, quam de vobis etc.

Eredetije Sopron város levéltárában. Közli *Póda:* A soproni kath. plébánia stb. története. 10. l.

393.

Bécs, 1539 augusztus 12.

Aleander kardinális pápai követ naplójából. — Dr. Held Mátyás császári követ Mária királynéról.

Die martis 12 augusti pransi sunt apud me Rev. episcopus Mutinae nuncius apostolicus, vir clarissimus doctor Mathias Held orator Caesareus, et Rev. episcopus Viennae, qui circa finem prandii petivit veniam discedendi, quod vexaretur a calculo.

Εἶπεν ὁ Ἕλδ se dixisse alias Caesari τὴν αὐτοῦ κασιγνήτην Μαρίαν εἶναι αἱρετικὴν μέχρι τοῦ *[olvashatatlan szó]*, gallice locutus. petivi in quam partem acceperit ὁ Καῖσαρ. bonam, inquit, quia sciebat me loqui e zelo fidei.

Nuntiaturberichte etc. IV. 383.

394.

Asszonyfalva, 1539 augusztus 13.

Kaposi Péter csornai prépost Nádasdytól mint kegyurától a zaklatások ellen védelmet kér.

Magnifice domine... Ratione quarundam litterarum statutoriarum pro parte consortum Petri Zalaÿ et Nicolai Laczowÿth per testimonium conventus mei executarum et extradatarum conatur me fiscalis regius, Blasius scilicet Litteratus, et conventum hunc ad hoc compellere, ut sigillum huius conventus personaliter in presentiam domini Rewaÿ producere debeam. Allegat enim dominus Karol, in favorem prescripte partis minus iuste illas fuisse emanatas. Quidquid (!) credat Vestra M(agnifica) D(ominatio), secus, quam allegat, esse, quandoquidem superioribus annis ille littere sunt legittime (!) execute et emanate. Nec alioquin ego subterfugerem accedere in presentiam domini Rewaÿ, sed, si hoc facerem, vergeretur in detrimentum iuris patronatus M. V. D., qui de me et conventu iudicium et iustitiam habet administrare. Supplico V. M. D. velit scribere domino Thwrzoni, locumtenenti Regie Maiestatis et domino Rewaÿ, ne preter auctoritatem iurispatronatus V. M. D. ad prescripta me cogerent. Litteras V. M. D. ego ipse presentare facio ipsis dominis, quibus sonabunt. Rursus Eidem supplico, ne me in hac parte opprimi patiatur, quum neminem post Deum preter

D. V. M. auxiliatorem haberem et super hiis V. M. D. valere cupio. Ex Azzonfolwa feria quarta proxima post festum Clare, anno etc. 1539.

Eiusdem vestre magnifice Dominacionis

capellanus Petrus[1]
prepositus Chornensis.

Kívül: Magnifico domino Thome de Nadasd regnorum Dalmatie, Crovatie et Sclavonie Bano, ac comitti (!) comitatus Castriferrei.

Eredetije az országos levéltárban a Nádasdy-levelek K. csomójában.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

395.

Bécs, 1539 augusztus 15.

Aleander kardinális pápai követ naplójából. — Dr. Held Mátyás császári követ Fráter Györgyről.

Die veneris 15 augusti ὁ Ἑλδ εἶπεν ἐμοὶ παρόντος τοῦ Μοτινέως quod Joannes[2] muliebrem habet vocem, simulator atque dissimulator, usque adeo tamen, ut illius τέχναι omnibus cognoscantur...

— — — — — — — — — — — — — — —

De fratre Georgio ordinis sancti Pauli, episcopo Varadini, thesaurario regis Joannis, in tantam superbiam et fastum atque autoritatem elato, ut rex sui regis et regni dici possit, ait eum esse genere Sclavonum, ignobilissima stirpe, rusticis moribus, indoctissimum, robustum, auribus hirsutis, pecoris instar fetentem, foris indui cuculla alba usque ad terram et capitio, domi vero eam deponere, omnibus modis rapere et devorare regnum mille milleque technis et nullo pudore; propterea tantum posse apud Joannem, quia illius fiscum semper auget, sed et suum non minus. nunquam horas canonicas dicere, gloriari quendam *[beglerbég]* alicuius nominis, Turcam natum, esse suum consanguineum et sic inter se vocare utrumque. interrogatum autem quomodo id fieri possit, quum ille sit verus Turca, respondisse, se nescire originem, sed ita esse, latine loquutum pessime semper intermiscendo aliqua verba hungarica.

Dixisse eum, potius quam regnum Hungariae perveniat in manus exterorum, puta Ferdinandi aut huius domus, se iturum ad Turcam et se dare velle omnia haec loca devastare personaliter coelumque terrae miscere.

[1] Cognomine Kaposi ut ex aliis eiusdem anni ex Nagy-Barathy scriptis litteris apparet.

[2] János király.

Omnibus modis demulcet et sibi obnoxios habet equites Hungaros, quos vocant husarones, et alios milites, habereque semper eorum primos in mensa, mirifice eos tractare. quum incaluerunt mero, gaudere eum plurimum, quod omnes uno impetu in mensa cantant cantionem illam peculiarem Turcis pro precatione: illalahi etc., et eum ad hoc eos excitare. in summa ita eos sibi habere ad manus, ut ipsi nunc Joanni sit maxime formidolosus, quod nec Joannes dissimulat, quinimo esse apud omnes suspicionem atque adeo prope communem rumorem, quod meditetur sibi vendicare regnum; et quum sit sacerdos, non curare, quia auxilio Turcarum speret se regnum conservaturum sibi, si arripiat illud; quinimo facile etiam Turcarum fidem secuturum. ad hoc accedit et aliud signum: quod sacerdos, ut dixi, et monachus tamen cum suis Hungaris usaronibus tractat arma lanceamque et huiusmodi comedia sub dio in longa mensa, cinctus illis equitibus Hungaricis, ut supra dictum est.

Dixit se non curare confirmationem suae ecclesiae factae a papa, dummodo Turca sibi permittat eam pacifice possidere; imperatorem nostrum, reges, pontificem nihil esse prae Turca; illum omnia posse, sibi omnibus antestare.

Quum rustici adducunt ligna Budam vel quidpiam venale, eos cum curribus detinet, quamdiu habent pecunias illas quas receperunt e venditione rerum, et interim ipsis et eorum currili et equis uti in vehendis lapidibus, lignis et huiusmodi ad aedificia vel publica vel privata sua. propterea partes fugiunt recusantque venire in regiam. hinc fit ut in fertilissima Hungaria tanta sit penuria rerum ad victum necessariarum in aulis regiis etiam Budae. id quod Held dicit accidisse in Vissegrado nuper, loco amoenissimo a Mathia aedificato citra Budam 15000 passuum, ubi rex ac regina vix habebant quid comederent, et se excusabant doctori, quod locus esset sterilis. contra vero dicebat Held regi Joanni non hoc provenire e sterilitate loci, quum illic saltem sit propingua Buda terra fertilis, sed quod non est tutum pauperibus rusticis aut aliis mercatoribus advehere in regiam necessaria propter rapinas militum et aliorum, qui vias male tutas reddunt. et re vera undequaque audimus tanta oppressione gravari miseros colonos in Hungaria a militibus et nobilibus Hungaricis, ut nusquam gentium aut temporum fuerit visa aut audita maior oppressio. et miramur nunc Hungariam ita affligi, quinimo timenda est maior Dei plaga succurrere volentis misero illi populo praesertim agrestali inductione novi regis, quem dubito forte Turcam! quod Deus nolit, sed potius det illi regno

regem bonum vel vertat corda huius et illorum militum, quod vix unquam credi poterit!

Nuntiaturberichte etc. IV. 384., 385—387.

396.

Bécs, 1539 augusztus 12—15.

Morone János apostoli nunczius följegyzéseiből. — Held Mátyás nyilatkozatai magyarországi dolgokról, Mária királynéról, a lundi érsekről.

Sumario de doi ragionamenti fatti col signor dottor Mathia, orator Cesareo, in casa et in presentia dil R^{mo} legato alli 12 et 15 agosto 1539, con alcuni altri fatti particularmente de me alli 15 in corte regia la matina.

Circa le cose de Ungaria.

Ch'il re Gioanni vive in continoa sospettione nè si fida de alcuni delli soi, come gli ha detto il vescovo Agriense de Francapani, et principalmente teme de frate Georgio, vescovo di Varadino et thesauriero dil regno.

Ch'al iuditio suo non havrà longa vita, perchè patisse di milza et ha continui rutti et vergit ad hydropesim, et pensa non havrà prole.

Che per ogni via accumula danari et pensa ch'il dissegno suo sia de abandonar una volta il regno et retirarse in qualche luoco con grosso thesoro.

Che vive ex rapto senza pagar cosa alcuna, et fa grandissime extorsioni alli subditi, nè serva alcun splendor regal.

Che non si serva giustitia alcuna in quel regno, et chi ha maggior forza et usa più violentie, quello è più extimato, nè il prefato re è havuto in riverentia alcuna.

Che si maraviglia come il Francapani et Broderico Vacciense possino vivere in quel regno così disordinato.

Che è avarissimo et di natura astuto et timido et di età di circa sessanta anni, et negotia vaframente, partendosi sempre con molti diverticoli et molta lubricità dal scopo principale, et il medesimo fanno gli consiglieri.

Che gli populi desiderano questo Ser^{mo} re de Romani, perchè sperano esser liberati de tante vessationi.

Che quelli sangiacchi, bassa et primati dil Turco molte volte imperiosamente mandano a dimandar al re Gioanni hor denari,

hor questa cosa et quel'altra, et egli non ha ardimento negarli cosa alcuna.

Che frate Georgio vescovo di Varadino apertamente affetta il regno et ha seguito de tutti gli audaci et scelerati et continoamente vive con loro, intertenendoli con ogni dissolutione de vita et speranza de premii.

Che tien bona correspondenza col Turco et ha detto, purchê 'l stia ben col Turco, che non si cura d'altri, et se intertiene per ogni via con quelli bassa et principali di esso Turco.

Che non si sa di qual luoco egli si sia et se è Turco o Christiano, perchè egli ha detto che Beglierbek è suo parente, et tamen porta l'habito bianco da monaco.

Che la regina figliola dil re di Polonia gli vol male.

Ch'essa regina è famosa et di bon ingegno, ma mal contenta.

Ch'il Turco ha detto, che si maraviglia come il re de Polonia d'antiqua nobilità di sangue habbia dato una figliola a questo suo mancipio.

— — — — — — — — — — — — — — —

Ch'il Francapano è molto astuto et non gli pare tanto real' et sincero nel negotiare come lo tenea, per haversi molte volte contraditto et maxime in la restitutione d'alcune decime di chiesie usurpate da queste due Maestà, parte de quale del vescoato de Agria et d'altre chiesie sono in mano di questo re, et parte del arcivescoato de Strigonia et d'altri sono in mano del re Gioanni, et il prefato Francapani offerse qui, se questo re voleva restituir le decime alli subditi dil re Gioanni, ch'il suo re havrebbe restituito le decime alli soi subditi; et quando questo re è stato contento, il re Gioanni non ha voluto consentire et il Francapani è stato depreso in falsità.

Ch'il Broderico Vacciense[1] ha detto in publico, s'il re Gioanni si contenta, che vol concedere alli soi subditi quel, ch'il papa non vuol fare, cioè la comunione sub utraque et il matrimonio de sacerdoti, et che egli per il primo pigliarà moglie.

Ch'il Statilio vescovo de Transilvania ha mal nome in quella provincia.

Ch'el non sa quanta intrata ordinaria habbia, perchè l'ordinario è molto estenuato; ma le rapine sono infinite.

— — — — — — — — — — — — — — —

[1] A lap szélén: questo è mezzo lutherano et infirmo quasi phthisico.

Della regina Maria.

Che la regina Maria favorisse Lutherani et è donna ostinatissima et di suo cervello.

Del Lundense, ditto a me separatamente.

Che ha trattato sordidamente le cose di Ungaria tra questi doi principi et ha accettato molti doni dal re Gioanni et da quelli prelati de Ungaria, et fra gl'altri, che frà Georgio etiam con minaccie gliel' ha cignato.

Ch'il re Gioanni gli havea promesso il vescoato di Vaccia con alcune condittioni, la quali poi non furno adempiti a tempo, et per questo non ha voluto darglielo.

— — — — — — — — — — — — — — —

Nuntiaturberichte aus Deutschland. Erste Abth. IV. 407—411.

397.

Beszterczebánya, 1539 augusztus 16.

Beszterczebánya város birája- és tanácsának levele Leudischd György késmárki lelkészhez. — Nem akarván Laszky neheztelését magukra vonni, tanácsa szerint más prédikátor után fognak nézni.

Der fride vnd die Gnad Jesu Christi vnnsers seligmachers, seÿ mit vns allen. Erwurdiger besonnder gunnstiger lieber herr Georgÿ. Aus e. w. schreiben, so wir verhofft, vnd vns doch nun zun khumen, vernemben wir, das sich e. w. nit wenig bekhumert, dieweil Ir das Eurige noch nicht verkaufen khundt vnd die schuldtleut zu friden stellen, ob Ir zu vns khumen solt oder nit? eurem berueff vnd zunsagen nach, aber Ja entlich, wo wir bis auf Michaelis nit warten khunten, vns treulich ratten thut, das wir vnnserenn begeren nach ein andern erkiesen sollen? Geben wir hiemit E. w. zuuernemben, das wir hier innen nit klain besorg tragen, das, wo sich E. w. zu vnns jetzt verfueget, vnd des herrn Laszkhÿ Gnadt kut vnd vnderthan nit volkhumblich vergnueget, wir gegen seinen Gnadt in grossem verdacht sein wurden, als wurde E. W. mer von vns, dan von sein G. zu gewärte haben. Zu disem argwan helft nit wenig seiner G. vnwillen gegen E. W., so Im dieselb disen wenig beruf von vnns anzaigt hat, dan man spricht, wo es sonnst ein nass ist, so mag es leicht regnen, das es gar vnd follen [vollends] vnnwegsam werden mag.

Wiewol E. w. als ein Euangelisch man solchn Zorn vnd vnwillen nicht vast acht, so wär es vnnsers achten nicht zu thun, das wir dises verdachts verursacher waren, dan E. W. sagt selber, gegen einem paumb, der ein schadten gibt, soll man sich naigen. Wir wollen lieber solchs pessers glimpfs vnd christlichen lieb vns vnd Euch, damit nit E. w. getadlet wurde, als thet Irs mer auss geitz dan benederlichen vnd Christlichen lieb, als dan jetzo die welt vber dj fromben gar ein gifftige Zungen hat, verhuetten. Wiewol wir auch bisher mit E. W. ein mittleiden gehabt, doch in steter hoffnung gestanden, E. W. wurde sich vnnsern beruef nach nicht geraidt noch beschwert haben, sich alhieher zuuerfuegen, dieweil aber solchs nicht geschehen, werden wir, auf euren rat, verursachen vnnserenn gewissen nach weiter zuhandlen, auf das wir nicht wie die ellenden schaf noch lenger verlassen wurden. Solchs woltn wir E. W. auf derselben schreibn benederlichen manerung nicht verhalten, damit verleich vns Got sein gnadt allen. Geben Im Neuensoll den 16 august a° 1539.

Richter vnd Rat der Stat
Neuensoll

Dem Erwirdigen Herrn Georgium Lauvdischd Pfarrer Im Keszmarkht vnnserm lieben herren.

Eredetije Beszterczebánya város levéltárában. Ad Fasc. 209. Nr. 11.
Közli: TIMON ÁKOS.

398.

Bécs, 1539 augusztus 16.

Thurzó Elek írja, hogy minden Károly császár Németországba való jöveteléről függ és attól, meg tud-e a lutheránusokkal egyezni; János király fél a békekötés és más szerződések nyilvánossá tételétől.

...Omnia nunc dependunt ex adventu Cesaris Karoli in Germaniam, qui, si cum Lutheranis poterit concordari, res nostre erunt tutiores... Doctor Mathias Helt quali responso a Joanne rege redierit, non est opere pretium, ut multis describam. Res est iterum prorogata ad Cesarem. Facile tamen apparet ex multis argumentis Joannem abhorrere a publicatione pacis et aliis pactis etiam, cum denuo querat opera Regis Polonie res suas apud Turcum firmare... Vienne 16 Augusti 1539. *A.[lexius] Thurzo.*

Czíme nincs. — A gróf Nádasdy-család levéltárából másolta Ábel Jenő.
Közli: BUNYITAY VINCZE.

399.

Róma, 1539 augusztus 18.

Farnese kardinális Aleandernek: Rorario végre útnak indul Magyarországba és magával viszi a megerősítő bullákat. Rómában megütközést kelt, hogy Ferdinánd király a neki alávetett magyar püspökségek betöltését nem kívánja. A szentatya állandó nunciust óhajtana Magyarországban tartani.

— — — — — — — — — — — — — — —

messer Hieronymo Rorario — finalmente se ne va a portar la spada destinata al figliolo del re di Polonia et a far appresso quella Maestà tutti quei boni et amorevoli officii, che si convengono a bon padre, secondo potrà vedere per le instruttioni che porta, alle quali mi rimetto cosi in questo come nel resto, et particolarmente sopra la speditione delle chiese di Ungheria, che medesimamente porta con ordine, che del ritratto si faccia attual deposito appresso qualche mercante bono et sicuro, et dipoi si spenda in fortificare qualche loco più debole et importante nelli confini di quel regno, secondo si è scritto altre volte a V. S. R^ma^.

Morone nunciusnak is írt és megbízta, che nella occasione di parlar con la Maiesta del re (Ferdinánd) delle chiese di Ungheria, li ricordi, che qui non passa appresso ciascuno senza nota sua et appresso Sua Santità senza qualche meraviglia, che la non mandi per le provisioni delle chiese di Ungheria suggette a Sua Maiestà, havendovi mandato il re Giovanni, et di più, che tenti come Sua Maiestà piglierebbe se Sua Santità mandasse un nuntio al re Giovanni, secondochè Sua Beatitudine dissegnarebbe, havendo inteso che quel re l'harebbe caro et che sarebbe necessario per la conservatione della religione in quel regno, che par che cominci a declinare, et così ancho in quel di Polonia, oltre che non potrebbe se non servire di molto per lo stabilimento della pace et conservatione della bona amicitia tra quelle due Maestà. nella qual cosa, se bene a Sua Santità non ne habbia da correre altro che spesa, pure per non mancare in tutto quello potrà sempre alla causa publica, non sparagnerà nè a spesa nè a cosa alcuna.

— — — — — — — — — — — — — — —

Da Roma alli 18 di agosto 1539.

Nuntiaturberichte etc. IV. 159., 160.

400.

Buda, 1539 augusztus 17.

János király meghagyja a szász-beszterczeieknek, hogy az ottani domonkosiakat ne háborgassák és károsítsák.

Joannes Dei gracia rex Hungarie etc. fidelibus nostris prudentibus et circumspectis Iudici et Iuratis ciuibus ciuitatis nostre Bistriciensis. Salutem et graciam. Ex querulosa supplicacione religiosorum fratrum ordinis sancti Dominici in ista ciuitate nostra Bistriciensi degencium intelleximus, qualiter vos ipsos diuersis iniurijs afficeretis, et varijs eciam modis turbaretis, quandam enim piscinam ipsorum propriam occupassetis, cuius aquam ad voluendum quoddam molendinum sutorum istius Ciuitatis nostre deriuari fecissetis, ea eciam que ipsis fratribus a certis personis testamentaliter legarentur, et que dietim vobis innotescerent, pro vobismet ipsis vsurparetis. Ceterum quociescunque taxam seu contribucionem Nobis exsolueretis, eciam ipsos ad soluendam taxam racione allodij ipsorum cogeretis. Sepius eciam dum ipsi fratres gracia peragendorum negociorum suorum exirent in ciuitatem, eos[1] ad cenobium ipsorum non intromitteretis. Preterea annis superioribus centum florenos mutuo ab ipsis fratribus accepissetis, quos in hodiernum usque diem minime eisdem restituissetis. Quapropter volumus et fidelitati vestre harum serie mandamus firmissime, quatinus acceptis presentibus et premissis, sic, vt prefertur, stantibus et se habentibus, dictos fratres pacifice istic tenere debeatis, neque iniurijs aut aliquibus violencijs et dampnis ipsos afficere et turbare atque illa, que ipsorum sunt, pro Vobis occupare, neque eciam de allodijs ipsorum, si de vestris et aliorum allodijs censum aliquem non exigitis, taxam aliquam ab eisdem exigere audeatis, vt libere et quieto animo Deo seruire possint. Vobis enim pati nolumus, vt ipsos fratres hoc pacto indebite molestetis. Preterea piscinam ipsorum eisdem pacifice vtendam relinquere et de illis eciam centum florenis, quos ipsis, prout ipsi dicunt,[2] ipsos contentos reddere omnino debeatis. Et aliud nulla racione facere presummatis, presentibus perlectis exhibenti restitutis, Datum Bude die dominico proximo post festum Assumpcionis Beatissime virginis Marie, anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo Nono. *Joannes Rex* m. p.

Eredetije a beszterczei városi levéltárban. Közölve *Wittstock*, Beiträge zur Reformations-Geschichte des Nösnergaues. Wien, 1858., 53—54.

[1] Az eredetiben : et. [2] Kimaradt : debetis.

401.

Kelet nélkül, (1539 augusztusban).

Frangepán Ferencz egri püspök kéri Ferdinánd királyt, tiltsa el Serédy Gáspárt a zemplénmegyei tizedek felszedésétől és mentené meg a lakosokat annak a sárkánynak zsarolásaitól.

Serenissime Rex, Domine Clementissime. Post orationes et humillimam servitutem. Supplico Maiestati Vestre Sacre, dignetur et scribere et nuntiare domino Seredi per dominum Vernerium, ne immittat se in decimas meas comitatus Zempliniensis, quia ille comitatus totus fuit declaratus Maiestatis Regie, Domini mei, in inducijs factis in Rozghon, ut patet ex literis induciarum et etiam magnificus dominus de Felz ista bene novit. Istud iustitia requirente peto a Vestra Maiestate, si pro laboribus nihil mereor. Item duas villas ecclesie mee occupat Seredi, quas supplico, ut remittat profecto. Non tantum curo redditus illarum, quantum me movet clamor illorum oppressorum, qui quottidie currunt ad me cum lachrimis obtestando me, ut e manibus illius draconis liberem eos, qui dicunt, se ultra pati non posse tirranidem et sevitiam illius. Alioqui et nunc maior pars illorum aufugit, ita ut dictum est mihi, in altera earum, ubi erant familie 75, iam vix 25, et illi quoque mox aufugient, si viderint, me nihil hic in negotio eorum obtinuisse. De hiis duabus rebus humiliter peto gratiosum responsum Maiestatis Vestre Sacre.

Eiusdem Vestre Sacre Maiestatis

servitor humilis et Cappellanus
Frater Franciscus de Frangepanibus
Agriensis subscripsit.

Egy félív papír egyik oldalán, kelet nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1539. S. d. 29.*

Közli: Bunyitay Vincze.

402.

Bécs, 1539 szeptember 1.

Ferdinánd király János király kérésére meghagyja Pozsony város hatóságának, hogy némely, Budáról Pozsonyba szállított egyházi öltönyöket a budai Nagy-Boldog-Asszony templom részére visszaszolgáltassa.

Ferdinandus etc. Prudentes et circumspecti fideles dilecti. Reverendus dominus archiepiscopus Colocensis, qui superioribus diebus nomine serenissimi regis Joannis orator ad nos venerat, egit

nobiscum nomine regis sui, ut aliquid vestium et indumentorum ecclesiasticorum, quae videlicet annis superioribus ex aede Divae Virginis Mariae civitatis Budensis Turcorum metu istuc Posonium allatae, manibusque vestris assignatae sunt, in ecclesiam ipsam Divae Virginis ad cultum divinum et ornamentum ecclesiae dari iuberemus. Volumus igitur, vobisque mandamus, ut aliquot ex illis rebus simplicioribus, tum indumenta altaris, tum casulas et cappas, iis, qui pro eis venerunt, sub bona cautione [tradi] feceritis, praesentes autem litteras pro vestra expeditione reservetis. Datum Viennae prima Septembris. Anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo nono.

Ferdinandus m. p. (P. H.)

Kívül: Prudentibus et circumspectis iudici, magistro civium, ac iuratis civibus civitatis Posoniensis, fidelibus dilectis.

Hevenesi-kéziratgyűjtemény. XXXV. 29. l.

Közli: Dr. RAPAICS RAJMOND.

403.

1539 szeptember 1. körül.

Fejérvári Tamás és Győri János székesfejérvári kanonokok nagyságos Devecseri Choron Andrással egyességre lépnek. Choron visszaadja a fejérvári káptalan Káptalanfalva másként Sárosd nevű egész faluját és szőllősi részeit, a kanonokok pedig megengedik, hogy jobbágyaik ez év október 18-ig még némi szolgálatokat tehessenek Choron ő nagyságának.

Andreas Choron de Devecser remittit Capitulo Albaregalensi pagum Káptalanfalva alias Sárosd vocatum et portiones in pago Szőllős prope Devecser habitas. Nomine autem Capituli Thomas Fejérvári et Joannes Győri canonici Albaregalenses permittunt subditis suis, ut usque ad 18-am diem m. Octobris magnifico Andreae nonnulla servitia praestent.

Eredetije a vasvár-szombathelyi kápt. levéltárában. Litt. instrumenta. f. 21. Nr. 14.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

404.

Pécs, 1539 (helyesen 1529) szeptember 5.

János király meghagyja Brodarics István szerémi püspöknek, hogy az iregi pálosokat jogtalan támadók ellen védelmezze.

Joannes Dei gratia rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Fideli nostro reverendo domino Stephano Broderyth, episcopo Sirmiensi ac Consiliario Nostro s. et gr. Quoniam Nos fideles

nostros religiosos Fratres Heremitas Ordinis Beati Pauli primi Heremitae in claustro Sancti Jacobi in Monte possessionis Ireug vocatae fundato degentes, simul cum universis bonis et iuribus ipsorum possessionariis, iustis ut puta et legitimis, in nostram Regiam recepimus protectionem et tutelam specialem, viceque et in persona Nostrae Maiestatis vestrae commisimus tuitioni et protectioni; pro eo Fidelitati Vestrae harum serie firmiter mandamus, quatenus praefatos Fratres, in dicto claustro S. Jacobi degentes, simul cum praescriptis universis bonis et Juribus ipsorum possessionariis ubilibet existentibus et habitis, iustis ut praefertur et legitimis, contra quoslibet illegitimos impetitores, turbatores, et actores tueri, protegere, ac eosdem indemniter manutenere modis omnibus debeatis et teneamini, Nostrae Maiestatis in persona et Authoritate Nostra Regia praesentibus vobis in hac parte attributa, iureque et iustitia mediante. Secus non facturi. Praesentibus perlectis, exhibenti restitutis. Datum Quinqueecclesiis feria sexta proxima ante Festum Nativitatis Beatissimae Virginis Mariae, Anno Domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo[1] Nono.

Koller, Historia Eppatus Quinqueecclesiarum V. 247.

405.

Bártfa, 1539 szeptember 7.

Stöckel Lénárd Réwai Ferenczhez. — Készséggel fogadja fiait házához nevelésbe.

S. P. D. Quod magnificentia vestra sua charissima pignora meae potissimum curae ac fidei committere voluit, id ego non tam meae virtuti aut dignitáti tribuo, quam munificae erga me voluntati vestrae, cui ut omni vicissim officio respondeam, quanto possum studio diligentiaque curabo. Id ego vestrae magnificentiae pluribus verbis promitterem, sed mea semper cura fuit, re ipsa ut mallem meum studium, quam verbis probare. Habebo filios vestrae magnificentiae mecum in mea habitatione, ne in ipsa turba puerorum esse cogantur, et quidquid ad institutionem eorundem pertinebit, in eo ita meminero mei officii, ut si id in praesentia vestrae magnificentiae facerem. Faxit Deus opt. max., ut vestra magnificentia quam diutissime sit superstes, et olim magna cum voluptate videat liberos suos se dignos et hoc gradu, in quem divinitus sunt collocati. Me vero

[1] Verisimiliter erronee pro: *vicesimo.*

vestrae magnificentiae etiam atque etiam commendo. Bartphae septimo die septembris. Anno Domini 1539.

V. magnificentiae deditissimus
Leonhardus Stöckel.

Eredetije a báró Réwai-család stjavnicskai levéltárában. Közölte Frankl V. Réwai Ferencz fiainak iskoláztatása. Pest, 1873. 52. l.

406.

Bécs, 1539 szeptember 8.

Ferdinánd a magyar főpapok és főurak felszólalására megtiltja Pozsony városának, hogy Oláh Miklós ellen külföldön az apostoli szék követénél folytasson pert. Utasítja a várost a hazai törvényszékhez.

Ferdinandus etc. Fidelibus nostris prudentibus et circumspectis iudici, magistro ciuium et iuratis ciuibus ac communitati ciuitatis nostre Posoniensis salutem et gratiam. Accesserunt ad nos vniversi proceres ac Magnates atque eciam Nobiles Regni nostri Hung., qui nunc apud nos sunt, conquerentes nomine tocius regni pervehementer de vobis, deque vestra accione, videlicet, qui membra Hungarie existentes subditum indigenamque eiusdem regni reuerendum Nicolaum Olahum, custodem ecclesie Albensis, secretarium et consiliarium nostrum in externam iurisdictionem ad externumque iudicem, reuerendissimum dominum Legatum apostolicum, qui nunc apud nos legacionis munere fungitur, temere citandum curastis,[1] asserentes ipsi domini, proceresque id in derogamen iurisdiccionis ac contra legem et libertatem publicaque illius Regni decreta esse, posseque inde sequi, vt hec res per licenciam paulo post in vsum veniat, ipsiusque regni antiqua prerogatiua paulatim collabatur et pessumeat. Suplicarunt itaque Nobis, ne sineremus hoc temerarium exemplum contra antiqua regni illius statuta legesque longius manere. Nos eorum suplicacione et querelis acceptis, Regie equitatis esse duximus, vt fidelibus subditis suas leges, sua iura libertatesque saluas seruemus. Proinde vos ab hoc cepto, atque a prosequucione eius cause cohibemus, vobisque perpetuum in hoc silencium imponimus; mandantes vobis, sub pena in generali decreto regni superinde expresso, vt a prosequenda ea lite desistatis et

[1] Et re quidem vera Nicolaus Oláh: «mandatis domini Legati obedire volens de ultimis finibus Germanie puta ex Barbancia (!), ubi tunc agebat, que licet ab Hungaria 170 milliaria distarent (!), attamen ipse non sine magno dispendio expensarum in equis sextusmet primo Viennam, deinde Posonium citatus» venit.

supersedeatis. Et quum manifeste constet, teneri vos ea pensione, ob quam litem ipsam mouistis, iubemus vobis, ut pensionem ipsam tam videlicet eam, que hactenus a vobis pretermissa insolutaque est, vnacum pena duppli, quam propter non solucionem incurristis, quam eam, que deinceps debebitur, ipsi Nicolao Olaho, qui altare ipsum possidet, citra aliquam tergiuersacionem et cauillacionem, iuxta formam obligacionis antecessorum vestrorum semper exoluere ipsique de eo simulque de expensis, per ipsum in hac causa factis, satisfacere eumque contentum reddere debeatis. Quod vero ad causam et litem, quam contra ipsum Nicolaum Olahum eius pensionis pretextu mouere intenditis, potestis, si ita vobis libitum est, actionem vestram iuxta contenta decreti prosequi coram iudicibus Regni ordinariis et non deerit vobis iusticia. Secus ergo in premissis ne faciatis, nam alioquin Nos iusticia requirente ea faciemus ad instantiam ipsius Nicolai, que equitatis et iusticie racio demonstrat. Presentes post lecturam reddi iubemus presentanti. Datum Vienne in festo Beatissime Marie Virginis A. d. 1539.[1]

Közölve Magyar Sion I. (1863) 633.

407.

Pozsony, 1539 szeptember 11.

Bornemisza Gergely budai lakos térítvénye az általa átvett, Budára szállítandó egyházi öltönyökről. (V. ö. 402. számot.)

Ego Gregorius Bornemisza, inhabitator civitatis Budensis, recognosco et fateor per praesentes, me ex speciali commissione sacratissimae Romanorum, Hungariae, Bohemiae etc. regiae Maiestatis etc. prudentibus et circumspectis iudici, magistro civium ac iuratis civibus civitatis [Posoniensis] facta de vestibus et indumentis ecclesiasticis, annis superioribus ex aede Divae Virginis Mariae in civitate Budensi praetacta fundata ob metum Turcarum Posonium allatis, reverendorumque dominorum de capitulo Posoniensi ac dictorum iudicis, magistri civium, iuratorumque civium civitatis ipsius Posoniensis manibus traditis et assignatis, certas earundem vestium et indumentorum ecclesiasticorum ab ipsis domino de capitulo iudiceque, magistro civium ac iuratis civibus civitatis Posoniensis prae-

[1] Lis proin ulterius «coram reverendo domino Clemente de Hagymas, archidiacono Barsiensi, canonico Strigoniensi, reverendissimi domini, domini Pauli de Warda, archiepiscopi Strigoniensi, primatis Hungarie et Apostolice Sedis Legati nati, generali surrogato» prosecuta est.

tactae, Budam ad eandem aedem Divae Virginis Mariae deferendas levasse et percepisse; videlicet: duas dalmanias ex damasco albo cum nodulis argenteis deauratis et imagine Beatae Mariae Virginis exornatas, sine albis et humeralibus; duas dalmanias ex veluto rubeo deaurato, alteram cum attinentiis, alteram sine attinentiis; duas cappas maiores de damasco albo simplici; duas cappas minores pro pueris de damasco albo simplici; unam casulam de medio atlasio coloris leonini, cum cruce aurea simplici; unam casulam de veluto rubro, cum cruce gemmea, continente aliquot imagines cum resurrectione Domini; unam casulam de veluto flaveo, cum cruce aurea simplici; unam casulam de damasco albo cum floribus aureis et cruce aurea simplici; unam casulam de veluto rubeo cum cruce aurea simplici; unam casulam ex veluto rubeo deaurato sine cruce. In cuius rei fidem et testimonium praedictis dominis de capitulo iudicique, magistro civium et iuratis civibus civitatis Posoniensis litteras istas quietantionales signeto meo solito et subscriptione manus meae propriae roboratas dedi et assignavi. Datum Posonii, feria quinta proxima post festum Nativitatis Beatissimae Mariae Virginis. Anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo nono.

Hevenesi-kéziratgyűjtemény. XXXV. 29. 1.

Közli: Dr. Rapaics Rajmond.

408.

Sopron, 1539 szeptember 16.

Nádasdy Tamást Márk nevű szolgája értesíti, hogy János király felajánlotta az egyházi javak visszaadását, ha Ferdinánd is ezt teszi.

Magnifice domine... Hodie agitur octavus dies, quod Vienne fui. Nil tamen intellexi, quod Do(minationem) v(est)ram Mag(nificam) multum delectaret preter hec, quod Urbanus Batthÿanÿ, missus a Johanne rege ad dominum nostrum clementissimum, eodem die repatriavit. Prout intelligo, Joannes spopondit universa bona ecclesiarum remittere et remitti facere. Ibidem (!) a nobis optat. Hic dissensio. De castro Zarwaskÿw et de aliis articulis, prout intelligo, convenerunt. Neque erit necesse omnibus intelligere, quibus conditionibus, neque etiam publicetur...

Ex Sopronio feria quarta ante Crucis 1539.

V. M. D. servulus deditissimus

Marcus.

Kívül: Magnifico domino Thome de Nadasd comiti comitatus Castriferrei... Bano.

Eredetije a Nádasdy-levelek M. csomójában, az országos levéltárban.
Közli: Dr. Karácsonyi János.

409.

Pozsony, 1539 szeptember 21. után.

A pozsonyi országgyűlésnek Ferdinánd királyhoz intézett felterjesztéséből.

Responsio dominorum et regnicolarum in conventu Posoniensi, pro festo divi Mathei Apostoli et Evangeliste celebrato congregatorum, iuxta articulos infra denotatos sacratissime regie Maiestati.

— — — — — — — — — — — — — — —

Bona ecclesiastica atque secularia, non solum ea, que ditioni regis Joannis subsunt, sed etiam, que ditioni sue Maiestatis subiacent, ultro citroque remittantur.

— — — — — — — — — — — — — — —

Bona omnia, per violentiam denuo occupata et deinceps quoque occupanda, comes uniuscuiusque comitatus, scita rei veritate, infra anni revolutionem, spoliato sub amissione officii sui reddere et restituere, rectificareque debeat et teneatur.

— — — — — — — — — — — — — — —

Maiestas regia abbatiam de Borsmonostra, ad Hungariam pertinentem, ditioni sue Hungarice adiungere dignetur.

— — — — — — — — — — — — — — —

Possessionem capituli Castriferrei, per Mauritium de Fyersth occupatam, Maiestas regia iam tandem remittendam iubere dignetur.

— — — — — — — — — — — — — — —

Fraknói, Magyar országgyűlési Emlékek II. 124., 128—130.

410.

1539 október elején.

Ferdinánd király válasza a pozsonyi országgyűlés követeinek felterjesztésére (l. 409. sz.).

— — — — — — — — — — — — — — —

Item, Maiestas regia bona ecclesiastica atque secularia non solum ea, que ditioni Joannis regis subsunt, sed et ea, que sue

ditioni subiacent, ut ultro citroque remittantur, pro posse curatura est.

— — — — — — — — — — — — — — —

De abbatia de Borsmonostra, perquisitis rebus omnibus his, que ad cause cognitionem spectant, Maiestas regia adeo providebit, ut iuribus regni Hungarie nihil derogatum esse videatur.

— — — — — — — — — — — — — — —

De possessione capituli Castri Ferrei remittenda Maiestas regia informationem cupiet, eaque habita, id statuet, quod equitati conveniet.

A pozsonyi országgyűlés Ferdinánd királyhoz küldött követeinek második felterjesztése.

Oratores dominorum prelatorum et bonorum ac regnicolarum supplicant sacre Maiestati Sue, dignetur in his infrascriptis articulis, ad hesternam responsionem Maiestatis Sue suo loco inserendis aut mutandis, clemens facere responsum.

— — — — — — — — — — — — — — —

Pro nono — articulo: Quod Maiestas sacra regia dignetur apud Joannem regem efficere, ut beneficia et bona ecclesiastica atque etiam secularia subditis sue Maiestatis, quorum illa sunt, remittantur. His vero subditis, qui sunt sub potestate Maiestatis Sue sacre, dignetur, citra delectum personarum, ex nunc mandare, ut sine ulla mora, bona universa, si que possident, sive ecclesiastica, sive secularia, remittere debeant. Quod si facere nollent, Maiestas Sua sacra compellat eos dicto obedientes esse.

— — — — — — — — — — — — — — —

Pro decimo septimo articulo: Quod quum constet manifeste omnibus, abbatiam de Borsmonostra pertinere ad regnum Hungarie, occupatamque esse ad archiducatum Austrie, dignetur Maiestas Sua regia illam ex nunc remittendam iubere.

— — — — — — — — — — — — — — —

Pro vigesimo quinto articulo: Quod ex quo Maiestas Sua regia sepius iam informata est per supplicationem fidelium suorum regnicolarum, possessionem capituli ecclesie Castriferrei, quam Mauritius a Fürsth violenter possidet, pertinere ad capitulum Castriferrei, et mandatum etiam frequens ad Mauritium dederit, ut illam remitteret, quod tamen ille hactenus non fecit, dignetur igitur sacra Maiestas Sua mandare, ut possessio ipsa remittatur, citra ulteriorem dilationem capitulo.

Gratiosa Maiestatis Sue sacre expectatur super premissis relatio.

A király válasza a második felterjesztésre.

Sua Regia Maiestas... audivit ea, que oratores... in quibusdam articulis responsionis Maiestatis Sue inseri aut mutari supplicarunt. Quamobrem...

Pro nono — articulo: Maiestas Regia apud Joannem regem instare non omittet, ut beneficia et bona ecclesiastica atque etiam secularia subditis Sue Maiestatis, quorum illa sunt, remittantur, quo facto ex parte sua idem faciet Maiestas Sua, in quantum salvis inscriptionibus potest.

— — — — — — — — — — — — — — —

Pro decimo septimo articulo, super Abbatia de Borsmonostra, et vigesimo quinto articulo, super possessione capituli ecclesie Castriferrei, cum istorum locorum ratione inter regem Hungarie et archiducem Austrie differentia vigeat, Maiestas Regia iudicio decerni et iuxta pactata inter eos inita revideri faciet.

— — — — — — — — — — — — — — —

Pro vigesimo quinto articulo, super possessione capituli ecclesie Castriferrei, quam Mauritius a Fürsth possidet, Maiestas Regia iudicio decerni et revideri faciet, secundum confederationem inter regem Hungarie et Austriam initam.

Fraknói, Magyar Országgyűlési Emlékek II. 134—140.

411.

Egervár, 1539 október 2.

Nádasdy Ferencz tudósítja fiát, Tamást, hogy az egervári bortizedet meg akarja tartani s a haszonbért vagy a győri püspöknek vagy Bakythnak kész kifizetni.

Magnifice fili, nobis charissime... Notificamus v(est)re M(agnificentie) quod decimam vinorum pertinentiarum istius castri nostri ad usum istius deserti castri decimari facere volumus. Nam, si alicui, sive episcopo Jauriensi seu domino Bakÿth istam decimam pecuniis solvere oportebit, et nos prompti sumus solvere pecuniis. Quoniam iste decime tantum proficiunt, quod ex proventu illarum et solvere possumus decimam et nobis quoque remanebit. Propterea hac de re proficiscitur erga V. M. egregius dominus Franciscus Polÿanÿ compater noster, qui dicit, se empturum ipsam decimam ab magnifico domino Bakÿth florenis quinquaginta. Quod nos credere haud possumus. Ergo prohibuimus nos prefatum dominum Franciscum ab exactione ipsarum decimarum nomine V. M. et ob eam rem

misimus prius ad Eandem, ut V. M. sciat, quid responsi ipsi Francisco Polÿanÿ de hac re dederit (!) cum ad Eandem profectus fuerit. Ita autem V. M. curam habeat, quod nos hanc decimam alteri concedere minime possumus, cum nos iure mediante concernit... Ex castro nostro Egeruara feria quinta post festum s. Michaelis anno 1539.

Franciscus de Nadasd
comes comitatus castriferrei.

Magnifico domino Thome de Nadasd comiti et bano, filio nobis semper charissimo.

Eredetije a Nádasdy-levelek N. csomójában az országos levéltárban.
Közli: Dr. Karácsonyi János.

412.

Bécs, 1539 október 2.

Ferdinánd király meghagyja Thurzó Eleknek, hogy a pilisi apátsághoz tartozó, de Nyári Ferencz által jogtalanul elfoglalt szántai és maróthi birtokrészeket János pilisi apátnak, a király főalamizsnásának adassa vissza.

Turzoni. Ferdinandus. Spectabili et Magnifico fideli dilecto Comiti Alexio Thurzoni... Exposuit nobis honorabilis et religiosus... Joannes, abbas Pilisiensis, supremus eleemosinarus noster magnificum Franciscum Nyary de Bedegg aule nostre familiarem iam fere octo annis et ultra duas, ad abbatiam spectantes villas, Sancto et Maroth nuncupatas, in comitatu Hontensi habitas, eiectis inde propriis ipsius abbatis famulis et servitoribus, preter omne ius et debitum de facto occupatas detinuisse atque etiam de presenti detinere... spretis ab eodem Francisco iam pluribus mandatis nostris super restitutione, relaxationeque dictarum villarum sibi factis; quapropter nobis denuo idem Abbas humiliter supplicavit... quamobrem nos... fidelitati tue... mandamus, ut nominatas villas eidem a dicto Francisco restitui... iure mediante facias... Datum Vienne 2-a octobris 1539.

Ex[pedite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1539. Oct. 8.*

Közli: Bunyitay Vincze.

413.

Bécs, 1539 október 6.

Ferdinánd király a Rómából visszatérő Statilius János erdélyi választott püspöknek, hogy urához, János királyhoz eljuthasson, útlevelet ad.

Ferdinandus etc. Universis et singulis... Cum R[everendus] devotus, nobis dilectus Joannes Statilius, Electus Transilvanensis, ex urbe Roma proficiscens ad serenissimum principem, dominum Joannem Hungarie etc. regem redeat, nosque eidem tutum et expeditum iter ubique esse cupiamus: eapropter... prefatum Joannem Statilium... citra molestiam aut impedimentum ire, transire, stare, morari ac recedere sinatis et permittatis... Datum Vienne die 6 mensis Octobris anno Domini 1539.

Ex[pedite].

Fogalmazat egy félív papir két oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1539. Okt. 35.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

414.

Esztergom, 1539 október 11.

Révai Ferencz írja Peregi Albert királyi kincstartónak, hogy János király egyik biztosa, Szaniszló prépost megérkezett, ellenben a másik, Márton fejérvári őrkanonok útközben visszatért. Úgy látja, hogy János király részéről szándékosan késleltetik a biztosok küldését; gyanítja is, hogy miért.

Reverende Domine et Frater observandissime salutem et obsequiorum meorum commendationem. Crebrius scriberem hinc ad Dominationem Vestram Reverendam, nisi tanta esset tabellariorum raritas, eaque ex presenti potissimum inundinatione aque. Prepositus Stanislaus die abhinc sexta, id est quinta huius mensis applicuit huc, qui nuntium regis sui excusatoremque et non commissarium agit. Excusat Regem suum, quominus potuerit hactenus commissarios suos huc expedire: Turcarum rumorem dicit in causa esse et preterea nunc una nunc alia. Cum viderem hominem excusatione et quidem calva uti, decrevi iam aliquando hinc ad Regiam Maiestatem, dominum meum clementissimum accellerare, cumque heri iam procinctu essem, intervenit Emericus Thoth in propria causa sua, qui certo affirmavit, hoc triduo commissarios adventuros. Ad hec prepositus Stanislaus ostendit quasdam literas Martini,

custodis Albensis, heri ex Salmar datas, quibus idem custos scribit preposito, habuisse plenum mandatum et omnem instructionem necessariam ad obeundam provinciam commissariatus una cum preposito ipso. Sed quia veniens in itinere in eam incidisset egritudinem, que neque alvum solvere neque lotium illi reddere pateretur, et propterea ex Salmar coactus fuisset redire ad Regem suum. Qui cum hac re ridiculosa me in officio continere prepositum velle cognovissem, egre obtinuit ut hoc triduo expectarem collegе sue adventum. Volens itaque vel minimam calumpniandi occasionem evitare, qua scilicet possent in nos reiicere culpam negotii intermissi, manebo hic, donec videro finem. Si me mea coniectura non fallit, dilationis huius potissima causa est, quod quoniam pro re certa tenent Joanni .... in causa Laskani iam triumphasse, quod si fieret, arbitrantur ipsi (si ego rem probe teneo) in omnibus, que per hec induciarum tempora contra Regiam Maiestatem, dominum nostrum clementissimum et contra omnes Maiestatis Eius subditos egerint ipsi, exinde iudicant sese de facto victores evasisse et sic postea minus curabunt, si Valentinus Therek et alii inciderint in sententiam. Quandoquidem habent et ipsi in manibus centum sexaginta captivos nostrates, quos ipsi (si me mea opinio non fallit) liberos nequaquam pronunciabunt, nisi prius et Regia Maiestas condonaverit delicta omnibus violatoribus induciarum, alioqui miseri omnes usque ad unum interficientur. Utinam sim ego falsus propheta futurus, id quod minus timerem, si noster Karolus Paulus ad Gencz tempestive venire posset. Est enim per nos optime instructus omnibusque remediis bene munitus. Non impinget in lapidem offensionis, si eo (ut premissum est) tempestive pervenerit. Discessit hinc quinta huius mensis, fuit enim Bude, et statim quamprimum illinc reversus est, nihil hic illum est remoratus. Utinam negotium hoc Lascani tempestivius fuisset mecum et cum domino preposito Strigoniensi communicatum, maxime cum in eo negotio iudicio meo agatur de honore Regie Maiestatis, fortassis minus timeremus. Opto semper bene valere Dominationem Vestram Reverendam. Strigonij XI Octobris anno Domini 1539. *Reway.*

Kívül: Reverendo domino Alberto de Pereg, Consiliario et Supremo Regie Maiestatis Questori etc. Domino et Fratri observandissimo. Posonii vel alias ubicunque fuerit. Cito. Cito. Citissime.

Egy ív papirnak három oldalán, veresviasz zárópecséttel, a kipontozott helyek táján avult s kirongyollott. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1539. Oct. 45.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

415.

Bécs, 1539 október 18.

Ferdinánd király Homonnai Drugeth Gábort, ki a király ismételt parancsai ellenére sem engedte birtokain a püspöki tizedet beszedetni, utoljára és keményen inti, hogy a dézmát a királyi tizedszedőknek pontosan szolgáltassa be.

Gabrieli Drugeth de Homonna, comiti comitatus Ongh. Ferdinandus etc. Magnifice... Certiores facti sumus te non unis quidem literis nostris, quibus ut de bonis tuis decimas episcopales persolveres mandabamus, necdum paruisse, neque eas decimas persolvisse. Cum itaque molestius sane nos habere, graviusque excitare et commovere vix quitquam possit, quam iste tuus mandatorum nostrorum neglectus et pretergressio; cumque indignissimum plane sit, ea te onera, exactionesque detrectare, que ex equo omnibus imposita sunt, queque de iure et consvetudine regni omnino ferre tenearis: mandamus iam tibi postremum harum serie firmiter, ne id in animum inducas tuum precepta nostra, uti pergas, negligere, sed reiectis omnibus impedimentis et excusationibus tuis absurdis quidem et alienis, dictas decimas episcopales, velut nobis fidelem et morigerum decet, sine omni defectu persolvas et ad manus exactorum nostrorum debite consignes... Datum Vienne 18 Oct. anno 1539.

In simili ad Franc. Dobo, item Georgio, Emerico, Antonio Drugeth de Homonna.

Ex[pedite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1539. Oct. 61.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

416.

Bécs, 1539 október 18.

Ferdinánd király engedélyt ad Perényi Péter abaujvári örökös főispánnak, hogy Magyarországból Olaszországba gabonát szállíthasson.

Ferdinandus etc. Universis et singulis... Significamus vobis nos spectabili ac magnifico Petro de Peren comiti perpetuo Abawywariensi, qui ex partibus Regni nostri Hungarie [kitörülve: locis ditioni... Joannis... Hungarie... Regis subiectis] certam frumenti quantitatem, videlicet centum mutorum per ditionem nostram ad

Italiam traduci facere intendit, facultatem tuto atque secure transeundi, eamque per ditiones nostras transvehendi dedisse atque concessisse, prout presentium per tenorem damus atque concedimus: quapropter vobis... Datum Vienne die 18 Octobris 1539.

Ex[pedite].

Fogalmazat egy félív papir két oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1539. Oct. 63.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

417.

Sitke, 1539 október 24.

Aczél Gábor meghívja Nádasdyt menyegzőjére. Menyasszonyát a római egyház szertartása szerint jegyezte el.

Magnifice domine... Scio vestram Magnificentiam dudum intellexisse, me generosam dominam puellam Magdalenam, filiam condam egregii Sebastiani Sytkey, ritu et lege sancte Romane ecclesie mihi in uxorem desponsasse legittimam. Cuius nuptie die Dominica proxima post festum sancti Martini iam venturi, Deo auxiliante in Sÿwl celebrabuntur... Ex Sÿtke feria sexto post festum beate Vrsule anno 1539.

Eiusdem vestre magnifice Dominationis

servitor

Gabriel Aczel.

Kívül: Magnifico domino Thome de Nadasd Thavernicorum regalium magistro.

Eredetije az országos levéltárban, a Nádasdy levelek A. csomójában.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

418.

Bécs, 1539 október 24.

Morone nunczius Farnese viczekanczellárnak: Rorario nunczius ideérkezett és közölte Ferdinánd királylyal megbizatását, mit ez jól fogadott, de meg nem állhatta, hogy a magyar püspökök megerősítése miatt újra panaszt ne tegyen.

In una settimana medesima è gionto qui Monsig. Hieronimo Rorario Nuntio...

Hieri il prefato Monsig. Rorario et io fossimo a questa Maestà, et S. S. gli expose con bon modo tutta le commissione, che havea da N. S., come V. S. Rma et Illma più diffusamente conoscerà per le soe lettere.

Io de doi giorni avanti havea introdutto la prattica della confirmatione delle chiesie de Ungaria subdite a questa Maestà, et spero fra pochi giorni si darà ordine per mandar ad pigliarla. Ma non ho voluto ricercarla in nome de S. Sant., parendomi sia con più honore di S. B., che spontaneamente si ricerchi, come credo si farà.

L'andata del prefato Monsig. Rorario in Ungaria, per quanto ho possuto comprender, non è pigliata in mala parte de S. M., essendomi sforzato persuaderli, che tutto si fa per benefitio della religione christiana et utile de S. M., come si puotrà conoscer dalli offitii, quali si faranno secondo il comandamento de N. S. Ma S. M. non si ha possuto contener, che di novo non habbia fatto querela della confirmatione de ditte chiese, resolvendosi però esser il mancamento dil suo agente costì, qual non ha voluto publicamente opporse et contradire, come era il debito et come da me ha inteso, che S. Sant. desiderava. Et quivi disse molte cose contro la persona di Monsig. Statilio, qual l'altr' hieri gionse, et contra frate Georgio, vescovo Varadiense, et non men si duolse delle ingiurie, qual ogni giorno li fa il Re Gioanni contra le capitulationi, non ostante le quali S. M. promette far tutto per conservation della pace. In questo articulo pigliai di novo l'occasione d'esponer a S. M., quanto veneva a proposito l'andata dil prefato Monsig. Rorario in Ungaria, perchè con l'auttorità de S. B. havrebbe procurato, ch'il Re Gioanni mantenesse la pace, et se esse Re fosse mancato, sarebbe stato come testimonio della sua perfidia et havrebbe chiarito tutto il mondo, onde S. M. si risolse di voler considerar secondo la richiesta d'esso Rorario, se da lui voleva qualche offiizio, dil che darebbe risposta.

— — — — — — — — — — — — — — —

Da Vienna alli 24 di Ottobre 1539.

Mi pare advisare V. Rma S., che la venuta del Rndo Nuntio Rorario è stata tanto opportuna, quanto dir si possa, et spero, che la residentia sua in Ungaria sarà molto proficua al benefitio de christiani et alla conservatione della concordia di questi doi Principi. Et credo sia gratissima a questo Sermo Re, perchè S. M. ha mostrato vederlo molto voluntieri, non altrimenti che se fosse delli suoi propri carissime famegliari, di che m'è parso darne adviso a quella per contentezza di N. S.

Dittrich, Nuntiaturberichte Giovanni Morone's vom deutschen Königshofe. 1539., 1540. (Görres-társ. kiadványa.) Paderborn, 1892. 37., 40. l.

419.

Buda, 1539 október 25.

Atyinai Simon Nádasdy Tamást értesíti állapotáról. Vallási ügyekkel nem törődik.

Spectabilis et Magnifice Domine... Accusat me d. v. s. et m. de mea taciturnitate, quod hactenus nihil eidem scripserim. Ea fuit causa, quam eadem scribit. Suspicio illa maledicta usque ad hunc diem super me regnat... Laudetur Deus, sum optime unacum mea charissima Anna sanus. Filiolus febre egrotavit, quem iam relinquit. De papatu nullam habeo curam. Maior sum rege, licet proventus paucos habeam. Attamen nocte decem et aliquando undecim horas extensis omnibus membris dormio... Bude Sabbato in profesto beati Demetrii martiris anno Domini 1539.

Servitor
Simon de Atthyna.

Kívül: Spectabili et magnifico domino Thome Nadasdi, Dalmatie, Croacie Sclavonie Bano.

Eredetije az országos levéltárban a Nádasdy levelek A. csomójában.
Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

420.

Bécs, 1539 október 29.

Morone János nunczius Farnese Sándor kardinálisnak: Ferdinánd király nyilatkozata a neki alávetett magyar püspökök megerősítéséről. — Rorario Magyarországba utazik. — A király azt kívánja, hogy a magyar főpapok tervezett rangemelése ne történjék a béke kihirdetése előtt, főleg Statilióé, ki e megtiszteltetésre méltatlan.

— — — — — — — — — — — — — — —

....si è fatta mentione delle confirmationi delle altre chiese de Ungaria subdite a questa Maestà, quali sono le infrascritte: Iauriensis, Vespertinensis (!) et Nitriensis. Et S. M. spontaneamente ha ditto vuole, che piglino la confirmatione, al che noi (Morone et Rorario) l'habbiamo essortato mostrando il carico, qual S. M. n'ha appresso Dio et appresso il mondo, et dicendoli, che quando S. M. l'havesse fatto, sperava, chi gli denari delle annate si sarebbeno convertiti in benefitio dil regno. Il che ho fatto secondo l'ordine de V. Rma et Illma S. et per aggiongerli maggiore stimolo, acciò che rassettandosi prima le cose spirituali di Ungaria si possi sperar meglior assetto delle cose temporali.

....non altra volta S. M. a tutti doi disse, doppo ch'era fatta la confirmatione delle chiese de Ungaria con quelche suo danno et pregiuditio avanti la publicatione della pace, ne advertiva volessimo far intender a S. Sant., ch'ogn' altra promotione de quelli prelati a maggior dignità avanti la ditta publicatione sarebbe di grandissimo suo danno, et però pregava S. Sant., ch'in ciò volesse esser advertita.

Domani, chredo, partirà Monsig. Rorario, al qual S. M. ha dato bona licentia dicendo, che si confidava, ch'egli et per la commissione di N. S. et per la voluntà soa havrebbe sempre fatto bon offitio, et come ho già scritto, S. M. si contenta dell' andata soa in Ungaria, la qual io credo sia in proposito et pendentemente da S. S. essequita per ogni rispetto.

Haveva pigliato licentia da S. M. essendo quasi notte, quando S. M. usi farse ritornar solo et mi disse, che le soprascritte parole del pregiuditio suo, quando li prelati de Ungaria fossero promossi a maggior dignità, le diceva, perchè haveva inteso, che si ragionava del cardinalato de Monsig. de Agria et di Monsig. di Transilvania, et che pregava S. Sant. per schivar molti desordini non volesse promoverli avanti ditta publicatione, et maxime il Transilvano, qual, per usar le sue parole, erat scelestus et latro et indignus illo honore et dehonestaret illum ordinem. Il che S. M. dicea per verità et per zelo dell' honore di S. B., oltra che promovendo quelli del Re Gioanni sarebbe stato gran carico suo non promover anchora delli soi.

Da Vienna alli 29 Ottobre 1539.

Dittrich, Nuntiaturberichte Giovanni Morone's stb. 43—44. l.

421.

Krakó, 1539 október 30.

I. Zsigmond lengyel király ecsetelvén a protestantizmus rohamos terjedését (Magyarországon is egész községeket megmételyezett már ez a ragály), kéri V. Károly császárt, hogy valamint ő (Zsigmond) követet küldött a pápához, úgy a császár is vesse latba tekintélyét és sürgesse a szentatyát, hogy az egyszer kihirdetett zsinatot ne halaszsza már továbbra.

Carolo V. Romanorum Imperatori Sigismundus I. Rex Polonie. Que nunc aguntur in Germania et quam non desint, qui principes et populos christianos ad defectionem ab ecclesia catholica solicitent, — exploratius est Maiestati Vestre procul dubio, quam ut a

nobis pluribus scribi sit necesse. Sed cum difficile est tacere, cum doleas: tenere nos non potuimus, quin ea ipsa de re Maiestati Vestre pauca scriberemus, doloremque illi nostrum, quem opinione omnium maiorem accepimus, impartiremus. Nam cum publice dolemus, quod ita multos usque adeo desipere videmus, ut unius fraterculi commenta nescio que pluris faciant, quam totius ecclesie consensum; tum privatim inde non mediocrem luctum hausimus: quod cui proximis superioribus annis filiam nostram primogenitam desponderamus, is quoque in eandem se nassam protrahi passus est; neque vero defectionis huius aliam causam videmus, quam quod prorogatur toties semel edictum concilium. Itaque misimus legatum ad Sanctissimum Dominum nostrum, atque admoneri eius Sanctitatem iussimus, ut ne quid cure huic de congregando concilio preverteret, ac provideret, ne ex mora ista et cunctatione ingens respublica christiana detrimentum capiat. Nunc a Maiestate Vestra maiorem in modum petimus, ut ipsa quoque suam in ea re authoritatem interponat, et urgeat, atque instet apud Sanctissimum Dominum nostrum: tandem ut aliquando diu expectatum concilium istud congregari velit. Nam quo diutius erit cunctatum, hoc maius est periculum: ne plures adhuc in adversariorum castra se coniiciant. Nos certe undique iam sumus his circumsepti, qui pravis de fide opinionibus mentes imbutas habent; in ipsa etiam Hungaria tota oppida videre licet vicina labe infecta, quo minus prestare possumus, ut vel nostros homines sartos tectos ab ipsa peste conservemus. In qua cogitatione etsi cura nostra omnis consumitur, tamen verum illud esse experimur: aliquid mali propter vicinum malum. Quare iterum, atque iterum rogamus Maiestatem Vestram, ut pro virili sua contendat et elaboret: ne qua mora longior congregando concilio interponatur. Rem fecerit Maiestas Vestra cum toti reipublice christiane cumprimis utilem, tum nobis vehementer gratam, quin et Deo nullam offerre possit Maiestas Vestra victimam gratiorem, quam si toto pectore in eam curam incubuerit, ut ista religionis dissidia tollantur, atque unitas spiritus inter omnes in vinculo pacis conservetur. Sed ab immani Turcarum tyranno quantum reipublice christiane discrimen immineat, non ignorat procul dubio Maiestas Vestra, cui non alia potest dari letitia maior, non aliud preberi spectaculum iucundius, quam si principes christianos armis inter se certantes, mutuaque cede sese interficientes videat. Hinc tanto magis ei crescunt animi, et in spem quandam erigitur, ea, que reipublice christiane crudelia cogitat, minore negotio perficiendi. Quamobrem omnes, qui salvam rempublicam esse volumus, omnia facere debe-

mus, ut spem hanc illius debilitare potius, quam augere possimus, et quoniam ille ex odiis nostris, dissidiis, bellis preclaram sibi dari occasionem existimat ad rem contra nos gerendam: tanto maiore studio elaborandum nobis est, ut quo illi res erigunt animos, nobis vero contrahunt; que spem illius confirmant, nostram extenuant; que robur illi addunt, nostra contra vires exhauriunt, — ea tollantur, e republica nostra christiana eiiciantur... Cracovie penultima Octobris 1539.

A mult század elején készült s megbízhatónak bizonyult másolati könyvből, Muray Miklós-féle 262. s köv. ll. — *Gyulafejérvári Batthyány-könyvtár: K5. VI. 18.*

Közli: Bunyitay Vincze.

422.

Carpentras, 1539 október 12.

Sadolet bíboros Frangepán Ferencznek örömét nyilvánítja, hogy a kinevezett magyar püspökök végre megnyerték a megerősítést. Nagy hiány van jó püspökökben. Üdvözli Brodericsot is, a kitől szintén kapott levelet.

Accepi tuas litteras datas Viennae extremo mense Junio, ad me Septembri ineunte perlatas. Ex quibus cognovi, quod mihi fuit iucundissimum, te recte valere et apud regem Romanorum esse reipublicae causa, accepisseque optatum nuncium de confirmatione vestrarum ecclesiarum, quae diu ante debita, aliquot de causis dilata, postremo tandem a summo pontifice facta est. Qua etiam ego de re dederam ad te litteras, quas te accepisse postea arbitror et meam de omnibus tuis commodis laetitiam ex eis cognovisse. Etenim noli existimare, optime Francisce, quicquam mihi posse evenire optatius, quam audire, tales viros ad gubernacula ecclesiarum deligi et vocari, qui tantum onus et consilio regere, et virtute tueri, et religione ac pietate illustrare etiam possint. Cuius quidem generis hominum quae sit penuria his afflictis temporibus, utinam potius privatis incommodis nostris, quam publicis calamitatibus sentiremus. Sed de his viderit Deus, quem tantum orare atque obsecrare reliquum nobis factum est. Quid autem geratur, quid paretur, quo tantis damnis eatur obviam, nihildum cernimus.

Sed ut ad propositum redeam, ego honorem tibi delatum vel comprobatum potius, et tibi honestum et reipublicae christianae utilem esse foreque non dubito. Mihi quidem certe, qui te vehementer diligo proboque, iucundissimum. Qua eadem in causa Broderico etiam nostro gratulor, a quo habeo litteras, quibus ille a me

quiddam petit: nimirum Romae me nunc esse suspicans. At ego nondum de ecclesia mea decessi, ubi multas habeo commorandi causas, nullam adhuc alio me conferendi. Quodsi Romae fuissem: et vobis id significassem, et nullum meum officium, quod ad vos quidem pertineret, desiderari essem passus. Nunc absens, id quod queo, vos absentes amo. Ubi proficiscar ad Urbem: omnes meae et operae et diligentiae fructus vobis inprimis promtos atque expositos esse intelligetis.

Joannes Marsupinus tuus plane mihi satisfacit. Est enim in scribendis ad me rebus urbanis admodum diligens. Idem tibi apud me maximas saepe ait gratias tuaeque erga se benevolentiae et liberalitatis complura iam indicia non desinit praedicare. Quae mihi quoque ipsi grata sunt: eaque ut prosequere, a te vehementer peto.

De rebus Turcicis nihil habeo, quod placeat mihi ad te nunc scribere. Tu quo propior illis es, hoc melius nosse omnia potes. Nos illud timemus (in quo utinam fallamur), ne iam de nobis ac christiano nomine actum pene sit; ita laboramus intestinis externisque malis, nec quicquam firmi auxilii paratum nobis esse ulla ex parte cernimus, nisi quod in Deo uno sunt omnia. Sed haec hactenus... Regi tuo, optimo et clarissimo principi, plurimam meis verbis salutem dic. Vale. Carpentoracti, IV. idus Octobris, MDXXXIX.

Schmitth, Episcopi Agrienses II. 351. *Katona,* XX/2. 1235. *Jacobi Sadoleti,* episcopi Carpentoracti, S. R. E. Cardinalis epistolarum libri sexdecim. Colon. Agripp. 1572. 463. l.

423.

Nagy-Kanizsa, 1539 november 8.

Az udvarbíró értesíti Nádasdyt, hogy a főesperes és csurgai udvarbíró az elhunyt csicsai (Somogy megye) plébános holttestét erővel Csurgón temettette el és összes ingóságait odahordatta.

Magnifice Domine... Jam prioribus litteris meis occlusis et transmisis (!) scito (!) venit nuntius, qui retullit (!) plebanum de Chicho obivisse corpusque suum ad ecclesiam ibidem existentem importatum fuisse. Quod archidiaconus et provisor de Chorgo audiens, statim ducentos homines pro funere transmisit illudque ex ecclesia vi mediante efferri et ad Chorgo tumulandum deferri fecit, resque et bona ipsius, pro parte adhuc eo vivente, pro parte vero

eo mortuo iam asportaverunt. Hec scire volui Mag(nificentiam) v(est)ram ut Eadem ex parte huius negotii quid facere vult...

Ex castro Kanisa in octava Omnium Sanctorum anno 1539.

Servitor
Nicolaus Literatus
provisor Kanisiensis.

Kívül: Magnifico domino Thome de Nadasd comiti et Bano etc.

Eredetije a Nádasdy-levelek L. csomójában, az országos levéltárban.
Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

424.

Bécs, 1539 november 9.

Morone nunczius Farnese kardinálisnak: Ferdinánd király sürgeti az esztergomi érseknek kardinálissá emelését és nagyon zokon venné, ha valamelyik Zapolyay Jánostól ajánlott elsőbbségben részesülne. Egyébként legjobban szeretné, ha tekintettel Magyarország zilált viszonyaira, jelenleg senkit sem léptetnének elő.

V. Rma et Illma S. sa, quanto è stato trattato costi per l'agente di questo Sermo Re per il capello de Monsig. l'arcivescovo de Strigonia, sopra il quale hoggi S. M. m'ha parlato a longo et mi ha pregato voglia in nome suo far intender N. S., che prega S. Sant. voglia haver per raccomandato ditto arcivescovo, ne la promotione dil qual si tratta non solo della dignità di esso, qual gli è bon servitore et non è manco degno delli altri, quali ambiscono la medesima dignità, ma anchora si tratta del honor suo, perchè facendosi altri dalla parte dil re Gioanni S. M. rimarebbe offesa non facendosi questo suo, et con minor credito, maxime appresso gli Ungari, et oltra il carico gli sarebbe gran preiuditio, vedendosi che fosse tenuto maggior cunto dil prefato re Gioanni, che di lui, et che gli servitori di quello fossero più reputati, che gli soi, oltra ch'essendo l'arcivescovato di Strigonia la principal sede dil regno, per le precedentie et modi delli regimenti dil paese, facilmente potrebbe seguir qualche desordine, et la dignità di quella chiesia metropolitana si minuerebbe. Et mi pregava volesse con queste parole sue et con ogn' altro modo ch'io sapessi megliore far questo offitio appresso S. Sant., dil qual ne scriveva anchora copiosamente all' agente suo costi et a S. B. propria. Nondimeno mi disse pregava N. S., per il presente non volesse far Cardinale nè questo arcivescovo ad instantia sua, nè altro ad instantia di re Gioanni o d'altri, perchè sarebbe con suo grandissimo danno, sin che le cose d'Un-

garia non sono bene stabilite, come per altre mie duplicate ho scritto.

Da Vienna alli 9 de Novembre 1539.

Dittrich, Nuntiaturberichte Giovanni Morone's stb. 44—45.

425.

Sitke, 1539 november 16.

Ostfy László értesíti Nádasdyt Török Bálintnak és Utyeszenich Fráter Györgynek gesztesi találkozásáról.

Heri mane d. Valentinus per kochÿs (!) ivit ad Geztes, vocatus per thezaurarium monachum, qui ibi eum expectat, medio d. Simonis de Athÿna, qui fuit in Papa apud eum. Fama est d. Lucam Zekel cum eis comparituram, qui vel seducat vel seducatur, iudicare nescio.

D. socer venire huc nequivit, preter sensum visus et memorie, caret viribus omnium membrorum. Deus conservet vestram do(minationem). Ex Sÿthke dominica post Martini anno 1539.

Servitor

L(adisla)us Osthffy.

Kívül: Magnifico domino Thome de Nadasd comiti et bano.

Eredetije a Nádasdy-levelek O. csomójában az országos levéltárban.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

426.

Buda, 1539 november 16.

Rorario Jeromos pápai nuncziusnak Farnese bíboroshoz intézett jelentéséből. — Brodérics István haláláról.

— — — — — — — — — — — — — — —

Ali VI manco di questa vita Misser Stephano Broderico Electo Vaciense: qual si era facto un grande Lutherano et capo de li altri, pur Dio li ha dato gratia, che nel ultimo di sua vita si è ricognossuto, et non solamente da se ha ricercato tutti li ordini de la Chiesa, ma etiam si dolse de un suo amico, chel fusse cascato nel medemo errore, nel quale lui era stato, el serenissimo Re (Zapolyai) ha facto gratia de le entrade del Vescouato del anno, che ha venire a li sui heredi per pagar le debite sue.

Közölve: *Óváry Lipót* id. m. 87. l. *Századok* 1877. évf.

427.

Bécs, 1539 november 17.

Morone nunczius Farnese kardinálisnak: Brodarics váczi püspök a hónap elején meghalt. Beszélik, hogy János király a püspökséget neje egyik lengyel titkárának adományozta.

— — — — — — — — — — — — — — —

— — — — — — — — — — — — — — —

Mandarò per la prima occasione la soa lettera a Monsig. Rorario, qual havrà trovato Broderico, vescovo Vacciense, novamente confirmato esser morto al principio di questo. Dicono il re Giovanni haver dato il vescoato ad un secretario della Regina soa consorte, Polono et bon christiano.

— — — — — — — — — — — — — — —

Da Vienna alli 17. Novembre 1539.

Dittrich, Nuntiaturberichte Giovanni Morone's stb. 52. l.

428.

Bécs, 1539 november 17.

Oláh Miklós Mária királyné ügyei miatt Belgiumból hazájába térve, köszönetet mond Nádasdy Tamásnak szives üdvözletéért és kéri további barátságát. Testileg ugyan elég jól érzi magát, de busítja hazájának siralmas állapota és Brodarichnak imént bekövetkezett halála, kinek sírjára feliratot készített.

Gratulatio Dominationis Vestrae Magnificae, quam litteris ipsius de meo reditu et, ut scribit, felici statu declarat, tam mihi grata fuit, quam gratissima. Vicissim calamus et litterae explicare vix possunt, quam gratuler ego quoque de dominationis vestrae magnificae felici et tranquillo statu, de quo sermonibus hic, et iam antea litteris amicorum in externis provinciis factus fueram certior. Conservet Deus dominationem vestram magnificam et dominam coniugem suam charissimam in omni et animae et corporis felicitate quam diutissime. Quod scribit se eundem esse meum fratrem et amicum, qui prius fuerat, et deinceps quoque talem futurum, de hoc sincero et amantissimo dominationis vestrae magnificae in me animo habeo gratias cumulatas et ubi meae erit facultatis, etiam re ipsa referam. Nihil dubito, quin eum in me, dum vivemus, praestet semper animum, quem scribit. Nam neque ego causam ullam ab adolescentia

mea praestiti, cur aliud de ea existimarem, neque puto dominationem vestram magnificam ex eorum esse numero, qui crescente facultate et opibus, mores suos mutare consuevere et divitias praeferre verae amicitiae. Quod qui faciunt, quam fluxis haereant rebus, non scripta tantum maiorum, sed etiam ipsa sanae mentis ratio commonstrat. De me vicissim dominatio vestra magnifica certo sibi persuadeat, nulla in re Olahi sui animum non modo in dominationem vestram magnificam, iam beneficio Dei in ea, quam virtute consequuta est, conditione constitutam, sed etiam in pauperes veteres nostros amicos immutatum esse mutatumque unquam iri, sed ubi fieri possit, me cupere dominationi vestrae magnificae libenter inservire.

Verum, ut ad reditum meum, unde digressus eram, revertar, redii quidem auspicio Dei incolumis, tum rebus serenissimae reginae meae quibusdam ita ferentibus, tum ut aliquando amicos veteres, quorum non parvo tenebar desiderio, et patriam tam longo tempore evoluto reviserem. Nihil hic tamen reperi, quod me magnopere delectaret, praeter eorum amicorum meorum, quos adhuc videre potui, commercium. Video rerum omnium faciem tristissimam, rem nostram publicam undique labefactatam, concussam, nutantem et vix spirantem. Omnium animos praedis agendis intentos esse, amicos factione distractos, partem iam mortuos, partem male affectos, vel miseros potius et spe sola, quae magnus est animi cruciatus, trahentes spiritum. Eos, qui post principem nostrum clementissimum rebus praesunt agendis, nescio, quo pacto, et leves et sordidos, uno aut altero excepto, vulgum adeo miserandae sortis, ut nihil praeter luctus, lamenta et lacrimas emittant. Haec delectare quempiam possunt? Credo, Deum nobis iratum merito nos his incommodis rebus punire.

Non parvo ducebar desiderio dominum Stephanum nostrum Brodericum videndi, propter veterem nostram notitiam fraternam et aetatem ipsius provectam. Hanc quoque Deus facultatem mihi praeripuit. Nam VII. huius mensis fato ille concessisse dicitur. Scripserat superioribus hebdomadis, se me velle invisere (nam ego propter serenissimae reginae meae negotia hinc hactenus abesse non potui) et significaverat, se venire vel ad Saag, vel etiam ad civitates montanas, si quando eo proficiscerer. Ego vero responderam, me domi suae eum invisurum pauco post tempore, ex principis nostri annuentia. Neutrum tamen mihi fato concessum est. Cuius morte audita, non potui non in lacrimas prorumpere.

Quare, Magnifice Domine, sum quidem incolumis, ut domi-

natio vestra mihi gratulatur, et in statu priore, mediocri scilicet, sed animo non satis bono, tum ob huius domini Broderici nostri mortem, tum ob ea, quae superius dixi, et patriae, et rerum nostrarum, dico communiter, incommoda. Nec video aliquod, ni fallor, remedium his adhiberi facile posse, nisi Deus sua potentia aliter res nostras vertat. —— Et me, et servitia mea dominationi vestrae commendo, et cum domina mihi observandissima, domina coniuge carissima

Vivite felices, quibus est fortuna peracta
Iam sua, nos alia ex aliis in fata vocamur;
Vobis parta quies, nobis maris aequor arandum.

Viennae XVII. Novembris. Anno 1539.
Eiusdem Dominationis Vestrae

servitor
Nicolaus Olahus
Custos Albensis.

Epitaphium Domini Vaciensis.

Hac iacet inclusus gelida Brodericus in urna,
Cui decus et nomen pulchra corona dedit.
Phoebus in aethereo donec clarescat Olympo,
Dum tenebras densas Cynthia clara fugat:
Semper erit Stephani virtus, doctrina perennis,
Sancta fides, probitas et pietatis amor.
Pontificis sacro vixit decoratus honore,
Cuius in officio sedulus usque fuit.
O felix! claros patriae qui vidit honores,
Illius ast cladem cernere non voluit.
Dum nullam potuit nostris adhibere medelam
Hisce malis: subito migrat ad astra poli.

Pray, Hierarch. I. p. 351. és Epistolae procerum II. 78—82. *Katona*, XX. 1275.

429.

Veszprém, 1539 november 21.

A veszprémi püspök Nádasdytól, az ő lelki fiától, egy török lovat kér.

Generose et Magnifice Domine et Frater in Christo Observandissime... Cum intelligam gregem fere equorum Thurcicorum nunc ad Saarwar adductum esse Magnificentie Vestre, (et si in hoc impudens fortasse videbor) non verebor tamen de uno bono mihi mittendo M. V. interpellare. Nam etsi non desint mihi equi isti nostrates, Thurcicum tamen nullum habeo. Mittat itaque, rogo

M. V., talem, quo possim coram quovis gloriari, me hunc talem equum a magnifico domino meo bano et lelkÿfiam (!) dono accepisse... Vesprimii 21 Novembris 1539.

Servitor
Vesprimiensis.

Kívül: Magnifico Domino Thome de Nadasd...

Az egész a püspök kezeírása. Eredetije a Nádasdy-levelek K. csomójában az országos levéltárban.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

430.

Bécs, 1539 november 25.

Morone bécsi nunczius Farnese viczekanczellárnak: Ujlaky Ferencz győri püspök eddig nem kérte a győri püspökségben való megerősítést, mert egyházmegyéjét és székesegyházát a háborúk miatt birtokba nem vehette és püspökségéből semmiféle jövedelmet nem huzott. Most az annáták elengedését kéri és igéri, hogy mihelyt a két király között a béke létrejő, mindent meg fog tenni romlásra jutott püspökségének helyreállítására. Morone ajánlja kérelmének tekintetbe vételét, s ugyanezt javasolja a veszprémi és nyitrai püspökségekre nézve is.

Fra le chiese de Ungaria sottoposte a questo Sermo Re, de quali gli eletti non sono confirmati da N. S., vi è la chiesa Iauriense distante da qui circa a vinti leghe, nella quale molti anni fa fu eletto per vescovo un secretario di questa Maestà chiamatosi Francesco Wlachi, Preposito di Possonio, homo di gravità et di mediocri lettere. Questo doppo la elettione soa no ha mai cercato di havere la confirmatione, se no da un anno in quà, perche mai ha potuto goder intrata alcuna nè habitar in la terra roinata in queste guerre, né far residenza alla chiesia fatta stantia de cavalli et posseduta da uno capitaneo Bachikpaulo, servitor di questa Maestà, qual morse in rotta ricevuta doi anni fa da Turchi in Schiavonia, doppo la quale questo eletto con molta fatica ha pur tanto operato, che ha levato dalle mani d'un fratello del prefato capitaneo la chiesa et la rocca, nella qual soleva esser la residentia de vescovi, ma non ha possuto rihavere le intrate, parte occupate dal soprascritto fratello con inscriptione o titulo da questo Sermo Re, parte impegnate a diversi altri da S. M. et della Serma Regina Maria in quelli tempi tumultuosi, parte anchora possedute da Turach Valente, primo capitaneo et seguace del Re Giovanni, et parte destrutte dalle con-

tinue guerre, non ritrovandosi in quella città al presente più di vinti case d'habitatori, di maniera che è necessario guardar quel luogo et restaurar la chiesa con le proprie intrate dell' eletto, et vi è poca speranza di recuperar le intrate della chiesa impegnate et distratte, come ho ditto de sopra. Il perchè havendo io solicitato con questa Maestà, che faccia, che gli Prelati soi subditi pigliano la confirmatione, questo è stato il primo, qual è venuto a ritrovarmi, et havendomi narrato la soprascritte cose, delle quali già era informato, m'ha fatto intender non obstante questo voler la confirmatione della soa chiesa. Ma da questa Maestà mi ha fatto dire, che io voglia con la verità pregar N. S. non voglia gravarlo in l'annata, attento che S. Sant. se può informar dil vero, ch'egli fin' a quest' hora non ha tanti redditi di quella chiesa, che possa farla recoprir et mantenervi tre o quattro ministri alla custodia nel luoco nuovamente recuperato.

Pertanto V. Rma et Illma S. essendo certissima, che così è, come ho detto di sopra, per sua humanità si degnarà havere per raccomandata la causa di questo homo, qual sperando la pace tra questi doi Sermi Re vuole intrare con tutte le forze sue alla restauratione di quel vescoato, se da S. Sant. gli è fatta gratia dell' annata per le ragioni di sopra scritte. Et quella sarà causa, che forsi stante la pace detta chiesa si redurrà col tempo et possa havere uno mediocre vescovo, altramente credo, che nè questo nè altro vorrà arrischiarsi a farvi meglioramenti attenta la presente mala conditione de tempi, nelle quali in questi paesi le chiesie destrutte non si restaurono, ma l'entiere si destruggono. Però quando a S. Sant. conosciuta la verità piacesse farli di ciò gratia, potrebbe mostrar di farla in gratia di questo Sermo Re et con obligar l'eletto a spendere l'annata, qual dicono importa ottocento ducati, in la restauratione del vescovato overo la recuperatione de qualch' entrata et darne cuncto alla Sede Apostolica, et così S. Sant. et concederebbe quello, che sarà difficile per non dire impossibile exigere.

Il medesimo dubito sarà necessario si faccia in la chiesia Vesprimiense, li beni della quale per la maggior parte sono in man' delli soldati del Re Giovanni, et l'eletto non compare per esser quasi in misera necessità, come mi ha detto questo Sermo Re. La terza é Nitriense, della qual ancora non ho certa informatione, ma bisogna, che la Sant. di N. S. stimi la sola obedientia delli Prelati esser il quadagno, che si può haver da queste parti oltra il benefitio delle anime subdite, quali haveranno suoi veri pastori, benchè

questa ultima credo sia in bon termino, come a suo tempo darò adviso.

Da Vienna alli 25 Novembre 1539.

Dittrich, Nuntiaturberichte Giovanni Morone's vom deutschen Königshofe. 1539., 1540. Görres-társ. kiadványa. Paderborn, 1892. 55—56. l.

431.

Nyőgér, 1539 november 26.

Ostfy László tudósítása az egervári búcsúról és klastromról.

Magnifice domine... Heri profectus fui ad Egerwar, ubi comediam agere sum coactus. Nam quia dominus Franciscus etc. aberat, volui descendere in villa, quam, cum advenissem, et ad unam domum divertissem, prosiliit hospes cum uno cantero vini, monens me, ut biberem. Cumque viderem in ea domo singulos esse ebrios, processi ad alteram domum, ubi similiter reperi omnes vinosos. Processi ad tertiam et ibi quam hilarissime me exceperunt. At, cum stubam intrassem, vidi quendam mensa decumbentem vomere vinum, alterum semivivum iacentem humo. Miratus, cepi feminas ibi querere, cur in tota villa lete sic convivaretur? Relatum est, eos colere dedicationem ecclesie. Quam, cum cognoscerem, vix me posse simili crapula celebraturum, diverti ad monasterium fratrum, ubi, dum diutius pulsarem nunc in minori, nunc in altera maiori porta, nullum loquentem, sed clausas fores reperi. Excogitata arte necessaria, unum meorum servitorum per murum immisi. Is casu offendit quendam senem mendicum, qui sentiens meum servitorem intrasse, cepit clamare tolvaij (!) tolwaij (!) uraÿm (!) et satis blande admonebatur per eum meum servitorem, ne clamaret, tamen eo plus clamabat. Ex cimiterio autem videbam, iam luna lucescente, alios vituperiis sese in rixam provocantes, alios ense nudo dimicantes, alios jaculis mutuo petentes, cepi cogitare mecum, quidnam facerem? Nam timebam, si clamorem senis audiverint, actum iri rem meam, quia plurimi erant convivantes in villa. Interim provisus sibi meus servitor, senem in terram deiecit, nive os obstruxit, tandem indicavit sibi nomen meum, quọd ad ostium ego pulsarem. Mitigatus senex, qui me et prius noverat, aperuit fores et in domo, que pyspekhaza[1] vocatur, condescendi. Ea domo purgata igneque

[1] Briccius Egerváry episcopus Tinniniensis († 1520.) aedificabat et inhabitabat, inde nomen.

succenso quievi optime, nam in curru preter potum tum equis tum mihi victum attuleram, potumque tandem ille senex mihi pecuniis administravit. Nam, uti ignotos, meorum neminem pro vino, nisi senem, ut mitterem, cogitavi, non esse tutum in medium plebis rabidi (!)... Ex Newger feria quarta post festum beate Katherine anno 1539.

Servitor

Ladislaus Osthffy.

Kívül: Magnifico domino Thome de Nadasd comiti et Bano.

Eredetije a Nádasdy-levelek O. csomójában az országos levéltárban.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

432.

Rózsahegy, 1539 november 28.

Spettinger István levele a beszterczebányai tanácshoz. — Nem tudja még magát elhatározni; de rövid idő mulva meglátogatja őket s akkor bővebben fog nyilatkozni.

Salutem pręcor in Domino, qui cuncta moderatur et regit. Circumspecti ac humanissimi domini et fratres in Christo syncere dilecti, quam lubens suffragari velim, Deo propitio, vobis et plebeculę vestrę Evangelie [!], verum cum iam mei iuris homo non essem, neque intra me nunc recollectus, denique obstrictus vinculo verę vocationis, distuli sententiam, quam et Domino Deo meo relinquo. Tamen intra paucos dies ipse veniam. Hac in re mentem meam liquidius explicabo coram omnibus vobis, quid sit, quo impeditus fuerim. Considerans conditionem hominis adeo fragilem apud nos ut bene necesse fuerit, quo illis suppeditem verbo. Rogo D. V. non grauentur hac in re, vt me continuo non commodem ad petita, verum adhuc perpenso animo, quid diuinę placuerit voluntati, respondebo. Siquidem vereor, ne hęc postrema vocatio in mutationem verteretur. Ob id interea ex vna et altera parte orandus est Dominus, vt tribuat Spiritum suum Sanctum et cędat omnis illusio vana, sic vt ministrum dignum et operarium verum suę ecclesię me habeat, eo, vbi placet, neque molestum mihi id putabo, quocumque me diuertat. Ego suo auxilio interim curabo non differre ad vos venire. Omnes vos in Domino bene valere opto. Plura scripsissem, verum in presentia loquar. Ex Rosenberga 28 Novembris Anno Domini 1539.

Stephanus Spettinger.

Eredetije Beszterczebánya város levéltárában Fasc. 236. Nr. 3.

Közli: TIMON ÁKOS.

433.

Buda, 1539 november 29.

Verancsics Antal Opalenszki Péternek Brodarics haláláról.

— — — — — — — — — — — — — — —

Stephanum Brodericum, virum profecto, qualem diu Hungaria non est habitura, amisimus. Nemo est, qui eum non defleat. Decessit morte admodum facili ac digna eius vita et moribus, adeoque cita, ut unico spirandi actu, tamquam dormiturus, non moriturus, ad ultimum semper cum sensu loquens, XV. kal. Decembris, in arce sua episcopatus Vaciensi, animam exhalavit. Successor illi in sacerdotium dignus quaeritur, neque reperitur. Adeo mores ac studia, quibus ipse pollebat, in hoc regno interiere. — — Budae, III. kalend. Dec. MDXXXIX.

Verancsics Antal összes művei. *Katona,* XX/2. 1274.

434.

Bécs, 1539 deczember 1.

Ferdinánd király a tihanyi apátságot Choron Jánosnak, Choron András szalai főispán fiának adományozza oly kikötéssel, hogy mihelyt törvényes kort ér el, szerzetessé legyen. Addig atyja kormányozza az apátságot s abban kellő számu szerzetest tartani köteles.

Nos Ferdinandus divina favente clemencia Romanorum, Hungarie, Bohemie &c. Rex semper Augustus, infans Hispaniarum, archidux Austriae &c. Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod, quamvis ad beneficia ac dignitates ecclesiasticas eos soleamus nominare, qui et doctrina et etate idonei existimantur, tamen considerantes fidem ac servicia egregii Andree *Choron* de Dewecher comitis Zaladiensis, qui his superiorum annorum tempestatibus sedulo pro dignitate nostra navans operam, nobis in tuenda ditione nostra non inutilem se prestitit servitorem, ob que dignum eum esse iudicavimus, ut Joannem filium eius, bone (ut fertur) spei adolescentem, qui nunc bonis literis incumbit, ad aliquem honoris gradum provehamus. Vacante igitur nunc abbacia ecclesie de *Thyhan,* que inter hos bellorum tumultus tam in redditibus, quam in edificiis maxime extenuata, corruptaque ac prope collapsa est, indiesque, legittimo (!) posses-

sore vacans, magis ac magis collabi dicitur, cuius ruinis ac desolacioni consulere volentes, ad eandem prefatum filium ipsius Andree Choron, auctoritate iurispatronatus nostri Regii, quod generaliter in omnibus regni nostri Hungarie Ecclesiis instar precessorum nostrorum habere dinoscimur, eligendum duximus et nominandum, eo consilio, eaque fiducia, quod ipse Andreas, ut est non ignarus paterfamilias, claustri edificiis ac aliis eius abbacie ruinis bene ac decenter sit provisurus; ita videlicet, ut intra id tempus, quo ipse Joannes legittimam attigerit etatem, omnem gubernacionem atque curam ipsius abbacie bonorumque eius ipse Andreas habeat, ecclesiamque ipsam, uti pollicetur, in edificiis aliisque ruinis restaurare, monachosque et ministros ecclesie, more alias consueto, in sufficienti numero tenere debeat, divinaque officia omnia, quemadmodum aliis temporibus fuit, peragenda curet. Dum postea ipse Joannes ad legittimum suscipiendi ordinis tempus pervenerit, idem habitum eius religionis citra aliquam exceptionem suscipere debeat. Immo eligimus et nominamus, ipsamque abbaciam eidem Joanni, cum omnibus villis, possessionibus, prediis, aliisque bonis et iuribus, damus et conferimus, eundemque, dum postea legittime etatis fuerit, suo ordinario, ac illi cuius interest vel intererit, investiendum presentamus, ita, ut ad premissa omnia, tam ipse Andreas, quam prefatus Joannes astricti esse debeant et obligati. Alioquin presens nostra donacio irrita, invalidaque et mortua esse censeatur. Harum literarum nostrarum vigore et testimonio.

Datum Vienne, prima die Decembris, anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo nono, regnorum nostrorum Romani Nono reliquorum vero Decimo quarto.

Jauriensis mp. *Ferdinandus* mp.

Eredetije a herczeg Eszterházy család kismartoni főlevéltárában. Fasc. B. Nr. 20. et A. Rep. 80. Közli: Dr. Karácsonyi János.

435.

Bécs, 1539 deczember 16.

Morone nunczius Farnese bíboroshoz.

Frangepán egri püspök újra ismétli, a mit már többször írt, hogy nincs módjában az annátát megfizetni. Minthogy a többi magyar főpap is vonakodik: a dolgon valamiképen segíteni kellene,

nehogy a szentatya a pénzzel együtt a magyarok jóakaratát is elveszítse, «la qual pur in vn concilio sarà di qualche momento».

Óvári L. id. m. 102. l.

436.

Bécs, 1539 deczember 20.

Ferdinánd király Eperjesi Salamon szepesi kanonoknak sárosi plébánossá történt egyhangú megválasztatását helybenhagyja és megerősíti.

Nos Ferdinandus etc. Memorie commendamus tenore presentium, quum providi, fideles nobis dilecti, iudex, iuratique cives ac tota communitas oppidi nostri Saros, plebanatu ecclesie parrochialis eiusdem oppidi nostri per mortem honorabilis quondam Michaelis plebani vacante, de consensu egregij Georgij Verneri, consiliarij nostri et arcis nostre Saros prefecti unanimi voto ac concordi electione honorabilem Salomonem de Eperies, ecclesie Scepusiensis canonicum in suum verum ac legitimum pastorem et plebanum elegerint, vocaverint et adoptaverint, quod nos consensum istum atque eam electionem et vocationem gratiose approbamus et ratificamus ac dictum Salomonem pro vero et legitimo dicti oppidi pastore habemus et agnoscimus, et a quovis habendum et agnoscendum esse statuimus, dando et concedendo eidem, ut omnibus libertatibus immunitatibus, emolumentis ac fructibus, quibus alij eius antecessores plebani usi sunt, fruatur et gaudeat, presentium literarum nostrarum per vigorem, quas sigillo nostro subimpresso curavimus communiri. Datum in civitate nostra Vienna, vigesima die mensis Decembris, anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo nono, Regnorum etc.

Exp.

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1539. Decz. 29.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

437.

Bécs, 1539 deczember 21.

Ferdinánd király megparancsolja a tihanyi apátság alattvalóinak, hogy Choron Andrásnak, mint az apátság kormányzójának engedelmeskedjenek.

Ferdinandus divina favente clemencia Romanorum, Hungarie, Boemie, &c. Rex semper augustus, Infans Hispaniarum, Archidux

Austriae etc. Fidelibus nostris universis et singulis judicibus ac juratis, ceterisque universis colonis et subditis abbacie Thiconiensis, salutem et graciam. Scire vos volumus, quod nos abbaciam istam Thiconiensem, cuius vos subditi estis, fideli nostro nobili Joanni, filio egregii Andree Choron de Dewecher, comitis comitatus Zaladiensis, contulimus, ita, ut, dum ipse adolescens ad maturam et legittimam (!) pervenerit etatem, ipse Andreas habeat gubernationem omnium bonorum ipsius abbacie. Quapropter, vobis omnibus mandamus, ut, quousque prenominatus Joannes ad maturam et legittimam pervenerit etatem, interea temporis, prefatum patrem eius Andream pro vestro domino recognoscere atque habere, ipsumque ac homines eius, per ipsum constitutos, in omnibus licitis et consvetis audire, eisque obtemperare, jussa eorum exequi, proventus eciam omnes de vestri medio provenientes, ipsi Andree, ac hominibus eius administrare debeatis. Secusque nullo modo facere presumatis; presentes autem ubique post earum lecturam reddi iubemus presentanti.

Datum Vienne in festo divi Thome Apostoli, anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo nono.

Jauriensis mp. (L. S.) *Ferdinandus* mp.

Eredetije a herczeg Eszterházy család kismartoni főlevéltárában. Fasc. B. Nr. 20. et R. Rep. 80.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

438.

Buda, 1539 deczember.

János királynak Rorario pápai küldött előterjesztésére adott válaszából. — A püspökök pápai megerősítéséről.

— — — — — — — — — — — — — — —

De episcopatuum quoque regni sui provisione Maiestas Regia magnas Sanctitati suae agit gratias, optasset tamen Maiestas sua, ut Bullas confirmationis illorum Sanctitas Sua Maiestati suae restituendas commisisset. Novit enim Sanctitas sua, quam diligentem curam conservationis regni Maiestas Regia hactenus semper habuerit, istas quoque Maiestas sua ad illius conservationem impendisset. Supplicat itaque Maiestas Regia Suae Sanctitati, ut eas dignetur committere ad manus Maiestatis suae dari.

— — — — — — — — — — — — — — —

Quod autem Sanctitas sua hortatur Maiestatem suam, ne sua

Maiestas episcopos admittat in possessionem episcopatuum, nisi habita confirmatione, rogatque ne ab instituto aliorum principum christianorum Sua Maiestas in hoc discedat: respondet Sua Maiestas Sanctitatem Suam mirari non debere, quod Sua Maiestas in hoc usu et consuetudine antiqua sui regni usa est: cum alioqui si etiam sua Maiestas ab illa abuti voluisset, facere hoc sua Maiestas absque defectu honoris Nominis Dei non potuisset, cum his disturbiorum procellis, quibus tot iam annis regnum hoc undique laceratum est, in serpenti praesertim nova hac haeresi, qua nunc Ecclesia premitur: ecclesiae episcopatuum si suo pastore destitutae fuissent, penitus desertae extitissent, quod si contigisset, id merito magis suae Maiestati imputari potuisset; geret itaque in hoc quoque Maiestas sua ita se erga Sanctitatem suam, prout praedecessores suae Maiestatis reges se se antea gesserunt. Nam et antea quoque semper ita se Maiestas sua gessit. Licet sua Maiestas inter alias suae Maiestatis curas et a Sede Apostolica gravibus iniuriis sit affecta, quae tamen nunquam Maiestatem suam a recto deflectere potuerunt.

Közölve *Óváry L.* III. Pál pápa és Farnese Sándor bíbornok levelezései. Magyar Tört. Emlékek. Első Osztály. XVI. köt. 100—101. ll.

439.

Kelet nélkül (1539).

A vasvári káptalan az iránt folyamodik a királyhoz, hogy Fewrsth Móriczot Ilmicz felső részének, melyet a káptalantól jogtalanul elfoglalt, visszaadására kényszerítse.

Sacratissima Regia Maiestas, Domine Clementissime. Multis iam supplicationibus institimus apud Maiestatem, ut villam Ilmewlcz, que iure optimo ad nos ecclesiamque nostram pertinet, a manibus Mauricij Fewrsth excipere nobisque et ecclesie nostre restituere dignaretur. Qua in re, quamquam Maiestas Vestra aliquot iam mandata ad eum dederit, ut ex ea villa manus exciperet: tamen pertinaci animo adhuc eam tenet, affirmans persuadensque Maiestati Vestre, eam ipsam villam a quinquaginta annis in manibus et possessione sua fuisse.

Non negamus, Sacratissime Rex, a multis annis ipsum habere possessionem eius ville, at si bene et exacte rem aperirent Maiestati Vestre, qui hoc asserunt, profecto longe aliter rem comperiret, sicuti litere totius illius districtus et tota nobilitas testatur.

Distincta est villa illa: pars una, que ab aquilone est, pertinuit

et pertinet ad ecclesiam, pars altera ipsius Mauricij est, ad castrum pertinens. Hoc ergo est, quod ipse Mauritius asserit, se a quinquaginta annis possedisse illam villam. Obticet autem, per quod veritas aperiretur, id est, quod non utramque, sed unam partem, que a meridie est, possedit, partem vero, que ad aquilonem est, semper nos possedimus, nisi quod post obsidionem Vienne ipse Mauricius partem quoque alteram per violentiam occupavit.

Qua in re, si nulla nobis essent testimonia, possemus videri forte non satis iustam nos habere causam. Sed quum tota nobilitas partium illarum testentur literis, partem illam aquilonarem iuste optimeque ad nostram ecclesiam pertinere, supplicamus Sacre Maiestati Vestre per amorem iustitie, nolit permittere, nostra et ecclesie nostre iura per violentiam nobis eripere.

Sacratissime Maiestatis Vestre

Fideles Capellani

Prepositus et Capitulum Ecclesie Castri Ferrei.

Egy ív papir első két oldalán, eredeti. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1539. Decz. 36.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

440.

Kelet nélkül (1539).

Budai Bornemisza Gergely kéri Ferdinánd királyt: kényszerítse Várdai Pál esztergomi érseket, hogy azt a pénzt, melylyel neki tartozik, de a melynek visszafizetéséről semmit sem akar tudni, térítse meg.

Sacratissima Romanorum Hungarie Regia Maiestas, Domine, Domine Clementissime. Suplicaveram Maiestati Vestre, qualiter ipse dominus Paulus de Warda, archiepiscopus Strigoniensis obligatur michi florenos mille in monetis Hungaricalibus, in auro similiter centum et quinquaginta. Ex quibus saltem restituit in rebus valentibus florenos centum et quinquaginta, de residuis vero obligatur, quos prefatus reverendissimus dominus archiepiscopus optime scit neque ad hanc horam denegavit, se michi non debere. Per tot autem annos, Clementissima Regia Maiestas, nullis meis instantijs et supplicationibus efficere potui, sed ne spem quidem ullam facit alicuius satisfactionis. Nunc autem propter eliberationem capitis mei omnia bona mea impignoravi: quare Maiestati Vestre, uti Domino et Principi Clementissimo et iustitie amatori, supplico humillime, dignetur ex innata sibi clementia et amore Dei atque

iustitie eius prefatum dominum Strigoniensem ad satisfaciendum de iustis meis creditis compellere, et ex parte illius, si forte adhuc in huiusmodi dura recusatione persistere vellet, michi secundum Dei iustitiam debitam satisfactionem administrare et impendi facere. Dignetur gratiose, ne in extrema mendicitate et per hos annos ad vite sustentationem tot contractis debitis mori debeam. Certissimum autem est, non aliter habiturum aliquam satisfactionem posse, quam si Maiestatis Vestre gratiosa auctoritas accesserit, que ne mihi desit ob amorem pietatis iterum atque iterum supplico. Et gratiosam expecto a Maiestate Vestra relationem.

Eiusdem Maiestatis Vestre Sacratissime

fidelis Servitor

Gregorius Bornemyza Budensis.

Egy félív papir egyik oldalán, kelet nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1539. S. d. 15.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

441.

Brassó, 1539.

«Eodem Anno (1539). Ist kumben Magister Jonas Tauberus Medwischiensis, so in Witteberg ist gewesen, und hat bemeldet, wie Khunig Ferdinandus hat entlassen den Hochwohlgelahrten Herrn Wolphgangum Schieferum, der ist gewesen Lehrer beym Maximiliano, so ein Sohn des Khunig Ferdinandi ist, weil er ein Freund und Discipulus des M. Lutheri et Melanchthonis ist, und ihme Lutheri dogmata vera beizubringen bemühet. — Perdidimus iterum defensorem et patronum in Aula.»

Egykorú feljegyzés az «Album Oltardianum»-ban. *Trauschenfels:* Deutsche Fundgruben zur Geschichte Siebenbürgens. Kronstadt, 1860. 12. l.

442.

1539.

Sopron városában az Úrnapját még szentmisével és zsolozsmával ünneplik.

«Item schuelmayster fier das frustuech, fleiss, khrautt, praydt und wein sandt jering tag 1 schill.

Item dem pharrer von goczleichmans (!) ampt, von den tagczeytten, dy man singt zu goczleichmansstag (!) 3 tl.

Item den sanck herrn 2 tl. 1 schill.
Item den schuelmayster 1 tl. 6 schill.»
1539. «Item schulmayster vier das frustueck raytt ich 28 d.»

Sopron város levéltára. Rationes eccl. s. Georgii, Nr. 4.

Közli: BÉKEFI REMIG.

443.

Selmeczbánya, 1539 táján.

Panicula János selmeczbányai plébános megírja a selmeczbányai bírónak, miként lehetne az iskola bajain és hiányain segíteni. Sürgeti a vallás tanítását is.

«Joannes Panicula parochus» scribit iudici Schemniciensi se audisse querelam nonnullorum, qua asserebant: «iuventus in scholis nostris negligitur, quod non alia sit ratio scholarum, quam publicorum gymnasiorum. Nam lectiones quidem prelegi, sed ita, ut omnibus liberum relinquatur repetendi negotium neque quidquam exigi a pueris». Ipse recte ideo scripsit ludimoderatori Jegersdorfensi et vocavit eum pro ludirectore Schemniciensi. At simul Schemnicienses procurent ei solutionem pinguem atque generatim provideant de tali ludirectore: «qui non solum politicas verum etiam sacras doceret litteras, quas vel religio vel puerilis institutio requirit... Ego vero hac in re pro meo officio, quod ad veram sanctificationem gloriosi Dei nominis et ad profectum ecclesie, civilem amicitiam ac concordiam reipublice spectat atque concernít, sine ineptis et dissolutis ritibus haud una ero segnis».

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. Fasc. XXIV.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

444.

Bécs, 1540 január 3.

Ferdinánd király a vele együtt Belgiumba utazó győri püspök birtokait Nádasdy Tamás védelmébe ajánlja.

Ferdinandus... magnifico Thome de Nadasd, Thavernicorum nostrorum magistro et regnorum nostrorum Dalmatie, Croatie et Sclavonie Bano salutem et gratiam. Quoniam fidelis noster reverendus dominus Franciscus Wylakÿ, episcopus ecclesie Jauriensis, vicecancellarius noster, profecturus nobiscum est ex voluntate et mandato nostro ad Flandriam, iussimus itaque fideli nostro, magni-

fico Joanni Zalay de Kerechen, comiti Posoniensi, consiliario nostro, ut in ista absentia ipsius domini episcopi idem comes bona sua tum episcopatus tum alia omnia auctoritate nostra regia manutenere debeat. Quare tibi quoque committimus firmiter, ut, dum et quandocunque per prefatum comitem Posoniensem presentibus requisitus fueris, pro tuitione et defensione bonorum, servitorum seu subditorum dicti domini episcopi ac ecclesiarum suarum omni ope et auxilio adesse debeas... Datum Vienne tertia die Januarii anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo.

Ferdinandus (mp.)

Eredetije papiron, aljára nyomott pecséttel, az Országos levéltárban a Nádasdy-levelek F. csomójában. Közli : Dr. Karácsonyi János.

445.

Veszprém, 1540 január 28.

Kecseti Márton veszprémi püspök Veszprémvár falainak kijavítására segélyért folyamodik Anna királynéhoz.

Sacratissima Regina ac Domina, Domina mihi Clementissima. Servitiorum meorum humillimam in gratiam Maiestatis Vestre commendationem.

Cum intelligam Sac. Regiam Maiestatem, Dominum meum clementissimum, nunc longius abesse, quam ut suam Maiestatem certiorem facere de his, que in dies fere emergunt hisce in partibus, possim ac presertim de necessitatibus meis, cogor in absentia Sue Maiestatis Sac. Maiestati Vestre suplicare. Sciat itaque Sac. Maiestas Vestra, magnam partem meniorum huius arcis Vesprimiensis vetustate collapsam esse, quam ego absque auxilio Sac. Maiestatis Vestre nulla ratione reficere possum, ex quo et bona huius Episcopatus mei adversa pars possidet, et ea, que habui iam pridem propter Sac. Maiestates Vestras exposui, ut saltem nudas has arces meas in fidelitate Maiestatum Vestrarum tenere ac ab hostium insultu defendere possem. Supplico itaque Sac. Maiestati Vestre, dignetur curam aliquam huiusce rei primo quoque tempore habere, ne ob non restaurationem horum meniorum maiora incommoda dicio S. Maiestatum Vestrarum (quod Deus avertat) accipiat. Nam hisce in partibus he sole arces, quas ego teneo, sunt Maiestatum Vestrarum. Quod si et he peribunt, subsequentur paulatim longe etiam peiora. Hec in presentiarum volui Sac. Maiestati Vestre significare, ne siquid postea acciderit, negligentie mee ascriberetur. Gratiosum

expecto responsum. Christus Optimus Maximus Sac. Maiestatem Vestram servet quam felicissime, cui mea servitia tanquam Domine mee clementissime unice dedo ac defero. Vesprimij 28 Januarij 1540.

Eiusdem S. Maiestatis Vestre

humillimus obedientissimusque Servitor
Martinus de Kecheth
Episcopus Vesprimiensis.

Kívül: Sacratissime Romanorum, Ungarie, Bohoemieque Regine etc. Domine mee Clementissime.

Egy ív papir két oldalán, piros zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1540. Jan. 47.*
Közli: BUNYITAY VINCZE.

446.

Bécs, 1540 február 4.

Anna királyné a veszprémi püspök kérésére meghagyja a kormánynak, hogy a veszprémi vár megrongált falainak helyreállításáról gondoskodjék; figyelmezteti a püspököt is, hogy ez ügyben maga is mozogjon.

Episcopo Vesprimiensi. Anna. Reverende, Devote, Fidelis, Dilecte. Reddite sunt nobis litere tue, quibus scribis, moenia arcis istius Vesprimiensis magna ex parte corruisse, nostram ob id opem humiliter imploras, quatenus in ijs restaurandis et reficiendis tibi auxiliares manus nostras prebere velimus. Nos itaque petitionis tue, ut quidem nunc res sunt, benigne plane rationem habere et tempestive incommodis, que emersura ostendis, occurrere volentes, statim ea de re literas nostras, quibus etiam tuarum ad nos exemplum insertum erat, ad Regimen Regni nostri Hungarie transmisimus, eique iniunximus et pro sarcienda ista ruina et reficiendis collapsis moenibus nihil cure diligentieque pretermittant, atque eas ad prevertenda futura mala omnino rationes ineant, que et oportune et necessarie fore videbuntur. Sed volumus tamen, ut tu quoque, tua enim res agitur, in eam curam non minus incumbas, studeasque, tibi ipsi non deesse, quantum enim in nobis situm est, vides nos tui curam clementer gerere nilque pretermittere eorum, que in presens tibi usui esse videbantur. Quare te ad dictum Regimen nostrum reijcimus, a quibus indubie te adiutum senties, prout clementer confidimus. Datum 4 Februarij anno 1540.

Exp.

Fogalmazat egy félív papir két oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1540. Febr. 7.*
Közli: BUNYITAY VINCZE.

447.

Buda, 1540 február 5.

Frangepán Ferencz egri püspök tudósítja Thurzó Elek királyi helytartót, hogy a királyok legközelebbi találkozása Magyarországnak is sokat használhatna, kivált ha oda Thurzó is elkísérné királyát; tudósítja továbbá valami rendkívüli drága aranyról; a Laszkiról szárnyaló kalandos hírekről és saját bíborossága ügyének mibenlétéről.

Spectabilis et Magnifice Domine, Domine et Amice Colendissime. Salutis et servitutis commendationem. Tanti mei silentij cause due fuerunt, altera absentia mea, alteram dicam domino Sibrik, quum veniet. Gratias ago Dominationi Vestre Magnifice de novis ad me scriptis. Utinam Dominus Deus faciat ex sua immensa gratia, ut iste Regum congressus, iste affinitates eorum sint stabiles et firme, et sincera amicitia plene in beneficium totius Reipublice Christiane et presertim nostris miseris Regnis, que profecto nullam aliam spem habent, nisi hanc pacem inter nostrum Cesarem et Christianum Regem. Si enim hec erit pura et nitida, poterit sperari aliquid boni. Miror, quod Dominatio Vestra Magnifica non iverit cum S.^{mo} Rege Suo, multum enim (mea quidem sententia) conduceret rebus Ungaricis, si Dominatio Vestra Magnifica esset ibi in colloquio illorum Principum. Pauci tamen sunt, qui pro publico velint vel sumptus vel labores sumere.

Preterea Dominatio Vestra Magnifica ad me scribit, ut aurum mitterem ad Eam lavatile, cuius unicum granum ponderaret 200 florenos. Dominatio Vestra sciat, quod huiusmodi grana raro reperiuntur. Ego nunquam vidi adhuc huiusmodi, preter apud Regiam Maiestatem, Dominum meum Clementissimum. Libenter Dominationi Vestre Magnifice servirem profecto in ijs et maioribus, et hic Bude feci querere inter amicos, nusquam tamen reperire potui. De debito rogo Eandem, patientiam habeat in me et omnia reddam. Mea mala sors voluit, ut non possem facere satis amicis; certe molestius est mihi, quam illis, quibus debeo. Omnia tamen ferenda sunt, que Deus vult. De Domino Lazki conatus sum persuadere Regi, Domino meo, ea que Dominatio Vestra Magnifica scribit, isti tamen non credunt et dicunt non esse verisimile, quod Dominus Lazki ruisset in Turciam ad tentandam fortunam, quia hoc esset nedum stultum, verum et impium. Non enim posset aliquis Turce prodesse, nisi vehementer Christianis obesset. Item ipse testatur literis suis, quas scripsit ex Valachia in Poloniam ad amicos, se

ire in Turciam Orator nomine S.[mi] Domini Romanorum Regis. Utinam volendo choriczare, non imbricet omnia. Nostra ligatio videtur potius retrogredi quam progredi, timeo ne hec mora quoque sit nobis futura nociva. Nos sumus inter sacrum et saxum et tamen adhuc non acquiescimus sanis consilijs. De Cardinalibus nihil aliud scio, nisi me non habere pecuniam neque munera pro illa dignitate assequenda, licet sciam S. D. N. non creare Cardinales, nisi propter eorum excelsas virtutes et doctrinam. De hac re quicquid habui, effutivi D. V. M. illud totum Deo commendans, sive sit de ancilla sive de libera.

Rogo D. V. M., significet mihi, si Cesar cito venturus sit in Imperium, et in qua civitate intendit comitia celebrare et domino Reverendissimo Strigoniensi mittere curet literas presentibus alligatas et bene valeat. Infra 8 dies intendo discedere hinc Agriam versus. Bude 5 Februarij 1540.

Serenissima Regina nostra est gravida, speratur parere mense Maio futuro.

Servitor
Agriensis subscripsit.

Kívül: Spectabili et Magnifico Domino Comiti Alexio Turzo, Judici curie et Locumtenenti Serenissimi Domini Romanorum etc. Regis etc. Domino etc. Amico Colendissimo.

Egy ív papir két oldalán, piros czimeres zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1540. Febr. 8.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

448.

Kapornak, 1540 február 6.

Antal apát és a kapornaki konvent tekintetbe véve azt, hányszor tette koczkára fejét Mezőlaky Ferencz deák a kapornaki monostor szolgálatában, monostoruknak vöczköndi (Szala m.) birtokát 200 frtig neki zálogul lekötik.

Antonius abbas et conventus Kapornakiensis possessionem monasterii sui Vöczkönd vocatam (in comitatu Szala existentem) Francisco Mezőlaky litterato pro 200 florenis impignorant ob merita in defensione monasterii cum vitae periculo praestita.

Eredetije a vasvár-szombathelyi káptalan levéltárában. Litt. eccl. f. A. Nr. 29.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

449.

Bécs-Ujhely, 1540 február 8.

A bécsujhelyi pálosok tudósítják Sopron városát, hogy «bruder Gorgen im Tall» vicariusok engedélyével az «im Goltperg bey Medwisth» eső s egykoron Grafeneck Ulriktól a baumgarteni pálos kolostornak adott, e kolostor pusztultával pedig rájuk szállott puszta szőllőt eladták «Hern Gorgen von Wolffenreit»-nek.

Eremitae s. Pauli de Nova Civitate senatui Sopronienst significant, se vineam penes villam Meggyes, possessionem civitatis Soproniensis sitam, olim ab Uldrico Grafeneck claustro eremitarum s. Pauli Baumgartensi donatam, huius vero desertione sibi attinentem indultu vicarii sui Georgii apud Mariatall habitantis vendidisse Georgio de Wolffenreit.

Eredetije Sopron város levéltárában. Lad. II. et B. f. 1. Nr. 6.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

450.

Tapolcza, 1540 február 17.

Szala vármegye tisztikara bizonyítja, hogy Choron András (a tihanyi apátság kormányzója) a fajszi templomnak Arácson (a tihanyi apátság birtokán) fekvő szőllejét megbecsültette és a becsű árát a templom gondozóinak átküldötte, de azok nem fogadták el.

Nos Petrus Pethew de Gerse ac Andreas Baso de Czab vicecomites et Judlium comitatus Zaladiensis memorie commendamus, quod nos ad... petitionem egregii domini Andree Choron de Deweczer Johannem de Deregd unum ex nobis Judlium ad infrascriptas estimationem et ammonitiones faciendas duximus destinandum, qui... retulit, quod... ad possessionem Aracz in comitatu Zaladiensi existentem habitam accessisset, ibique... unam vineam ecclesie beate Walpurge virginis in possessione Faÿz fundate quatuor iugeribus terrarum se extendentem in promontorio Aracz in terris videlicet ecclesie beati Aniani confessoris de Thykonio adiacentem ad valorem viginti quinque florenorum estimasset, factoque ipsa estimatione prefatus dominus Andreas Choron exponens in persona predicte ecclesie beati Aniani confessoris de Thykonio... predictos viginti quinque florenos ad possessionem Fayz misisset ibique nobilem Colomannum Czodi de Wamos et providum Thomam Marton de dicta Fayz, vitricos[1] ecclesie predicte ecclesie de Fayz in eo ammonuisset, ut ipsi in persona ecclesie

[1] Erronee: vitrices.

beate Walpurge virginis predictos viginti quinque florenos, pretium videlicet vinee predicte... levare deberent... qui... contumacia ducti... levare noluissent... Datum in opido Thapolcza feria quarta proxima post Dominicam Invocavit anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo.

Eredetije 4 pecsét nyomaival, hg. Eszterházi lt. f. R. Nr. 424.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

451.

Bécs, 1540 február 20.

Anna királyné meghagyja a magyar helytartótanácsnak, hogy a pozsonyi ferenczrendűeket, kik klastromukban a katonaság zabjának helyet adni nem akarnak, engedelmességre szorítsa.

Regimini Regni Hungarie. Anna. R. Spectabilis, Magnifici, Egregij Fideles Dilecti. Scripsimus superioribus diebus religiosis, devotis, fidelibus nobis dilectis, gardiano ac conventui Fratrum sancti Francisci de observantia Posonij, eisque serio iniunximus, ut egregio Iodoco a Liligenberg serenissimi principis domini et conthoralis nostri carissimi commeatuum magistro, qui nobis exposuit, se habere congestam Posonij avenam, sed male a muribus volucribusque tutam, in locum quendam vacuum in eodem monasterio reponendi facultatem darent. Tamen illi iam mandatis nostris istius modi rebelles inobedientesque sunt, eumque locum aperire recusant, id quod non sine gravi animi nostri displicentia intelleximus, mandantes propterea vobis harum serie, ut si posthac obstinati esse pergent, eisdem gravi sub poena mandetis, immo per oportunas rationes compellatis, ut dictam avenam imponi permittant, nullasque excusationes et tergiversationes pretexant. Nostram in eo seriam exequuturi voluntatem. Datum Vienne die 20. Februarij anno 1540.

Exp[edite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1540. Febr. 22.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

452.

Bécs, 1540 február 24.

Anna királyné parancsa, hogy a király által Trieszlbe menesztett nyolczvanegy anabaptistát a háromevezős gályákra vitelni el ne mulaszszák.

Andree de Auria. Anna. Illustris, sincere Dilecte. Ex literis serenissimi principis, domini et Conthoralis nostri dilectissimi procul dubio cognovistis, quemadmodum Maiestas sua per viam Tergesti octoginta et unum anabaptistas ad vos se mittere velle demonstraverit, quo nimirum eos ad remigia triremium adhibere possitis. Quoniam autem dicti anabaptiste iam Tergestum usque pervenerunt, ibique donec pro illis miseritis ipsos detinendos iussimus, nullumque tamen a vobis ad dictas literas serenissimi domini et Conthoralis nostri responsum allatum est: idcirco vos hac de re subito admonere visum nobis fuit, rogantes vos et inhortantes gratiose, ut prefatum anabaptistarum numerum primo quoque tempore abducendum et in triremes imponendum curetis, neque eos diutius istic haerere sinatis, prout de vestre nobis gratificandi studio atque desiderio plane confidimus, idque ipsum, sicubi dabitur occasio, benigne compensabimus. Datum Vienne die 24. Februarij anno 1540.

Exp[edite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1540. Febr. 31.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

453.

Boroszló, 1540 márczius 2.

Moibanus Ambrus és Hessus János boroszlai plébánosok levele Bártfa városához. — Nagy sajnálkozásukra nem tehetnek eleget kérésöknek, mert maguk is szükében vannak a jámbor és tudós lelkipásztoroknak. Ilyeneket a szomszéd meisszenieknek és brandenburgiaknak sem tudnak küldeni, jóllehet ezek nem törődve az emberi hagyományokból eredő akadályokkal, örömmel fogadnák őket, «sive essent mariti vel bigami, sive non uncti, sive non rasi».

Literas vestras legimus, in Christo charissimi! non absque ingenti dolore animi, non tam propter matrimonium in aula exosum — id, quod non ignoramus — quam quod precibus ac desideriis vestris, tam piis, a nobis satisfieri non potest. Utinam haberemus viros multos, pios ac doctos, quibus carere possent,

maxime hoc tempore, quo satan nihil molitur contra Christum, nostre ecclesiae. Non sine magno gaudio vicine regiones, Misna et Marchia, nam verbum Dei receperunt, pastores christiani gregis a nobis peterent, nihil curantes impedimenta ex humanis traditionibus orta, sive essent mariti vel bigami, sive non uncti, sive non rasi, modo vite et doctrine integritate essent ornati a Domino. Quare rogamus, animi nostri promptitudinem pro re ipsa et officio, quod libenter prestaremus, Vestra benevolentia interim complectamini. Valete in Christo. Wratislavie secunda Martii M. d. XXXX. amici vere vestri parochi Wratislavienses Ambrosius Moibanus et Joannes Hessus.

Kívül: Prudentissimis et pietatis et iustitiae studiosissimis viris et dominis: iudici, iuratis ac universis civibus civitatis Bartpha, dominis et amicis observantissimis (!) suis. Bartpha.

Eredeti, egy ív papiron, két zárópecséttel. — *Bártfa város levéltára.*

Közli : BUNYITAY VINCZE.

454.

Pozsony, 1540 márczius 3.

A helytartótanács értesíti a királynét, hogy Magyarországon az egyházi rendek házait csak a legvégsőbb szükségben lehet törvény szerint elszállásolásra vagy magtárul felhasználni, azért a pozsonyi ferenezrendüek a zab befogadására nem kényszeríthetők, kivált mikor még királyi kiváltsággal is bírnak.

Serenissima Reginalis Maiestas, Domina nobis Clementissima. Fidelium servitiorum nostrorum humillimam commendationem. Accepimus literas Vestre Maiestatis, quibus de reponendis avenis in claustro fratrum sancti Francisci huius civitatis iuxta requisitionem domini Jodoci, magistri commeatuum, nos admonet. Maiestas Vestra non ignorat, ut putamus, que sint iura et privilegia in hoc Regno ecclesiasticorum hominum cuiuscunque ordinis aut status. Illud siquidem observatum est ab antiquo ad venerationem Dei Optimi Maximi, ut in locis cultui ipsius dicatis aut domibus ministrorum eius, nisi maxima urgente necessitate nulla unquam impedimenta pacis aut belli tempore locata sint, ij vero Fratres preter institutum hoc vetus habent literas a Regia Maiestate, quibus cavetur, ne qua ipsis in huiusmodi molestia inferatur. Proinde videtur convenire, ut Maiestas Vestra contenta sit, pauperes hos ministros Dei hac in re non perturbari, et cum non desint in hac civitate ampliora loca, quibus avene huiusmodi longe maiori quantitate reponi possint

commode, poterit Eadem iubere civibus per literas, ut capax locum reperiant absque mora, quo ille locentur, atque ita sine ullius incommodo Maiestati Vestre abunde erit satisfactum. Deus Optimus Maximus Eandem conservet ad vota quam diutissime. Posonij die III Martij 1540.

Serenissime M estatis Vestre fideles servitores
Locumtenens et Consiliarij Regie Maiestatis.

Kívül: Serenissime Reginali Maiestati Domine nobis Clementissime.

Egy ív papir első oldalán, négy piros zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1540. Marz. 7.*

Közli: Bunyitay Vincze.

455.

Gyulafehérvár, 1540 márczius 7.

Verancsics Antal az egymás közt vallási kérdések miatt viszálykodó Jacobinus (Jekel) Jeremiás brassai plébánost és Honter Jánost, mint mindakettőnek közös barátja, kibékíteni igyekszik.

Rediens a curia (Budáról) in Transsylvaniam, unas ad te et Hontherum dare litteras erat animus, ut quos civitas, mores, studium et verbi evangelici professio coniungebat, litterae meae non disiungerent. Sed quum intellexi, simultates quasdam inter vos exortas ex palinodia quadam falsa, quam tu recantare incepisti et more aegrotantium, qui ab institutis et vivendi regula per medicum demonstrata discedentes in graviorem infirmitatem coniiciuntur, a veritate recidisti, seorsum tum ad te, tum ad Hontherum scribendum mihi esse existimavi. Inimicitias istas vestras quam iniquo ac dolenti animo accepi, Deus testis est quod vix effari possem, et alioqui nec plane credam adhuc, donec aut tuis aut Hontheri litteris certior fiam, quod ut tuis quamprimum consequar, mirifice desidero. Illud autem interim memineris, et Paulum Petro erranti a veritate evangelii! in facie restitisse, et Petrum aequo animo sanam fratris admonitionem pertulisse. Noluit enim Deus hominem solum esse, ne si caderet, quum ad cadendum semper est pronus, sublevantem non haberet. Si itaque Hontherus, quemadmodum verum apostolum convenit, tibi sese et Paulum et Achatem et Theseum (profanorum exemplum adiiciam) exhibuerit, quem in solitudinem ab ecclesia

malus forsan quispiam homo segregavit, num pro pane lapidem, aut pro pisce serpentem porrexit? quod haudquaquam mihi de isto viro et homine christiano persuadeo, cuius fides, charitas et in evangelicum ministerium pietas non solum apud nos, verum etiam apud exteros in summa celebritate versatur. Non possum illi non favere, nequeo te non amare, et utrumque vestrum suavissime uno eodemque amplexu complector, dum alteri proficienti et supra multa a Deo Patre ob talentum non segniter auctum constituto gratulor, alteri divinam gratiam et ad veritatem receptum precor ac suadeam. Haec ad te, pauca quidem nunc, a charitate invitatus, qua tibi in Christo sincere afficior, perscripsi. Quodsi tu quoque certam causam dissidii vestri significare non gravaberis, scribam alia et plura his, quantum Spiritus sanctus mihi suggeret, adnitarque, ut infirmitati tuae tum verbo tum oratione, ut fratrem decet, succurram. Hoc unum addo. Cave, mi Hieremia, ne quod hucusque, cognita iam veritate et gratia, in terra bona cum spe maxima centupli seminaris, ad aratrum respiciens, tribulos ac spinas colligas et, ut Euridice a Plutone, corripiaris. Etenim in virtute omnibus momentis non proficere, magis deficere est: et qui cum Christo indies non colligit, indies dispergit. Perseverantes igitur et constantes coronam immortalis gloriae accipient et in dexteram Dei cum benedictis promoventur servati. Vale. Albae Juliae Transsylvanae. Nonis Martii MDXL.

Verancsics A. összes munkái. VI. (Magyar Tört. Emlékek. 2. Oszt. IX.) 71—73.

456.

Hirschberg (Szilézia), 1540 márczius 7.

Wolfgangus Sustelius levele Bártfa város tanácsához. Nőtlen papot nem küldhet, mert ilyet sem ő, sem más nem találhat. Mindamellett elküldi emberöket dr. Hesshez, ha netalán ő tudna segíteni.

Omnis boni incrementum. Spectabiles domini! Optatis virum doctum, eumque *celibem* ac verae religionis concionatorem, quem nec ego, nec alter quisquam reperire potest. Omnis enim christianorum concionator aut in statu legitimo constitutus vel eundem suscepturus reperitur. Remittam tamen nuncium vestrum ad doctorem Hessum, quatenus ipse boni consulat. Deficiunt revera apud nos veri ac christiani non tam praedicatores, quam capellani etiam coniugati. Cum his Vestras Dominationes in Christo quam felicis-

sime (valere opto). Ex Hersperga, dominica Letare 1540. Wolffgangus Sustelius vester ex animo.

Kívül: Optimo, eidemque equissimo Senatui Bartphensi, dominis ac amicis suis summe observandis.

Eredeti, egy nyolczadív papiron, zöldviaszba nyomott zárópecséttel. — *Bártfa város levéltára.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

457.

Gyulafehérvár, 1540 márczius 8.

Verancsics Antal Pesti Gáspár panaszlevelére válaszolja, hogy a megigért óbudai kanonokságot azért nem adományozhatta neki, mert utóbb értesült, hogy egyik kezének mutatóujja hiányzik.

Antonius Wrancius Gaspari Pestino s. Accepi litteras tuas et querimonias intellexi. Equidem doleo, rem tibi de sacerdotio canonicali in ecclesia mea Budensi ex sententia non successisse. Causa est, quod iam post litterarum tuarum, ut dicunt expectativarum emanationem, idque paulo ante discessum meum Buda, ab amicis quibusdam monitus sim, te uno digito, et quidem indice, celebranti sacerdoti praecipue necessario mutilatum et hac de re inhabilem ad obeunda eiusmodi beneficia in ecclesia esse, quippe cui celebrare cum decore et artuum externorum integritate sic manco non liceret. Igitur canonicatum, quem tu iure inire debebas, in alium contuli. Id ego quum non negem me fecisse, tum te citra iniuriam a me accipere, fraterne hortor et oro. Alioqui si haec mutilatio promotioni tuae nihil obsit, disquiras a iurisperitis, paratus sum profecto optatam tibi in hac parte navare, ut fratri, operam. Plurimum autem falleris, si secus hoc interpretabere, quam a me profectum est. Cavi enim mihi etiam cum tuo incommodo, ne in posterum a maioribus meis reprehensione aliqua inscitiae perstringerer, cui non assuevi. At si aequo id animo pertuleris, prudenter facies: et quod contendendo pervicacia obtinere non potueris, patientia atque aequanimitate suo tempore copiosius, Deo dante, consequeris. Vale. Albae Juliae Transsylvanae VIII. id. Martii MDXL.

Verancsics A. összes munkái. VI. (Magyar Tört. Emlékek. 2. Oszt. IX.) 77. l. — *Katona,* XX. 1332.

458.

Grenevicz, 1540 márczius 11.

Dyck Erazmus levele Bártfa város tanácsához. — Nőtlen papot nem küldhet, mert a kiket ismer, mind házasok.

Gratia et pax a Deo patre nostro et Domino Jesu Christo vobis multiplicetur. Nihil est, quod animum meum magis oblectare poterit, Cives amantissimi, quam quod audiam verbum Dei apud vos etiam non infoeliciter sparsum. Incrementum illius in orationibus meis semper precor, id enim unum in votis habeo, ut ex corde optem, illud ubique terrarum et apud omnes gentes invulgari, gloriamque Christi innotescere. Cum vero sine doctore illud habere non possumus, flagitant Dominationes Vestre, ut tam pio operi officiis meis inservirem et de praedicatore probo et docto consulerem, et *eo quidem non marito.* Fateor quitquid officii in communi omnibus debeo, id primum et potissimum Dominationibus vestris et patriae, que me genuit et enutrivit, debeo. Sed quam rara sit copia eorum, qui verbum Dei ca~dide et sincere annuncient, testabitur nunc doctissimus Leonhardus, schole vestre praefectus. Sectis nam apud Silesios nostros scatent omnia, exceptis paucis quibusdam civitatibus et pagis, ubi sinceriter verbum Dei annuntiatur, et illi ipsi, qui verbum annuntiant, quos ego novi, omnes mariti sunt. Quare D. V. enixe rogo, ne segnitiei id mihi adscribatur, quod nunc votis vestris per me satisfieri nequit. Deus ipse novit, quem nihil celare licet, quam promptum animum habeam in hoc officii genere servire omnibus et presertim vobis, sed non video, quo pacto id fieri possit, cum talem optetis, nempe coelibem et doctum, que dona nostro evo apud paucos reperiuntur; polliceor tamen operam meam, me non defuturum, si quo modo per me, vel amicos D. V. de tali viro provideri poterit. D. V. me humillime commendo, quas in Christo perpetuo bene valere cupio. Datum in pago Grenewicz XI. Martii anno redemptionis nostre 1540 Vestrarum Dominationum subditus *Erasmus Dyck.*

Kívül: Sapientia et prudentia ornatissimis viris et dominis iudici et iuratis civibus civitatis Bartphe, dominis et patronis suis semper observandissimis etc.

Eredeti, egy félív papiron, zárópecséttel. — *Bártfa város levéltára.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

459.

Gent, 1540 márczius 17.

Ferdinánd király felhívja az esztergomi érseket, hogy Tranquillus Andronicust az esztergomi prépostságra, vagy más üresedésbe jövő javadalomra nevezze ki.

Strigoniensi. Ferdinandus etc. Reverende Pater, Devote, Fidelis et syncere Dilecte. Magnopere cupimus egregio Tranquillo Andronico, secretario nostro, propter sua erga nos, remque publicam Christianam exhibita servitia gratiam favoremque nostrum ostendere, illiusque fidelitatem beneficio aliquo ita devincire, ut nobis ad inserviendum accomodandumque operam suam in dies reddatur promptior, ferventiorque. Quare, cum Devotio tua propter sacerdotia prebendasque, que in ecclesia sua vacant, multas occasiones habeat explendi desiderium nostrum, Eandem enixe hortamur et requirimus, ut dicto Tranquillo, veluti persone digne nobisque grate vel preposituram Strigoniensem, vel aliquod aliud beneficium primo quoque tempore in ecclesia illa sua vacaturum nomine nostro conferre non gravetur, nostram in eo benegratam executura voluntatem. Datum Gandavi 17. Martij 1540.

Exp[edite].

Fogalmazat egy félív papir első oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1540. Marz. 55.*

Közli: Bunyitay Vincze.

460.

Pozsony, 1540 márczius 18.

Kophart Lipót pozsonyi prédikátor levele a beszterczebányai tanácshoz. — Szivesen vette prédikátorukká történt meghivatását, de nem mehet, mert nem hagyhatja pozsonyi híveit; hanem ajánlja maga helyett Radaschinus Mihály volt hainburgi prédikátort, ki épen most szabad s csak azt várja, hogy valahová meghivják. Ugyszintén ha tanítóra volna szükségök, igen alkalmas személyt tudna ajánlani, Sacherreiter Ulrik hainburgi iskolamestert.

Gratia nobis et pax a Deo Patre et domino nostro Jhesu christo, unico seruatore nostro. Prudentissimi uiri in Christo Jhesu michi semper collendissimi (!). Vestris ex literis percepj iustum et pium desiderium atque affectum ad succurrendum medelamque afferendam quibusdam perturbatis anxijs errabundisque conscientijs hominum uestrorum. Idque fieri posse speratis atque confiditis meis suppeciis adhibitis, nempe uerbi diuini administracione, petitisque

me in dominici gregis ductorem, verbi diuini preconem, et rerum spiritualium dispensatorem. Quibus nil mihi unquam optabilius acceptabiliusque sit presertim, quum percepero Domini uocem uocantem et mittentem in messem suam. Insuper scio, me esse debitorem et seruum omnium. Quantum igitur in me est, omnibus quibuscumque possum, debitum reddam seruiamque, ut eos Domino lucrifaciam sumque promptus et uoluntarius ad seruiendum uobis, ad euangelizandumque euangelium Jhesu Christi, cuius minime me pudet, in quo nequaquam aggrauor Domino uocante atque mittente. Detineor tamen nunc Posonii asstrictus, uictusque clamore et desiderio paruulorum esurientiumque petenciumque panem verbi Dei, quoniam quidem etiam apud nos magna et ingens admodum est audiendi verbi Dei fames, ita ut non sit, qui non misereatur et compatiatur huiusmodi esurientibus, quum paucissimi rarissimique inueniantur integre et sincere verbi coelestem panem frangentes paruulis. Quum igitur sciam et compertum habeam dominica ordinacione disposicioneque huc me uocatum ac missum, ut panem et lac paruulis prebeam, quibus lacte opus, exercitatum ac solidum cibum in tempore oportuno: non possum dimittere commissos paruulos nec deserere nunc parumper exercitatos. Quapropter rogo D. V. P., ut non moleste ferant, me non acquiescente peticionibus uestris: sed equo animo diuinam ordinationem dispositionemque amplectentur atque suscipiant. Habete fiduciam in Domino, quem et rogabitis: et ipse mittet procul dubio operarios in messem suam. Nunquam enim suos deseret. Ex quo autem nunc subscribere et acquiescere uestre petitioni et uoluntati non possum, prepeditus nescio quousque, velim tamen quoque lubentissime, D. V. uigilantissime non fraudarentur desiderio affectuque suo, ita quidem, quod in me denegatur, in alio suppleretur. Est quidam verbj diuinj preco apud nos, nomine Michael Radaschinus, Liburnus, uita et doctrina clarus, integer, sincerus et totus euangelicus, a quocumque nunc condicione liber et absolutus — qui quidem si uocatus fuerit (quum nil aliud expectat quam uocationem) ad quemcunque locum, credo ipsum cum gaudio iturum atque profecturum illuc. Is nempe anno nunc elapso seminauit dei uerbum Hainburgensibus, sed iam nunc totaliter ab illis absolutus, qui ut ut uocetur et mittatur vel ad nos vel ad alios, inspirare dignetur omnipotens Deus gratia sua. Insuper sciant D. V. P. ludi literarij moderatorem Hainburgensem, nomine Vdalricum Sacherreitter, ad festum S. Georgij a sua conditione illic habita absolutum iri, hominem doctum, studiosum et omnem diligentiam apponentem circa iuuentutem instituendam, ita,

quod sciam, me nunquam uidisse hominem diligentlorem in pueris instituendis. Magnum habet ad iuuentutem affectum: et non minime pueri et iuuenes ad ipsum afficiuntur, quem (quod mirandum est) omnes sui discipuli timent insuper et amant. Quapropter si D. V. P. indigerent huiusmodi homine: possent illi scribere et ipsum uocare. Promptus esset proficisci ad uos vel ad alias partes montanas. Si prouisi estis, rogo, ut, si D. V. P. sciuerint, quempiam locum indigere homine tali, illuc hominem prefatum commendare (sicutj commendabilis est) atque promouere uelint. Idque idem cum prefato concionatore facere conabiminj, precor. Sunt ambo homines pacifici, non sediciosi, doctrina et uita clari, atque ita, quocunque uenerint, literis commendaticiis non indigebunt, sed uita et doctrina de illis testificabuntur. Faxit igitur optimus Deus, ut haec omnia prefata debitum (secundum diuinam uoluntatem) sortiantur effectum: et in laudem suam et euangelii gloriam cedant. Insuper D. V. P. precor in Christo Jhesu bene ualere. Actum Posonj. 18. Marcii anno M.5.40.

Dominacionum V. P.

Leopoldus Kophart Concionato [!]
Posoniensis frater in Christo Jhesu uester.

Eredetije Beszterczebánya város levéltárában. Fasc. 236. Nr. 7.

Közli: Timon Ákos.

461.

Gyulafehérvár, 1540 márczius 20.

Verancsics Antal, Mihály öcscsével szemben védi nagybátyjukat, Statilio püspököt és felsorolja a tőle vett jótéteményeket.

— — — — — — — — — — — — — — —

Patere me meo iure tecum loqui, natu enim maior sum. Ex contumacia tua et malo animo, quo semper in eum (Statilio) fuisti, ferum ac malitiosum existimas: illumque accusando, qui putas te excusatum iri apud eos, qui et nos, et ipsum cognoverunt? Etenim quae ipse ductu inprimis solius Dei, virtute dein ac ingenio suo, toti Europae celebratissimo, cuius et avo et patri perexigua res domi fuit, non est assecutus ornamenta, dignitates, honores, divitias! Et ut omittam multa, quae in multos tam suae, quam nostrae familiae contulit: quo me honore, nomine, beneficio non affecit? Puerum saepe in ulnis, ut filium dissuavians, gestavit: et in ephebis constitutum Scardonae canonicum feliciter fecit; in Hungariam

postmodum, adulta iam aetate, adductum, Vesprimii, tamquam praecipua illius cura fuissem, archidiaconatu Simigiensi auxit; illinc in Italiam misit et in Patavino gymnasio fovit, eque rudi et barbaro homine latinum reddi curavit; revocatum tandem ad se, in secretarium Joannis regis creavit et in consilio tanti principis locum mihi obtinuit; ornavit dehinc praepositura Budae Veteris, Transsylvana ditavit, quibus adhuc fruor, nisi saevitia et tyrannis Mayladi hanc, illam Germanus princeps interceperit. Regiis ad haec legationibus quinque: ad pontificem Romanum, Clementem, ad Galliarum regem Franciscum, ad Anglorum Henricum, ad Polonorum Sigismundum, et ad Senatum Venetum illius studio atque opera honestatus, et multis claris urbibus virisque cognitus exstiti. Quid memorem spes, ad quas me sua pietate, non mea ambitione erexit, qui iam bis episcopum me Joannis regis munificentia fecerat, nisi alterum tempora rapuissent, alterum nota culpa mea denegasset. Te puerum diu ubique secum habuit; sua omnia tuae fidei credidit; regiis Cracoviae et Viennae Pannoniae civitatibus litteraria eruditione imbuendum tradidit et de suo suppeditavit; sacerdotio dehinc non contemnendo in Transsylvania donavit, quo tametsi delatione malevolorum postea privavit, non tamen per eum defuit, quin longe maiora beneficia in te contulisset, si aequo animo sustinuisses tanti avunculi, alioqui ultra humanum modum iracundi, voluntatem, inque illius correptione non feritatem, sed paternam pietatem intueri voluisses. Scis, me non ignorare, quod te ei semper durum, difficilem, intractabilem vel indomitum potius exhibuisti; et nunc tam vehementer admiraris, quod tantus dominus tanta contentione cum pulice litiget et immortale, ut ais, bellum gerat — — — — Quod ad me attinet, abiicere te nequeo, nec volo. Nihil in me tibi praesidii aut opis unquam deerit, quantacunque res mihi fuerit, modo desinas in avunculum esse iniquior, qui in utrumque nostrum aequissimus est. De indignatione vero illius in me, non est, quod multum afficiaris. Ultronea mea criminis confessio et tolerantia solita, qua ipsum alias saepe placabilem in me converti, veniam suo tempore impetrabit. Laetus equidem omnia perpetiar, deprimi etiam non recusabo, ut ipse evehatur et maximus fiat, contentus ego vel tenuissima umbra Statilii ero. In quo si tu me, frater, imitabere, non te poenitebit, et vives valebisque. Vale. Albae Juliae Transsylvanae XIII. kal. Aprilis MDXL.

Verancsics A. összes munkái. VI. Magyar Tört. Emlékek. 2. Oszt. IX. 87—89. ll. *Katona,* XX. 1322.

462.

Nagyvárad, 1540 márczius 22.

János király a veszprémi egyháznak kezében levő birtokait elzálogosítja 1000 frtért Podmaniczky Jánosnak.

Nos Joannes, Dei gratia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie, recognoscimus per presentes litteras nostras, quod totales possessiones episcopi et capituli Wesprimiensis Ewsÿ, Berenhÿda, Peremarton et Zentÿstwan vocata in comitatu Wesprimiensi existentes habitas, que nunc in manibus et potestate nostra haberentur, fideli nostro magnifico Joanni Podmanyczky de Podmanÿn pro ea summa mille florenorum, quam ipse in servitiis nostri et regni nostri arduis exposuit, cum omnibus fructibus et utilitatibus earundem duximus inscribendas et obligandas et per eum tamdiu tenendas, donec ipsa summa mille florenorum eidem Joanni Podmaniczkÿ per nos aut per eos, quibus intererit, effective persolutum fuerit; imo inscribimus et obligamus harum nostrarum vigore et testimonio litterarum. Datum Waradini feria 2 proxima post Dominicam Palmarum Anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo, regnorum vero nostrorum decimo quarto.

Joannes rex manu propria.

Hiteles másolat a veszprémi kápt. mag. lt. Capsa 13. f. Peremarton. 27.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

463.

Bécs, 1540 márczius 25.

Anna királyné kéri János királyt, hogy Par Márk ügyében, kit Frater György tartozása miatt fogva tartat, közbenjárjon és annak kiszabadítását eszközölje ki.

Regi Joanni. Anna etc. Serenissime etc. Miseret nos sane plurimum calamitatis et miserie fidelis nostri egregij Marci de Par, qui propter debita, quibus reverendo devoto sincere nobis dilecto fratri Georgio episcopo Waradiensi, consiliario et thesaurario Serenitatis Vestre, obstrictus est, in longa durissimaque captivitate detinetur. Quoniam autem liquido constat, habere illum vicissim quosdam debitores Serenitatis Vestre subditos, qui haud paulo ampliorem ei summam debeant, quam que ad solvendum istud debitum suum sufficiat, sicut Serenitas Vestra ex syngraphis

eorundem his adiunctis facile intelliget, idcirco tum precibus tum lachrimis, quibus eius nomine toties interpellamur et ad misericordiam commovemur, tum ipsa rei equitate et pietate adducte, facere non potuimus, quin iam hasce literas ad Serenitatem Vestram daremus, Eamque impense rogaremus, ut nostre coniunctionis intuitu afflicti et calamitosi illius hominis vicem sublevet, studeatque dictum thesaurarium suum inducere, ut vel ea debita ab illis, qui isthic huic debent deposcat et exigat, id quod a Devotione sua fieri haud difficulter poterit, vel admittat Serenitas Vestra mandetque serio, ut ijdem debitores simili modo detineantur et ad solvendum compellantur. Si enim debitores illi immunes esse et ad custodiam, si satisfacere nollent, itidem deposci non deberent, hic vero nihilominus tam duris vinculis astringi, moeroreque confici, postquam alia ratione solvendo non est, nisi ab ijsdem debitoribus suis creditum recuperet, certe causa esset, cur et nos quoque dictum Marcum inique detineri putaremus. Quapropter efficiat Serenitas Vestra, ut per utrimque habeatur debitorum exigendorum ratio, neve quisquam aequo amplius gravetur, quo et nos has literas magnum pondus apud se habuisse sentiamus, et miser homo eiusdem Serenitatis Vestre benignitate adiutus non modo debito, sed et carcere tandem liberetur. Que felicissime valeat. Datum Vienne die 25 Martij anno 1540.

Ex[pedite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1540. Marz. 71.*

Közli : Bunyitay Vincze.

464.

Gent, 1540 április 4.

Ferdinánd király Sibaholyi Mártonnak a koronára szállt birtokait Ujlaky Ferencz győri püspöknek és unokaöcscsének, Farkasnak újra adományozza.

Nos Ferdinandus etc. Memoriae commendamus etc. Quod quamquam nos annis superioribus ad singularem supplicationem reverendi domini Francisci Wylaky, tunc praepositi ecclesiae Posoniensis, nunc episcopi ecclesiae Jauriensis, vicecancellarii nostri, ob fidelia eiusdem nobis a multis iam annis impensa servitia bona egregii condam Martini Sybaholy de Hradna, possessiones videlicet Wedred, Feheregyhaz et Olyncz, ac portiones possessionarias in possessionibus Maythe et Kerthwelyes vocatis, item domos in civi-

tate nostra Tirnaviensi, omnino in Posoniensi comitatu, et praeterea alia etiam universa bona et iura possessionaria eiusdem Martini in quibuscunque comitatibus adiacentia, quae per mortem et defectum seminis eiusdem Martini rite et legitime ad sacram regni nostri Hungariae coronam devoluta esse perhibentur, una cum iure nostro regio, si quod in eisdem bonis qualitercunque habuissemus, eidem domino episcopo ac nepoti eiusdem Michaeli de Wylak contuleramus; sed tamen, quia ipse Michael e vita decessit, neque nomen alterius nepotis eiusdem domini episcopi, Wolffgangi videlicet, litteris donationis fuerat insertum, supplicavit nobis ipse dominus episcopus, ut bona ipsa novae nostrae donationis titulo eisdem donare dignaremur. Moti igitur eius supplicatione, praescripta bona etc. memoratis domino episcopo et Wolffgango de Wylak nepoti eiusdem ipsiusque Wolffgangi haeredibus et posteris universis praemisso donationis titulo denuo dedimus etc. salvo iure alieno: harum nostrarum etc. Datum Gandavi in Dominica Quasimodo. Anno Domini 1540. Regnorum nostrorum Romani anno decimo, reliquorum decimo quarto.

Steph. Kaprinai, Collectan. Msc. B. Tom. XXVIII. 84. 1.

465.

Gent, 1540 április 8.

Ferdinánd király kéri az esztergomi érseket, hogy a tanulmányait Burgundiában folytatni szándékozó Herberstein Zsigmond bárónak a kanonoki jövedelmek távollétében is hét évig kiadassanak.

Strigoniensi Archiepiscopo. Ferdinandus. Reverende Pater, Devote, Fidelis et syncere Dilecte. Quum ab honorabili Capitulo ecclesie Devotionis tue magnopere obtinere cupimus, ut, quum nobilis Sigismundus liber Baro ab Herberstein, consiliarius noster, fidelis nobis dilectus, qui de nobis multifarie benemeritus est, quendam suum ex fratre nepotem, Sigismundum ab Herberstein, qui in ecclesia Devotionis tue canonicatum et prebendam assecutus sit, ad aliquod celebre Burgundie gymnasium discendarum bonarum literarum gratia ablegare decreverit, eidem iuveni, quem bone spei et indolis esse intelleximus, fructus dictorum canonicatus et prebende seu canonicam portionem etiam absenti et die prestituta de more non comparenti per septennium reddi administrarique velint, quo sese in literarum studio commodius sustentare possit, eaque de re ad dictum Capitulum literas dedimus, idque a

plerisque Germanie ecclesiarum capitulis admitti concedique consuevisse sciamus: idcirco Devotionem tuam omni studio hortandam et requirendam duximus, ut hanc nostram intercessionem et requisitionem auctoritate sua promovere velit, presertim cum una nobiscum Devotioni tue cure esse debeat, ut Respublica et ecclesia Christiana viris doctis ornetur illustreturque et ij, qui apti esse videntur ad bonarum literarum studia promoveantur, faciet utique in eo Devotio tua rem se suoque officio dignam et nobis valde gratam erga se gratia nostra Regia recognoscendam. Datum Gandavi 8. Aprilis 1540.

Exp[edite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb levéltár: Hung. 1540. Apr. 9.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

466.

Gyulafehérvár, 1540 április 12.

A gyulafehérvári káptalanban ezidőben a préposttal együtt tizenhárom méltóság és huszonnégy egyszerű kanonokság volt.

Antonius Wrancius Ludovico Tomoreo S. Heri in aedibus meis facta est ratio, quantum quisque nostrum in summam mille florenorum, qui nunc regi pendentur, conferre debeat. Eius rei rationem misi ad te in hac scheda huic epistolae inclusa. Videas rogo, quonam pacto nobiscum agatur. Summa haec soli capitulo iniuncta est, et archidiaconi cum praeposito, qui suas decimas sine communione capitularium habent, maximam illius partem persolvunt. Qui quidem capitulares quantum numerum colonorum habeant, probe novisti, nec est opus nunc me recensere, quod forsan ignorat etiam ipse rex. At si videbitur, agas apud eius Maiestatem pro tua prudentia ac dexteritate, quam citius fieri possit, ut aut levęmur tanto pondere nos, qui dignitates vocamur, aut pensatis ambabus partibus, aequa lance ac bipartito iugum feramus, potissimum quum pretia decimarum nostrarum a nobilibus non reddantur. Ad me etiam, qui in omnibus ferme bonis capituli partim tertias, partim quartas, alicubi etiam quintas proventuum portiones, cunctorum vero censuum ordinariorum, et quos *ostoradó,* id est flagelli census appellant, tertias precipio, horum dumtaxat, quod (rectius: quae) causa regis exiguntur, nihil attinere dicunt. Quod quum mihi non probaretur, satis diu cum eis contendi, sed quum nihil proficerem

sine iudice, distuli ad regiam et praelati nostri cognitionem; sortem alioqui meam dudum numeravi, ut mandato principis refragari non fuissem visus. Quodsi nihil in rem nostram efficies, effice saltem, quod e re regis erit, ut Maiestas eius imponat tributa seorsum canonicis, seorsum dignitatibus; facile certe pro quingentis mille, pro mille duo millia accipiet. Quum enim centum ducati omnibus ex aequo iniungantur: canonici XXVIII dumtaxat, dignitates reliquum explent. Vide, quid in maiori numero oneris nobis imponunt: illi sunt XXIV, nos XIII. Forsan, hoc intellecto, aut exaudiemur a rege, aut iis fratribus nostris par referemus, cum maiore tamen damno nostro, quod interdum leve facit indignatio. Cura, ut valeas, neque huius negotii obliviscere, nisi magis onerari velis. Vale. Albae pridie id. Aprilis MDXL.

Verancsics A. összes munkái. VI. (Magy. Tört. Emlékek. 2. Oszt. IX.) 102.

467.

Somogyvár, 1540 április 24.

Gergely büi prépost a somogyvári konvent előtt Fáncsy János alispánt 4 forint megadásáról nyugtatja.

Gregorius prepositus de Bu coram conventu Somogyváriensi fatetur Joannem Fanchy de Gordova vicecomitem comitatus Somogyiensis florenos 4 sibi exolvisse.

Eredetije a gr. Bánffy cs. lt.-ban f. 114. Nr. 20.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

468.

Bécs, 1540 május 20.

Anna királyné Rizano János, trieszti alkapitánynak az anabaptisták megszökésére vonatkozó mentségét elfogadja ugyan, de a vizsgálat folytatását sürgeti.

Joanni Rizano, Vicecapitaneo Tergesti. Anna. Magnifice Fidelis, nobis Dilecte. Ex literis tuis, quas ad Inferioris Austrie nostre Regimen dedisti, excusationem tuam, quam adfers, te scilicet in culpa non fuisse, quod anabaptiste, qui istic, donec Princeps de Auria pro illis mitteret, inclusi detinebantur, extra muros nocturno tempore duplicatis etiam excubiis evaserint, nihil enim te, quo bene custodirentur pretermisisse, quam quidem excusationem tuam, etsi clementer admittimus, teque extra culpam esse facile agnoscimus, tamen non possumus non valde mirari, eos ita catenis vinctos et

non sentientibus custodiis absque alicuius auxilio civitatis muros exire potuisse. Quare tibi mandamus, uti porro etiam diligenter eius rei investigationem habeas et prosequaris neque in eo quicquam studii pretermittas, ac nos sive dicti Regiminis nostri Consiliarios, quicquid ita demum exploratius deprehenderis, confestim certiores facias, nostram in eo benegratam omnimodamque exequuturus voluntatem. Datum Vienne die 20 Maij anno 1540.

Exp[edite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1540. Mai. 47.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

469.

Bécs, 1540 május 20.

Anna királyné meghagyja Thurzónak, hogy Ruszt lakósait Nádasdy Tamás és Patshy (Pacsa) János soproni főpresbyter igazságtalan zsarolásai ellen védelmezze.

Thurzoni. Anna etc. Spectabilis et Magnifice, Fidelis, Dilecte. Exposuerunt nobis humiliter non sine gravi querela fideles iudex et communitas Rustensis, se indebite et preter observatum hactenus morem a magnifico et venerabili fidelibus nobis dilectis, Thoma Nadasdy et Joanne Patshy Archipresbitero Sopronierisi gravari atque, ut ipsis decimas anni proxime elapsi, episcopo Jauriensi iam persolutas, persolvant compelli usque adeo, ut illis etiam arestationem bonorum comminentur, quemadmodum ex hic incluso eorum supplici libello fusius intelliges. Cum autem nobis plane iniquum videatur, subditos illos nostros preter debitum ita premi, idcirco te hortamur gratiose, ut eosdem Russtenses ab omnibus illicitis bonorum arestationibus defendas dictisque Nadasdÿ et Patschi, ne quid extra ius agant mandes, nostram in eo benegratam exequuturus voluntatem. Datum Vienne die 20 Maij 1540.

Exp[edite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1540. Mai. 44.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

470.

Pozsony, 1540 június 21.

Thurzó válaszolja a királynénak, hogy János király tanácsosait fölkérte, hogy Balassa Zsigmond embereit, kik a bozóki prépostságot bírják, a korponaiak háborgatásától eltiltsa.

Sacra Reginalis Maiestas, Domina Clementissima. Premissa servitiorum meorum humili commendatione. Paulo ante Maiestas Vestra de infestatione Korponensium, subditorum serenissime Domine Marie Regine, per homines Sigismundi Balassa, qui Bosok preposituram possident, suas ad me literas dederat, quibus acceptis illico consiliariis Joannis Regis omnem huius rei seriem perscribere curavi admonuique eos, quod authoritate Principis eorum dictum Sigismundum Balassa suosque ab huiusmodi insolentiis coherceant. Quod si consiliarii ipsi eam ad requisitionem meam relationem fecerint que Maiestatis Vestre in hac parte voluntati votisque civium ipsorum respondere videbitur: bene quidem, alioqui opinione mea ita in re ipsa procedendum est, ut vim vi propulsare liceat, presertim cum civitas illa serenissime Domine Marie Regine existat, nec eo facto, si iniurie in territorio eorum propulsabuntur pactis et induciis aliquod derogamen inferri puto. Maiestatem Vestram Deus Optimus Maximus servet felicem et incolumem diu ad vota, cui mea servitia humiliter commendo. Posonii 21 junij 1540.

humilis Servitor
Thurzo.

Kívül: Sacre Reginali Maiestati Romanorum Hungarie Bohemie etc. Domine mee Clementissime.

Egy ív papir egyik oldalán, piros zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1540. Jun. 76.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

471.

Gyulafehérvár, 1540 június 24.

Verancsics Antal Statilio János püspököt az erdélyi események felől értesíti s hosszabb levele végén ezeket írja:

— — — Stephanus Druget a Homonna et Bernardus Thamasy decesserunt. Gaspar Dragffy ab ipso sepulchro revocatus est, et ductus Lutheranismi poenitentia, quo deflagrabat ad libertatem

carnis sine spiritu, iuravit se in posterum catholicum christianum acturum et more patrio ecclesiam culturum. Petrus Perenneus idem fecit de sacerdotibus, quos ad coniugia compulerat. Magna mutatio dexterae excelsi, si non caecutirent. — Cancellarius, tuus Werbőczi, et Quinqueecclesiensis episcopus ceterique consiliarii regii recte valent seque tibi commendant. Vale. Albae Transsylvanae VIII. kal. Jul. MDXL.

Verancsics A. összes munkái. VI. (Magyar Tört. Emlékek. 2. Oszt. II.) 108. l. — *Katona,* XX. 1366.

472.

Patak, 1540 július 3.

Perényi Péter kéri Thurzó Eleket, hogy Ferdinánd királyhoz való pártolását mozdítsa elő, igérvén, hogy mindenben hű alattvalója leend a királynak; egyszersmind kivánalmait adja elő, melyek jövőjének biztosítására szolgálnának.

Spectabilis et Magnifice Domine, Domine et Frater Observandissime. Post servitiorum meorum commendationem. His duobus diebus non parum cogitabam, que esset causa, ut Magnificentia Vestra in tam arduis negotiis tam breves dederat ad me literas. Sed hodie, postquam accepi mentem Maiestatis Regie diffusius ex literis S. M. V., iam de brevitate literarum V. S. et M. D. sum convictus. Maiestatis Regie propensum animum erga hunc miserum Regnum et nos omnes, ut Maiestas Sua est paratus nos auxiliari ad repellendam tyranniditatem etc. etc. non possum, nisi probare et pro parte mea totis viribus conabor Sue Celsitudini reservire et puto omnino, ut et alii boni viri Sue Maiestati reservient. Quantum ad optata Sue Maiestatis, ubi optat Sua Maiestas, ut domini vayvode, ego et alij fratres et amici adherentes daremus firmas et efficaces literas de fidelitate etc. etc. de dominis wayvodis, quid respondeam aliud, quam ut res se habet. Domini wayvode sunt in calamitate, illi nunc promittere non possunt, quia ad eios (!) ingrediendi et tractandi occasio non datur. Hoc unum scio, quod, quicunque illos liberaverit, illum perpetuo pro eiorum (!) domino recognoscent. Illi enim me per unum adolescentem rogaverunt, ut pro illis apud Maiestatem Regiam pro auxiliando eios (!) rogaverunt (!), promittentes, ut ego eiorum nomine promittam perpetuam fidelitatem et in isto nuntiatu credo me in una cedula manuscriptum (!) eiorum. Propter brevitatem nichil aliud scripserant, quam Stefanus Maylat propria et Emericus Balasi propria. Possum

testis esse et de his certificare Suam Maiestatem, sed quod ego pro aliquo fide iubeam, hoc nullo pacto possum, quia nolo pro nemine fidem amittere. Ipsi nunc sunt in maxima calamitate et, ut video, auxilium tarde, quid scio, sicut Veneti in necessitate positi quid cogentur facere. Ego pro nemine audeo, si etiam uterinus frater esset, fidem meam amittere, quia quilibet pro se in curia regis, quid scio ego, quis, quomodo suam fidem conatur servare. Hoc de me sufficiat, quod, si ego pro me promittam, cupio et volo totis viribus omnes omnes omnes (!), quos potero, ad Maiestatem Suam sincero corde trahere. Nemo plus tenetur, quam quod potest: illud autem, quod possum, eiotunc totum do, quod possum, quando promitto.

De mea promissione quantum attinet, ego sum paratus Sue Maiestati promittere, ne negotia pacis et libertatis fratrumque meorum super me obauditum videatur, et mitto M. V. meam promissionem, ut M. V. pro me iuxta meam promissionem regi suo obliget. Tamen M. V. prius de petitionibus meis et de optatis certus sit, ut nulla via mundi in his ego frustratus esse possim. Nam dedit M. V. Deus Maximus tantum ingenium, ut in rebus fratrum suorum scit procedere, ut amici et fratres, qui negotia sua in Vestram Magnificam Dominationem confidunt, non frustrabuntur. Sciet cavere illos. Ubi autem scribit M. D., ut Dominus Seredi tractasset mecum, est verum, quod quandocunque convenimus, videns meam turbationem, semper, ut fidelis servus domini sui, me ad hoc monuit, ut ego omnino regem suum pro rege meo agnoscerem. Multa de eius probitate, ut in illo non defraudarer, et multa similia etc. Et certe michi ipse multa nomine Maiestatis Regie promisit, sed ego nunquam sine Magnificentia Vestra quidquam conclusi, nisi omnia ad V. S. et M. D. reieci, ut ad fratrem meum singularissimum et confidentissimum, prout nunc quoque rogo, ut negotia mea ita agat, ut sua propria.

Primum est, quod caveat D. V. quia multum timeo, ut nec liberatio fratrum neque libertatis liberatio sequetur, quia auxilium tardum, parum, et timeo, ut nichil aliud sequetur, quam nostra promissio, quod retrahere non possumus; nos autem non ob aliam causam hoc fecimus, nisi propter istam iam sepius scriptam causam. Miror nunc etiam, ex cuius consilio mota est Maiestas Sua, nunc istam expeditionem 4 milia Huzaronum expedire. Huzarones in rebus seriis, tam ego bene cognosco, res magna est. Extraneis potius militibus opus est, quam huzaronibus et nescio, ubinam apreciabunt tot Huzarones in externis Regnis. Si autem nos conducent, Deus

videat, si nostros amicos et fratres pretio auxiliare debemus et etiam pro vindicatione libertateque patrie etc. Nobis unum aliquid attentandum pro pretio oporteat, ista est ne ultima attentatio. Quod scribitur pro fratribus etc. ego consulo, ut Maiestas Regia et nos unum quasi ultimum attentemus, ut si non in toto, saltem in parte semel e iugo eliberemur. Magnum est negotium sive Buda sive Cassovia sive Transilvania, sed non fit hoc verbis. Paucos ego credo moveri cum istis hussaronibus. Huzarones Rex Johannes plures habet quam 4 millia, pyxidarios Transilvanie inveniet plus quam mille. Dicat unusquisque, quantum vult, quod statim movebuntur Siculi, Saxones, Nobilitas et Regnum Hungarie. Credo, quod movebuntur, si nos videbunt bene armatos et fundatos, sed si non, imo faciemus omnes desperatos, et vim Regis nostri augebimus in duplo: attentet Rex et nos quasi ultimum, spero omne bonum, omne bonum (!), nisi expeditio sit bona et durabilis.

Secunda, quod D. V. debebit caveri et certificari a Principe suo et etiam medio Principis sui a Serenissimo Carolo Cesare, nihilominus sit D. V. contenta saltem Regis sui assecuratione, sed bene D. V. istud negotium caveat. Si enim rex meus D. sentiet negotium istum cum suo monako (!), curabit omnibus banditiis (!) etc. etc. regem vestrum seducere et procurare periculum meum. Medio etiam oratoris Cesaree Maiestatis videbitis quot inventiones procurabunt, quia iam credo, ut rex meus sentiat de nunciatibus meis, ut ego male contentus sum pro tirraniditate ista. Et Monacus meus bene sentit etiam a meo Bebek, multis artibus apud Regem vestrum procurabit rex meus perditionem meam, si magnum quid debebit facere, si ego regi vestro adherebo. Ergo D. V. in isto articulo cautus sit et bene provideat.

Tertia, ut D. V. bonam assecurationem acciperet, ut sua Maiestas nunquam vel directe vel indirecte recordabitur et ulciscetur, ut ego contra Maiestatem suam Regi meo servierim et Maiestatis Sue (!) pro posse meo turbaverim. Protunc, si Deus me ad Suam Maiestatem ducet plura de his. Si ego sim in causa alienationis vel non, nihilominus D. V. bene provideat assecurationem.

Quarta, ut donationes priores, quas Sua Maiestas de bonis Palocii dederat, illas renovet et ex novo donet, et ut omnia bona, que nunc possideo et pre manibus habeo, sua Maiestas donet et manuservabit et omnes donationes regis mei, quocunque nomine vocentur, que nunc possideo et pre manibus habeo, illa donet et manutenebit me a quovis impetitore.

Quinta, ut si qui tractatus fierint posthac cum rege meo, nun-

quam me sua Maiestas excludet, sed ex tractatoribus ego ero unus. Hoc autem pro duabus de causis cupio fieri: primum, ut negotia Maiestatis Sue caveam et secundum, ut et propria mea caveam, quia nos etiam aliquando in rebus regni et nostri providemus nostra mala, sicut externi. Non dico, ut externi etiam non sint, sed mixtim, ut et nos non omnino excludamur.

Sexta de oficio (!). Recordatur M. V. in quibus terminis erat petitio mea de oficio, id est de oficio Cancellariatus. Nunc quoque D. V. sit certificata in hoc et non saltem in hoc, sed in omni eia (!), que fieri poterit ad exaltandum me et honorem statumque meum, ut Maiestas Sua ad omnem occasionem erit paratus me promovere, quia cupio a Maiestate Sua, ut in meo hordine (!) nemo me vel oficio vel auctoritate aput Suam Maiestatem precellat, excepto V. S. et M. D., cui in omnibus cedere volo, nec cupio, nec volo ante V. S. et M. D. nec oficium nec dignitatem querere, sed totis viribus dignitatem et auctoritatem M. V. querere, promovere, licet sciam V. M. D. sine me etiam scire et posse rebus suis providere, imo et meam (!) D. V. erit promovendum. Nihilominus, ut semper debeo, satisfaciam oficio veri fratris. Breviter non cupio cuiquam cedere preter M. V. et D. V. In his rebus etiam sit bene assecurata, ut possit me post se exaltari et Maiestas Sua sit in hoc et D. V., ut quidquid in hoc excogitari possit, ut Maiestas sua et D. V. non deesse videantur.

Septima, que vere petitio videtur.

Recordari potest D. V. ut petitio mea prius etiam ista fuit, ut Maiestas sua Trincinium michi det, ut ubi, si fortuna ita atulerit, habeam unum locum tutum prope Maiestatem suam, ubi filios et filias et totam domum meam quiete relocare possim. Nunc etiam idem est, ut Maiestas sua Dominationem Vestram de eio contentet et michi donet vel Munkacy vel tale aliquid et istud de facto cupio non per promissiones. Scit enim M. V. bona mea, que statim statim (!) erunt ad fortunam rote exposita, tum per Turcas, tum per Valentinum Turuc, que certe valent tantum et arxi (!) et pertinentie, quantum petitio mea. Et illud Maiestas Sua recordetur, ut debet, ex priore promissione Giula. Licet Maiestas Sua potest hoc allegare, ut excesserim contra suam Maiestatem, potero tamen, Deo propitio, tantum servire, quantum excesserim, et, ut superius scripsi, nescio, quis deberet magis in hoc inculpari, si ego vel Sua Maiestas. Sed de his plura solus, si Deus concesserit, ut ego cum Maiestate sua convenire potero. Trincinium non opto cum damno vel molestia Dominationis Vestre, quia non det Deus, ut nec in eio nec in maiori nec

in minimo D. V. S. offendam, sed priores quoque petitiones fere erant iste. Si autem Maiestas sua quovis modo de Trincinio dubitaret in me et non auderet in manus meas mittere, paratus sum, ut D. V. teneat pro media parte homines suos licet proventibus regiis, ut proventus, quos modo D. V. ad ipsum castrum possidet, mei in totum possideatur (!), et homines illi, qui nomine Dominationis Vestre debebunt ibi, saltem ad illud tempus, donec ego personaliter cum sua Maiestate conveniam et mea presentia, mea voce assecurabo suam Maiestatem. Maiestas autem Sua, ut ego in petendo ita sum molestus, non miretur: Maiestas sua et hoc consideret, ut ego vitam meam et omnem meam substantiam Maiestati Sue do, et ero suus in omnibus rebus suis, et quam pulcerrima (!) bona mea fortune committo pro Maiestate sua. Maiestas sua credat, ut omni posse meo Maiestati sue reserviam id, quod Maiestas sua michi dederit, ne forte cum fenore redibit Maiestati sue, Deo favente. Credo Deum, ut id, quod michi dederit, suam Maiestatem non penitebit. De Saros quoque, si Maiestas Sua indiget, illo non curo, saltem Maiestas sua contentet me de illo aliis bonis, illud etiam pronunc.

Walpo quoque provideat Sua Maiestas, ut possimus illa loca retinere, si Cesarea Maiestas proposuit in terris agere cum Turcis, illa duo loca valebunt inextimabilem tezaurum ad fidem meam. Si enim illa duo loca Cesarea Maiestas occupabit et muniet gentibus, Budam relinquet viginti quinque miliaribus retro. Cesar nunquam illa loca post tergum relinquet muniendo illa loca per Cesaream Maiestatem, sed nunc ista vadant, tantummodo Sua Maiestas provideat pulveribus et aliis necessariis et provisione pecuniaria, ut retineri possit.

Octavum de fide, ut, sicut prius, idem est petitio mea, ut coacte non cogar vel istud vel illud credere. Suficiat (!), ut Christum credo, et Christo credo.

Postmodum, ad quot videbitur Maiestati Sue et D. V. stipendium ad aliquot centum equites, quot Sue Maiestati et D. V. videbitur, in eio nolo multum molestus esse Maiestati Sue et non ad istam expeditionem nisi de statu scribo.

D. V. multum caveat, ut superius etiam rogavi V. S. et M. D., quia Monacum (!) et regem meum omnino scio, ut aput Maiestatem Regiam omnem lapidem movebit, ut subordinare posset perniciem meam, si etiam ipse ex suis deberet in favorem vestrum imolare, curabit et medio regis Polonie et regine, matris regine nostre, et per filium regis Polonie, et quia iam filius regis Polonie accepit filiam serenissimi Regis vestri. Amore Dei vitam et statum

meum D. V. bene securum reddat et omnino D. V. in assecuratione ita ponat, ut nunquam me sua Maiestas oprimet ad nullius suggestionem, nisi iure Regni iuridice. Et ego promitto sue Maiestati, ut semper quandocunque per suam Maiestatem monebor, statim paratus ero me expurgare et iuri stare, quia ita me geram, ut semper pura facie ante Suam Maiestatem stare possim. Dominus Seredi proficiscitur ad V. S. et M. D., quem, ut bonis oculis D. V. intueatur, multum rogo. Vult enim et potest esse bonus servitor D. V. S. et ego multum locutus sum cum eio de multis rebus, de quibus cum D. V. S. loquatur. D. V. ipsum ulterius ne permittat ire. Quis scit in his partibus, qualis ignis succendi possit. Tempus esset Cassoviam coque (!) introclaudere, quod ipse sciet magis facere quam alii. De Buda, de Cassovia, de alijs quoque locis nunciavi V. M. D. per eiundem dominum Seredi.

D. V. tempestive me moneat, ut ego honorifice a rege meo licentiari possim in tempore, ne honori meo satisfactum ne videatur.

Ut autem sua Maiestas constituit presentem expeditionem non suo nomine facere, michi consultum videtur, non propter respectum regis nostri, quia in suo negotio nichil naturalizandum censeo vel simulandum, sed aperte in suis rebus agere. Sed aliud est, pro quo videtur ista simulatio, propter Turkas, quia ad bonum tempus nos poterimus cum simulationibus Turcas alere, imo spem illis dare, quod nos erimus fideles obedientes idest Cesari Turcarum. Saltem nos non impediat et ne nos sub tiraniditate illius subdet, quia est impossibile tollerare eius iugum. Nunc etiam propterea nostros fratres exterminat, qu [. . . . . .] sepius monuimus illum, ut ipsi, idest Cesari Turcarum tanquam tanti (!) benefactori suo complaceat solutione et omnibus modis, quod tantummodo semel trecenta milia exegit et quottidie aliis quoque exactionibus vexat et infinitis et non illuc misit, sed tantummodo illi cum suo sancto Monaco replentur et nos oportebit pro suis excessibus iram Maiestatis sufferre. Pro talibus monitionibus sufferunt fratres nostri et modernam oppressionem. Possem ego aliqua addere ad Memetbegum, quo facerent aliquid et cum his auxilia Turcica amovere. Magis enim solent in magnis rebus artes valere, quam aliquando copie alique, ne forte ego possem in his rebus non parum prodesse per istos tractatus cum Memetbego et illis partibus multum prodesse et etiam auxilio vestro [. . .] Turuk Balint multum nocere, saltim omnino Domino More Laszlo, Capolnai et Tahi Ferencÿ, nihilominus omnia sanis consiliis D. V. committo, ego servitium, laborem non recuso. De Capitaneis consulo, ut extranei boni sint, et exercitus bonus sit et

Hungari boni sint, non discordes. Dominus Seredi, dominus Nadasdi, dominus Balasi Sigmund, tantummodo sint concordes isti, omnes sunt boni.

De Domino Bebek ego, in quantum possum, totis viribus ad hoc tenebo, sed est et hodie in eio statu, ut D. V. novit eium. De Dominis Batori unus est illic. Dominus Valens gubernat illum, in quantum potero, ambos monebo, monebo et matrem; non erit dubium, quod ego facere potero. De rebus novis ita audivi, ut Rex iam se movit ad Scebinium cum bombardiis (!) suis, quomodo stet Fogaras, ab homine Cawasi D. V. bene intellexise arbitror. D. V. S. et M. servitia mea commendo tanquam domino et fratri singularissimo et mea negotia commendo. Datis ex Patak 3 Julij 1540.

Si autem aliquo casu Maiestas Regia in petitionibus meis non posset deliberare, rogo M. V. ita se gerat in his rebus, ut ista animi mei patefactio michi non noceat.

Servitor p. p. subscripsit.

Kívül: Spectabili et Magnifico Domino Domino Alexio Turzo de Betlenfalwa Judici curie et Locumtenenti Regie Maiestatis Domino et Fratri observandissimo.

Három ív kilencz oldalán, piros zárópecséttel, egészen egy kéz írása, hihetőleg Perényi Péteré; pecsétje czímeres, de az egészen elmosódott. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1540. Jul. 9.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

473.

Beszterczebánya, 1540 július 6.

«Bartholomsus Ecclesiastes Germanicus Novisoliensis» írja egyik ismerősének, hogy Bártfán kapott állást és körülbelül szeptember 8-án oda megyen.

Bartholomeus (Frank) ecclesiastes Germanicus Novisoliensis quendam amicum suum certiorem reddit, se Bartfam esse vocatum et 8-a Septembris illuc profecturum.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

474.

Hagenau, 1546 július 8.

Ferdinánd király kéri az esztergomi érseket, hogy Tranquillus Andronicusnak az esztergomi prépostságot, vagy más kiválóbb, közelebbről üresedésbe jövő méltóságok egyikét adományozza azon esetben is, ha az a király kinevezésétől függ.

Strigoniensi. Ferdinandus etc. Reverende Pater, Devote, Fidelis, syncere Dilecte. Magnopere cupimus egregium Tranquillum Andronicum, secretarium nostrum aliquam sacerdotalem dignitatem, unde se suosque fortunas [!] sustinere tuerique commodius possit, in ecclesia Devotionis tue consequi, non solum, quia tali officio prebendaque propter singularem doctrinam suam admodum dignus et idoneus sit, verum etiam, quia sua servitia, quibus nunc utimur, non nobis tantum, sed toti Reipublice Christiane impendere non dubitat, unde sane fit, ut ingenii sui dexteritas, magnaque in rebus gerendis experientia nobis in dies gratior accidat, postquam operam studiaque sua tam addicto animo nobis conservavit. Quapropter Devotionem tuam maiori, quo possumus, studio hortamur et requirimus, ut nostra causa efficere velit, quo dictus secretarius noster prepositurам Strigoniensem meliori, quo fieri possit, modo consequatur, vel saltem ex precipuis dignitatibus seu officiis proxime vacaturis illi aliqua, etiamsi sit de collatione nostra, per Devotionem tuam conferatur, ita ut sentire possit, has literas sibi magno adiumento fuisse. Factura est enim in hoc Devotio tua rem nobis exoptatissimam et summopere certe gratam. Datum Haganoa 8va Julii 1540.

Exp[edite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1540. Jul. 16.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

475.

Bécs, 1540 július 15.

Anna királyné válaszolja Gerendy Miklós erdélyi püspöknek, hogy Pithian Jánosnak a pilisi apátságra való kinevezését királyi férjénél szorgalmazni fogja.

Nicolao Gerendy, Episcopo Transsylvaniensi. Anna etc. Reverende, Devote, Fidelis syncere Dilecte. Supplicasti nobis proximis literis tuis pro abbatia Pylisiensi, servitori tuo, homini erudito et

idoneo Joanni Pithian conferenda. Nos quidem istiusmodi petitioni intercessionique tue clementer aquiesceremus, si modo collatio penes nos esset et de ea privatim statuendi potestatem haberemus, Quamquam tamen non pretermissure sumus, hac de re serenissimum principem, dominum et conthoralem nostrum dilectissimum, primo quoque tempore admonere instareque apud Maiestatem Suam, ut tui rogati et intercedetis [!] dignam rationem habeat, illumque familiarem tuum pre ceteris ea dignitate clementer exornet et spem, de qua scribis, gratiosa collatione confirmet. Id quod nunc tibi benigniter respondendum duximus. Datum Vienne die 15 Julij. Anno 1540.

Exp[edite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1540. Jul. 38.*

Közli: Bunyitay Vincze.

476.

Kelet nélkül (1540 július közepén).

Perényi Péter fogadja, hogy Judica vasárnapig nem fog János királylyal megegyezni, de azon föltétel alatt, hogy azon esetre, ha János király ezen idő alatt megtámadná, a király serege segítségére legyen; továbbá hogy vallásában soha se háborgassák; a sági prépostságot pedig a leleszi prépostnak, a magyar törvényekben jártas férfiúnak kéri adatni.

Dominus Petrus [Perényi] vehementer aggravat perditionem temporis sui, in qua in hanc diem versatus est cum maximo suo incommodo, presertim vero nunc amissa Cassovia et quum D. Petro non solum filii restitutio, verum illa, que D. Laski intellexit, offeruntur realiter et sine procrastinatione.

Tamen D. Petrus propter bonum publicum et propter Maiestatem Regiam contentus est abstinere usque ad Dominicam Judica, neque interim cum Joanne Rege concludere, ita tamen, ut iste copie serenissimi Romanorum etc. regis, que huc venerunt cum dominis Ebersdorff et Seredi, teneantur ei ferre suppetias, si sub id tempus rex Joannes vellet eum offendere, id, quod iam D. Laski cum Seredi futurum promiserunt verbo suo et manu stipulata.

In primis autem cupit D. Petrus per suam Maiestatem assecurari: ne a religione sua unquam prohibeatur, quandoquidem verum et bonum se christianum profiteatur et scientem fidem christianam per Christum iuxta evangelium.

— — — — — — — — — — — — — — —

Item rogat D. Petrus Maiestatem Regiam pro prepositura Schaag Preposito Leleziensi, viro docto et legum Hungaricalium experto...

Egy ív papir három oldalán, kelet nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1540. S. d. II. 10/3.*

Közli: Bunyitay Vincze.

477.

Beszterczebánya, 1540 július 18.

Pausius Antal értesíti a körmöczbányai jegyzőt, Guglinger Farkast, hogy levelét nem küldhette tovább. Reményli, hogy ha a beszterczebányaiaktól megszabadulhat, selmeczbányai tanító lesz.

«Dominica ante festum dive Marie Magdalene virginis» (sic!) ex Novisolio Antonius Pausius nuntiat «magistro Volfio Guglingero, Archigramateo Cremnitiensi» se epistolam suam non potuisse ulterius expedire. Nuntiat etiam hoc: «Si modo bona pace meorum Bistriciensium ab officio ludilitterarii eliberari potero, Deo volente, Schemniciensis ero.»

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. XVI. század. Vallási tárgyú levelezések.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

478.

Bártfa, 1540 július 23.

Stöckel Lénárt levele Révay Ferenczhez. Tudósítja, hogy Dévay Mátyás az oltáriszentség felől táplált eltérő nézetei miatt hagyta el Perényi Péter udvarát s onnan Serédi Gáspárhoz ment, ki őt Szikszón tanítóul szándékozik alkalmazni.

S. P. D. De Matthia Deuai tantum ad Magn. vestram proximis literis scripsi, quantum ego ex aliis cognoram. Sciebam enim dominum Pereni ei inimicum esse factum, sed quam ob rem, adhuc mihi notum non erat. Intellexi postea ex sacerdote quodam Uyheliensi, qui eandem ob causam per dies aliquot in carcere habitus, visendi mei aliorumque amicorum gratia, huc ad nos venerat. Idemque ad me scripsit ipse Deuai his verbis: «Turbas et causas discessus mei a priore principe meo, tenere te credo. Summa controuersiae, Panis circumlatus, aut in cancellos inclusus, sacramentum non est. Ille pro sacramento habet, conditiones ad integritatem sacramenti pertinentes non admittit». Habet igitur Magn. vestra ex ipsius Deuai verbis, quare inter eum et dominum Pereni discessio

facta est. Nam in eum nihil praeterea crudelius est consultum, ita ut nescio, quibus rumoribus falsis ad nos allatum erat. Contulit se ad dominum Seredi, qui eum ad docendi munus in oppido Zickso adhibere cogitat. Multi hic dysenteriae morbo affliguntur. Quae res nos de filiis vestrae Magn. nonnihil facit anxios. Habemus tamen spem bonam in Dei benignitate, quaeque ad nos pertinebunt, summa cura omnia providebimus. Et speramus una cum aestu horum dierum etiam vim morbi desituram esse. Vestrae Magn. me studiose commendo, quam ego beatissimam esse percupio. Bartpha postridie Magdalenae Anno 1540.

V. m. observantissimus
Leonhardus Stöckel.

Frankl Vilmos: Réwai F. fiainak iskoláztatása. Pest, 1873. 56. l.

479.

Szklabinya-vár, 1540 július 31.

Révay Ferencz helytartó és turóczi főispán levele Beszterczebánya város tanácsához. A bártfaiak nevében kéri őket, engedjék át Frank Bertalan prédikátorukat amazok részére.

Prudentes et Circumspecti domini Vicini, et Amici honorandi salutem, et mei commendacionem. Scribunt michi domini iudex et iurati ciues ciuitatis Barthphensis, rogantes me diligentissime, vt apud dominationes vestras partes meas interponerem, quo quendam dominum Bartholomeum Frank ad eos ire dominationes vestre permitterent. Et quia charissima pignora mea illic in ciuitate Barthphensi educantur et instituuntur, ipsis dominis ciuibus et in hac re et in majoribus alijs operam meam denegare non possum. Quare rogo dominationes vestras tanquam bonos vicinos et amicos meos, velint illum bonum virum, ministrum vtpote verbi Dei, illuc permittere. Id, quod dominationes vestras tum ex pietate christiana, tum mei habita ratione facturas non diffido. Ego vicissim omnibus officijs amicicie dominationibus vestris complacere curabo, facilius enim hic, cum sint crebriores eiusmodi homines, reperiri poterunt, qua in re opera diligentiaque mea non deerit. Ceterum mitto dominationibus vestris literas prefatorum dominorum ciuium ad dominationes vestras et ad illum bonum virum, ac ad nonnullos alios datas. Ad quas relacionem quamprimum dominationes vestre per hunc meum tabellarium, huc mittere velint, nuncius enim eorum

hic apud me expectat. Dominationes vestras bene valere opto. Ex arce mea Sclabÿnÿa, vltima die mensis Julÿ, Anno 1540.

Franciscus de Rewa pp.
locumtenens et comes comitatus de Thwrocz.

Eredetije Beszterczebánya város levéltárában fasc. 160. Nr. 44.
Közli: TIMON ÁKOS.

480.

1540 július.

Frangepán Ferencz kalocsai érsek, egri püspök a hitujítás terjedéséről. (Scepper Kornél császári tanácsosnak V. Károly császárhoz intézett emlékiratából.)

— — — — — — — — — — — — — — —

Le XIII de juillet estant de retour de la Transsylvanie a Agria, et recouurant aulcument ma sante, jeuz plusieurs propos auec larcheuesque de Coloçan, euesque dudict Agria, sur ce que jauoie en mon chemin trouue quasi partout le peuple et encoires plus les gentilzhommes jnfectez dopinions contraires a nostre foy, les curez et maistres descolle, auec lesquelz jauoie eu communication pour le langaige latin, quasi tous sortiz hors de lescolle de Philippus Melanchton; dont je preuoiz tresmauuais presaige. Sur quoy ledict archeuesque me respondist, que quasi tous les hongrois tant ceulx que teniont le party du Roy des Rhomains, que du Roy Jehan, estient entierement desvoiez de la foy et ne tenoient plus compte de dieu ne des sainctz, ains tachoient subuertir le populaire, qui nestoit point tant jnfecte que les chiefz, adjoustant que leur jntention estoit de entierement destruyre les esglises et prestres, et occuper les biens des gens desglise, et les applicquer a leur proufit, et en partie a payer le tribut quilz boilleroient aux turcqs a lexemple des vayuodes de Transsyluanie, qui auoient fait leur compte, furnir le paiement du tribut par eulx offert et presente au Turcq des biens de lesglise, et le surplus appliquer a leur prouffit particulier sans en faire recognoissance aulcune enuers personne que seroit. Et que lexemple desdicts hongrois seroit apres ensuiuj de ceulx de Slesie, Morauie et Austrie a la ruyne et destruction du Roy des Rhomains et des siens en cas quil ne pouruoiast mieulx a son fait que du passe. Et continuant ledict euesque Dagria son propos dist audict Scepperus, estre tout certain et bien scauoir, que tous les principaulx Daustrice, Moravie, Boheme, Slesie et principallement ceulx

ausquelz le Roy auoit fait le plus de bien, ne cherchoient que confirmer, establir et accroistre leur puissance au detriment et dommaige de sa Ma[te] craindrans, que vng jour sadicte Ma[te] leur demanderoit compte et reliqua de leurs administrations. Et sur tout tenoient suspecte la puissance de lempereur, doubtans que sa Ma[te] Imperiale en ce assisteroit et ayderoit le Roy son frere. Que aussi plusieurs dentre eulx tachoient a venger la honte faicte a... Jehan Cadtzianer leur parent et allye. — — Pareillement que aucuns entre lesdicts grands navїont encoires point oublie la mort de leurs peres et parens executez a Newstadt au commenchement du Regne du Roy. Estre plusieurs diceulx jnfectez de malheureuses opinions et avoir le cueur lutherien; aultres estre sans loy ne foy; aultres encoires pejeurs, nonchaillants de Seigneur, sil seroit Turcq ou Christien, moiennant que jcelluy les laissast vivre a leur mode et façon acoustumee. — — Touchant la Hongrie, que presques tous les puissans personaiges dudict Royaulme, excepte bien petit nombre diceulx, estiont gens nouueaux et de nouuelle et basse extraction, estans deuenuz riches et puissants en partie par les biens de leurs femmes dont les peres ou primiers mariz, ausquelz ceulx cy auiont este varletz et seruiteurs, estiont morts en guerres passees; les aultres par larrecin et roberies; les aultres pour estre souuent transfugez de lung Roy vers lautre, denommant pour exemple Nadasdy Thomas, Cheredy Gaspar et semblables. En consideration de quoy lon ne debuoit trouuer merueilles, si a tels gens nouueaux conseilz seriont aggreables, et que nulle chose ilz hayssent tant, que destre rengez a la raison et justice et a mener vie christienne et honeste; comme ilz seriont constrainetz de faire en cas que le Roy venist au dessus de ces affaires, que nullement ne seruiroit a leur propos et lempescheroient a leur possible; Y adjoustant ledict euesque, quil scauoit bien, que le Seigneur Alexius Thurzo estoit ung des principaulx de ceste lighe, et que nullement ne desiroit, que la paix se faist entre le Roy des Rhomains et le Roy Jehan, ne aussi que le Roiaulme Dhongrie tombast entierement en mains de la Ma[te] dudict Seig[r] Roy des Rhomains; ce que se veoit notoirement parce que ledict Thurzo auoit jusques lhors empes che, et encoires empescheroit, que la restitution du Scepuz ne se feroit au Roy Jehan, sans laquelle restitution jamais le Roiaulme Dhongrie paruiendroit entierement en mains de la Ma[te] du Roy des Rhomains. Ce que ledict Thurzo faisoit pour son prouffit particulier et tendant a aultre fin, et que non sans grand respect jl auoit puis naguaires practicque le mariage dentre la fille de sa femme, de son primier mariage, et le

Conte Nicolas de Salm; et que ce auoit este affin de gaigner a leur lighe ledict Conte Nicolas, et par consequent encoires deuaintage la maison de ceulx de Roghendorff, le tout au prejudice du Roy et affin de mectre a execution en vng jour leur damnable jntention contre sa Ma[te] et se faire libres et joindre ensemble toute la masse desdicts pays, et pour jcelle payer au Turcq quelque tribut. De laquelle practicque ledict Dagria chargeoit bien fort le Seg[r] Leonard de Fels, le nommant mauluais larron, sans dire a Scepperus les causes pour quoy. Et concluyant, dist audict Scepperus: en cas quil viueroit encoires aulcunes annees, quil verroit choses estranges et merueillieuses, et que pourtant ledict Scepperus feroit bien de retenir en memoire les propos que dessus, et auec le temps les conferer a ce quil verroit passer et trouueroit quil luy auroit dit la verite.

Hatvani, Magyar történelmi okmánytár, a brüsszeli országos levéltárból és a burgundi könyvtárból. Pest, 1858. II. 84—86. ll.

481.

Kelet nélkül (1540 július végén).

A király Perényi Péternek azon kérését, hogy vallásában ne akadályozzák, helybenhagyja, ha különben jó keresztény módjára megtartja, mit az igaz katholikus vallás rendel. A sági prépostságot azonban már előbb Bánffy Boldizsár rokonának adományozta.

Responsum Sacre Regie Maiestatis... ad articulos petitionis Petri Perényi.

Ad articulum primum, ubi petit assecurari per Maiestatem suam, ne a religione sua prohibeatur: concedit Maiestas sua, uti [!] se gerat verum et bonum christianum, ut cuiusque erga Deum pietas, fidesque nostra vera et catholica dictare et postulare videtur.

Ad secundum articulum — — — — — — — —
— — — — — — — — — — — — — — —

De prepositura Schaag: cum Maiestas Sua eam cuidam Balthasaris Banffy affini contulerit, iniquum esset eandem repetere; nihilominus operam dabit Maiestas Sua, ut vel hanc vel aliam non peiorem consequatur prepositus Leleziensis, si modo idoneus et habilis sit...

Exp[edite].

Fogalmazat egy ív papir három oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1540.* S. d. 9. Közli: Bunyitay Vincze.

482.

Beszterczebánya, 1540 augusztus 2.

Beszterczebánya városa Bártfa városának. — Német prédikátorukat, (Frank) Bertalant nem bocsájthatják el hozzájok, mert maguknak is nagy szükségök van rá, sok önérdekét hajhászó prédikátor után ez lévén az első, ki a pápista visszaéléseket megszüntetni s az evangéliumi intézményeket — bár sokak ellenzésére — életbeléptetni törekszik. Nincs is kívüle plébánosuk, vagy más német papjok, a ki az evangéliomot némileg hirdetni tudná; mert a kik vannak, öregek és afféle hasznavehetetlen misemondók. — A mit a nős papokra vonatkozólag írnak: nekik is ismételve, írásban is, szóval is meghagyta a király, hogy ilyeneket körükben ne szenvedjenek; de a szentírás mást mond, s azért ők is azt mondják, hogy inkább kell Istennek, mint az embereknek engedelmeskedni. Frankért ne küldjenek, mert ők semmi szin alatt nem bocsátják el.

Vnnser gruess sambt williger, freundtlicher, nachparlicher dinst, er, vnnd freundtschafft, erbietung sein E. W. alzeit zuvor. Ersam, weis, besonder gunstig Herrnn vnnd freundt. Wir haben E. W. schreiben des datum den 27. Julii verschinen, zw Bartpha geben, alhir den 2. Augusti emphangen, vnnd seins inhalts vernumen. Darinnen vnns dieselben E. W. vnnder anndern freundtlicher maÿnung anlangen inen herrnn Bartlmeum, vnnsern deutschen prediger, eurem berueff nach zue khumen nicht hindern, sondern Euch denselben eurer wichtigen nodturfft vnnd eifer nach, so Ir zue dem rechten wort Gottes tragt, vergönnen wolten, vnnd anfengglich melden, als sollen wir hoch gedachte wort Gottes nu lange zeit ghabt, vnnd ein recht christlich religion, vnnd gottlichen schrifften gemass ceremonien auffgericht haben. Wolten wir demnach E. W. nicht verhalten, das wir bei vnnser kirchen, ia auss sonderlichen Gottes gnaden zimblich predicanten, doch mer oren, pauch vnnd Seckl prediger, dann seelsorger bisher gehabt, welch vill mehr auff Ir ergeizigkait vnnd wie vermelt, das so in di kuchl getragen vnnd den pauch gefult, dan fur die armen irrenden gewissenn gesorgt haben, vnnd nichts vnnder Inen Irer leren frucht, dan beschwerung der armen gewissen vnnd Baptisch verplendung, der wir all winckl voll vnnd im prauch bei vnnser kirch noch habenn, verlassen. Allain was ÿczo diser arm, ainfeldig, frumb, vleissig man, welichen vnns E. W. ab zue fordern sich hefftig bemuen, mit sonnderrn vleis, müe vnnd arbeit aus sonnderlichen Gots, des heiligen geists gnaden vnnd hulf etlich unspreuch aufgehebt, vnnd etlich in christlicher, nach gotlicher schrifften prauch verendert, so aber noch in khainem bestandigen thun vnnd ÿebung, sonnder erst aufzurichtenn furgenumen. So wissen auch E. E. W. woll, das der

laidig Theuffel nicht leiden mag, das man Im sein, das ist des Papst reich in der Kirchen zerstoeren vnnd Got zue aignen soll, hat derhalben seine treue helffer vnnd aposteln vnnd der nur vill alhie, so der gleich gotlichem vnnd christichem furnemben mit allem chrefften in embsiger ÿebung auff das dasselb ia kain furgang gewint, sonnder gehindert vnnd geplagt werde, das widerumb bevlissen sein. So mügen wir auch mit grundtlicher warheit E. W. anzaigen, das wir diser zeit khainen pfarher, Ia auch sonnst nit ain ainzigen teutschen priester, wie wir E. W. in vnnserm vorigen schreiben gleichermassen verstendigt, so vnns, vnnd einer armen Gemain ainiges Evangelion furtragen vnnd predigen khundt oder mocht; sonnder etlich alt, vnnd sonst vnuz missierer, so man der schwachen vnnd sonnst Irer alter halben, noch mit zeit bis bass erlernt werden, verhalten muess haben. Vnnd soll nun berurter her Bartlmeus euren beruef, des er willens gewesen, vnnd noch ist, nachkhumen, vnnd wir Im des stat geben, haben E. W. als die verstendigen selbst zuermessen, was Irthumb, vnordnung, misbreuch, auffruer vnnd annder vnradt bei der kirch vnnd Gemainer stat sich erheben wurde, des vnns, dan vnnsers achten, E. E. W. nicht gunnen, sonnder mit aigem rat vnnd beistande, des wir vnns zue denselben ganzlich versehen, Ia mit demselben nochtaill zue vnnder khumen vnnd zewenden helffen sich willig vnnd genaigt finden wurden lassen. Aus dieser vnnser offenlichen vnnd augenschinnlichen grossen nodt ist vnns nit muglich diesem E. W. ernstlichen anlangen dieser zeit stat zue geben, vnnd den prediger von vns zuelassen. Sowi es aber furan, wen nun furgenumen vnnd angefangen christliche ordnung in preuchlicheren schwung gepracht, vnnd dem Gemaine man pass eingepildet, vnnd E. W. alsdan derselben zeit sein des predigers nodturfftig sein wurden, wolten wir Inen fur alle ander E. E. W. zue furdern vnnd schicken.

Wo vnnd als E. W. der Rho. Khu. Maiestet etc. vnnsers allergnedigsten herrnn beuelch anzaigen, das Ir derhalben khain verelichten prediger oder prister bei euren kirch befordern dorfft, noch solt, wir haben eben gleich dieselben mandat vnnd beuelch. Ia es ist vnns auch schrifftlich vnnd mundtlich mermallen aus Irer khu. Maiestet aigen khuniglich mundt beuolhenn, dieselbe vnnd sonnderlich sturmer, auffrurer, widerteuffer vnd Irs anhangs vnnd dergleichen priester nicht zueleiden. Weill aber E. H. eins reichen verstandts vnnd vill woll vnnd hochgelert leit bei sich haben, die wissen auss gotlicher schrifften, das der Eestand von got aufgesetzt vnnd in der gotlichen schrifften gegrundt, vnnd hat zwischen khainen

personen, gaistlichen, noch weltlichen khain oder ainigerlai vnndershaidt: so halten wir vnns dem gotlichen beuelch nach, vnnd sagen, das Got mehr, als den menschen (doch von Got verordnete oberkhait in pillichen sachen vnausgeschlossen) zue gehorchen saÿ, vnnd bekhennen solchs offenlich, vie pillich. Es haben auch disen artickl di kay. unnd Rho. khu. Maiestet sambt andern pebstischn fursten zue Augspurg Im 30-ten Jar verschinen, so Inen durch. evangelischen fursten in Irer Confession eingeraicht nicht verworfen, noch verwerfen mugen; allain was etlich vneelich pfaffen so gern vill weiber vnnd sonst khain gewissen haben, sich damit vergeblich geubt vnd widerstrebt, vnnd doch auch auff diese stunde bleiben mussen lassen. Derhalben bedurffen sich E. E. W. khains evangelischen, christlichen predigers so ȩelich vnd sonst ein erlichen wandl vnd leben furet, scheuchen. Got, des wort Ir nachuolgt, wirt fur E. E. W. verfechten vnnd dieselben von widerwertigkait bewarnn. Aber doch wissen auch E. W. das das Evangelion on Creuz nicht sein khan, noch mag, aber der herr hilffts tragenn. Wie dem allen N. Weise herren, wie woll wir E. W. mangl des worts gotts auch grossen eiffer darzue vernembn vnnd derhalben ein sonnder freundtlich mitleiden mit derselben tragen, vnpitigs willens denselben willigclich, wo es on vnsern grossen nachtaill beschehen kundt, radsam vnnd hilfflich zue sein: So bitten wir doch freundtlich, wellen also hierin in diesem faal mit abforderung vnnseres offtgedachts predigers diser zeit stilstanndt halten vnnd denselben zuuorden, noch vmb denselben auff euch bestimbten tag zue schickhen sich nicht vnndersteen, sonnder solchen vergeblichen vncosten sparen, dan wir Inen aus obgezognen vnd sonst vill anndern trefflichen vrsachen khains wegs von hinnen verruckhen lassen mugen, dorffen, noch wellen. Versehenlich E. E. W. werden vnns solches der grossen nodturfft noch, wie zum taill obuermelt, nicht in vnwillen aufnemben, dan worinnen wir sonst in annder weg E. E. W. vnnd derselben vnnderthanen mit leib, eer, vnnd guet, gunst, freundtschafft vnnd gueten willen erzaigen vnnd dienen mugen, sein wir gannz genaigts gemuets vnnd willfertig, vnnd wunschen E. N. H. auch hiemit Gottes gnad vnnd alles guets. Geben Im Neuensoll den 2 tag Augusti des 1540 Jars. Richter vnnd Rat der Stat Neuennsol.

Kívül: Den Nambhafften, Ersamen vnnd Weisen Herren Richter vnnd Rat der Stat Bartpha, vnnsern sonderen Herren, gunstigen vnnd lieben freundten.

Eredeti, másfél iv papiron, veresviasz pecséttel. — *Bártfa város levéltára.*

Közli: Bunyitay Vincze.

483.

Carpentras, 1540 augusztus 10.

Sadoletus kardinális Frangepán Ferencz egri püspöknek: Csodálkozását nyilvánítja, hogy a magyar püspökök még most sem vették kézhez a megerősítő bullákat. Részvétét fejezi ki Brodarics halála fölött.

— — — — — — — — — — — — — — —

Diplomata vestrarum ecclesiarum nondum vobis esse reddita demiror: videoque, ubi resideat culpa. Est enim genus quoddam in nonnullis hominibus sapientiae, quod quibus modis res geri tractarique conveniat, penitus nescit. Itaque etiam, quae bene facta sunt, saepe ingrata accidunt illis, in quorum gratiam et utilitatem sunt facta. Sed tamen habebam ex Urbe a Marsupinis litteras, ius tibi, consecrationem et pontificatus (ut mos est) insignia accipiendi, esse datum. Quod idem valere debet, acsi ipsum diploma commendatae tibi Agriensis ecclesiae testimonium habuisses. Quod libertatem tuam homines perperam interpretentur, eamque magis velint superbiam existimare quam libertatem: noli mirari, Francisce optime, in tam corrupto seculo, tamque servilibus moribus. Utinam vero semper apud principes libera vox valeret: cuius inopia et egestate est factum, ut aut nulla aut rara consilia ineantur, per quae decus atque splendor, salus etiam et incolumitas christianae reipublicae restitui possit... Litterae tuae, quamquam tristioribus curis refertae me quoque tecum in eandem pene sollicitudinem et societatem moeroris attraxerunt, tamen in eo mihi fuerunt periucundae, quod magnum mihi dederunt testimonium tui erga me amoris: qui me potissimum delegisti, cum quo omnia, quae te angebant, communicares. De qua re velim sic constituas, te neque fideliorem deligere potuisse quenquam, neque amantiorem tui. Vale. Brodericum nostrum diem suum obiisse molestum mihi fuit; amicum certe hominem, et eundem virum bonum prudentemque amisimus. Iterum Vale. Carpentoracti, X. Augusti M. D. XL.

Jacobi Sadoleti, episcopi Carpentoracti, S. R. E. Cardinalis epistolarum libri sexdecim. Coloniae Agrippinae. Anno 1572. 466—67.

484.

Bécs, 1540 augusztus 13.

Ferdinánd király ecsetelvén a Magyarországon János király halála következtében előállott helyzetet, kéri a pápát, hogy neki 100.000 aranyat küldjön; a Zapolyay-párti püspökök részére kiállított megerősítő bullákat pedig mindaddig ne szolgáltassa ki, míg ezek Ferdinándnak meg nem hódolnak.

Beatissimo in Christo Patri et Domino, Domino Paulo III. divina providentia Sacrosanctae Romanae et Universalis Ecclesiae Summo Pontifici, Domino nostro Reverendissimo.

Beatissime in Christo Pater et Dne, Dne Rme. Post humilem commendationem filialis observantiae nostrae continuum incrementum. Nullum dubium nobis est, quin Sanctitas Vestra antea satis edocta sit, quibus titulis ius nobis in regnum nostrum Hungariae pridem competat. Idque primum vigore contractuum inter serenissimum quondam dnum Ladislaum regem Hungariae et maiores nostros, de unanimi omnium eiusdem regni ordinum consensu atque sententia solempniter firmatorum; deinde haereditario iure conthoralem nostram dilectissimam immediate concernente; postremo etiam rite et legitime iuxtaque regni ordinationes et statuta facta publica electione et coronatione; quorum tamen omnium non habito respectu, pro salute et quiete afflicti illius regni proque totius reipublicae christianae commodo, cum rege Joanne pacis et concordiae tractatus inire, non sine gravi iurium nostrorum praeiudicio et detrimento, sustinuimus, sicque potiorem apud nos communis boni rationem quam privatae utilitatis ducendam putavimus. At vero cum in istiusmodi pacis tractatibus inter alia diserte puris verbis expressum et sancitum sit, ut nos et haeredes nostri statim mortuo ipso Joanne rege sine omni controversia in universum istius regnum succedere deberemus, non obstante quod filium post se relinqueret, cui iuxta eosdem pacis tractatus ex patrimonio genitoris sui providere teneremur. Cumque iam idem rex Joannes e vita decesserit, sane statutum apud nos firmiter habemus, ut ad tam multiplicia nostra iura tuenda et conservanda, adque capessendum regni imperium nos propius conferamus.

Quia autem fidedigno exploratorum relatu accepimus, Turcarum magnas copias in confiniis adesse, eosque assiduis accessionibus augeri, velleque omnino aut Budam regni metropolim, aut aliquod aliud insigne eius propugnaculum violenter in potestatem

suam redigere: non tam opportunum, quam pernecessarium visum nobis fuit, nos quoque ad arma accingere, et contractis nostris regnorumque ac provinciarum nostrarum viribus, Turcarum crudelitati et tyrannidi obsistere. Hoc vero quominus sufficienter, et sicuti volumus et res ipsa postulat, absque adminiculis et subsidiis praestari a nobis queat, satis constat id impedimento nobis esse, quod superioribus continuis temporibus, atque nunc etiam in varios necessarios usus, et maxime ad reprimendos Turcarum insultus, plurimos maximosque sumptus fecerimus. Et quoniam Sanctitas Vestra et novit et prudenter perpendit, quam perniciosum foret, si regnum Hungariae, tanquam pomeria quaedam munitissima ac veluti murus totius Christianitatis, sub Turcarum ditionem et iugum veniat, et quam parum spei deinceps reliquum futurum sit, illud rursus e manibus illorum extorquendi et recuperandi, praesertim ubi iam patefacta fuerit ianua Turcis, ut in omnes christianas regiones pro libidine sua grassentur.

Et praeterea pro certo denunciatum nobis sit, non minus funesto quam pernicioso consilio fratris Georgii sociorumque suorum solemnes oratores, nempe Werbecium et Joannem Ezeky Quinqueecclesiensem, cum muneribus ad Turcam abivisse in hoc, ut tributi nomine a Turca obtineant, quo relictum filium regis Joannis in gratiam et defensionem suam suscipiat illumque in eo statu, quo pater illius apud se fuit, permanere sinat, creato interim gubernatore regni.

Facere plane non potuimus, quin ad Sanctitatem Vestram tantam periculi magnitudinem litteris nostris primo quoque tempore perferri curaremus, rogantes et obsecrantes Eam maiori et ardentiori, quo possumus, animi studio, ut tum rerum omnium pondus, quae in hoc negotio vertuntur, tum maxime periculorum magnitudinem multitudinemque, quae ex regni divisione mutuaque eius populosissimae gentis discordia expectanda sunt, etiam atque etiam attente consideret, neque nos in hac tam urgenti necessitate, et vicissim tuendi regni et publicae tranquillitatis constituendae hac oblata occasione deserat aut destituat, sed potius pro paterna sua in rempublicam christianam nosque pietate et affectione iustas suppetias ferat, et centum millia ducatorum contribuat, quo id, quod ad Christi nomen et gloriam tuendam atque propugnandam et omnium christianorum res stabiliendas pertinet, magno cum fructu promovere possimus; quantum enim ad nos attinet, omnes opes nostras nostrorumque omnium, que ditionis nostrae sunt, effundere parati sumus, ut regnum hoc, cum cuius conservatione universae

etiam rei christianae salus incolumitasque coniuncta est, in interitum ne ruat, neve Turcarum immanitati obtemperet.

Praeterea petimus a Sanctitate Vestra maiorem in modum, ut simul in nostrum favorem brevia ad omnes praelatos in ditione quondam regis Joannis existentes expediri iubeat, additis etiam minis, nisi obtemperetur, ut nos, quemadmodum ex aequo debent et tenentur ac virtute tractatuum pacis praedictae obstricti sunt, pro eorum legitimo et naturali rege recognoscant, nobis obedientes et audientes sint et debitum fidelitatis iuramentum sine mora praestent; eosque, qui rebelles et inobedientes fuerint, in iuribus suis ecclesiasticis nequaquam confirmet, quin potius eosdem de authoritate et plenitudine potestatis apostolicae dignitatibus suis privet. Denique mandet etiam Nuncio suo apud nos agenti, quo dictorum praelatorum nulli sine scitu nostro, et nisi prius fidem et obedientiam profiteantur, et propter annatas Sanctitati Vestrae dandas nobiscum concordaverint, confirmationem Sanctitatis Vestrae tradat aut consignet, sed tantisper eam consignationem confirmationum, donec praemissa exequuti fuerint, suspendat et extrahat, et quod Sanctitas Vestra illic etiam nullam eiusmodi inobedientibus confirmationem concedat; eo enim pacto fiet, ut quos ratio iuris nostri non moveret, hii authoritate et aequitate Sanctitatis Vestrae coherceantur et ad officium perducantur. In quo Sanctitas Vestra rem Deo apprime gratam faciet, et nos id una cum caesarea et catholica Maiestate fratre et domino nostro charissimo ita fideliter et obsequuenter promerebimur, ut nos prorsus gratos et bene memores tantorum beneficiorum pietatis et moderationis suae fuisse Sanctitas Vestra perpetuo sentiat. Quibus de rebus omnibus honorabili Gabrieli Xantho internuncio nostro, ut diffusius uberiusque cum Beatitudine Vestra verbis nostris loqueretur, iniunximus, cui Sanctitas Vestra fidem solitam (adhibere), nosque pro devota et humili nostra in se observantia paterne commendatos habere dignetur. Datum in civitate nostra Vienna die XIII. mensis Augusti Anno Dni MDXL. Regnorum nostrorum Romani decimo, aliorum vero decimoquarto.

E(iusdem) S(anctitatis) V(estrae)

Humilis et obsequens filius
Ferdinandus.

Ad. Carolus.

Theiner, Vetera monum. Slavorum merid. I. 648.

485.

1540 augusztus 16.

Thurzó Elek királyi helytartó Selmeczbánya város tanácsát meghívja mostoha leánya és gróf Salm Miklós lakodalmára.

Prudentes et circumspecti domini et amici honorandi salutem! Significare voluimus D. vestris, nos privignam nostram, generosam dominam Margaretam Zechÿ puellam magnifico domino Nicolao comiti de Salm, supremo cubiculario et consiliario Regie Maiestatis *ritu Romane ecclesie* in legitimam coniugem dedisse, cuius elocationem et nuptiarum celebrationem die dominico proximo ante festum divi Michaelis archangeli iam iam venturum peragendam in castro nostro Galgocz statuimus. Quare v. dominationes rogamus, velint solemnitati nuptiarum ipsarum interesse. Quod nos d. vestris omni amicicia refundemus, easque feliciter valere optamus. Vienne 16. Augusti Anno 1540.

Comes Alexius Thurzo de Bethlenfalwa
Judex curie et locumtenens Regie Maiestatis.

Kívül: Prudentibus et circumspectis iudici iuratisque civibus civitatis Semniciensis.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában XVI. század. Vallási tárgyú levelezések.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

486.

Kelet nélkül (1540 augusztus 19).

Perényi Péter a királynak a vallásra vonatkozó válaszával meg van elégedve; nem is óhajtott uj felekezetet ápolni vagy indítani, csak irigyeinek és vádaskodóinak útját akarta elvágni.

Responsio verbalis Petri Pereny privata 19 huius mensis ad resolutionem Maiestatis V. per me ei propositam.

— — — — — — — — — — — — — — —

De responso Maiestatis V. benigno super religione *[kitörülve: gratias agit]* contentus est; et dixit hoc sibi concedi non optavisse, quod *novam aliquam sectam alere vel instituere vellet,* sed saltem,

ut invidie et accusationi emulorum suorum, que pro honore apud Maiestatem V. contra eum fieri possent, obviaret.

— — — — — — — — — — — — — — —

Egy ív papiron, kelet nélkül, de János király halála után, mert annak halálát említi. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1540. S. d. II. 7/2.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

487.

Bécs, 1540 augusztus 23.

Ferdinánd király Paksy Barnabás, Tholnay Imre, Romanus János és Lovász Mihálynak, az egri püspök Olaszországba és Rómába utazó embereinek útlevelet ad.

Ferdinandus etc. Universis et singulis... Cum Barnabas Paxy, Emericus Tholnay, Baptista Romanus et Michael Agazo familiares Episcopi Agriensis ad Italiam et Romam versus petituri sint, nosque eisdem tutum et expeditum iter ubique patere cupiamus... predictos Episcopi Agriensis familiares... libere, expedite et absque aliquo impedimento seu molestatione ire, transire, stare, morari ac recedere sinatis... Datum Vienne 23 Augusti 1540.

Exp[edite].

Fogalmazat egy félív papír két oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1540. Aug. 23.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

488.

Pécs, 1540 augusztus 24.

Sulyok Ferencz pécsi tanuló levele édesanyjához, Sulyok Istvánné Kende Klárához.

Tisztelendő és én szerelmes asszonyum és anyám, örökké való alázatos szolgálatom után kévánum te Kegyelmednek mind házad népével egésségét hallani. Jól lehet én Kegyelmednek régulta egy ígét sem írtam, melyet, kérem Kegyelmedet, hogy Kegyelmed restségemnek ne tulajdonícson, mert tuggya Isten, hogy írtam vóna, de nem tehettem akor, mikor valaki oda ment, mert azkor leczkét olvastak. De ma mind addig kerestem idét hozzá, míg nem találtam. Azzért kérem Kegyelmedet mint szerelmes asszonyomat, hogy Kegyelmed szóljon uramnak, hogy az mesterrel szerzéggyék meg és aggyon valamit neki, mert óránként kéntat: ha hosztak valamit neki, avagy

ha jütt valaki Kegyelmedtől? Én mindenkor mondom, hogy meg leszen az övé, de uramnak sok dolga vagyon; de ő azt mongya, hogy ha uram akarná, hát meg lehetne, mert uram ede kül[d]hetné egy szolgáját és küldhetne néki valamit. Azzért kérem Kegyelmedet, hogy Kegyelmed gondoljon reá, hogy ne lég[y]en erre gondom. Továbá doktoramnakis kite[lt] esztendeje s még nyócz forintal tartozu[n]k nekiis, őis kenyereg: hogy valamivel meg totná (tódná?) Kegyelmed, mert nincs mivel élni. Továbá az gazdánális ki te[l]t az esztendő, őis kér, hogy meg adnúk néki, az mivel tartozunk, mert kértem vót tűle én uram szavával egy nadrágra való posztót és alávalót, az posztó vót purgamál, fertálheán két seng, annakutánna kértem egy imegre való patkos gyócsot, mellyet bizzon nem kértem vóna, de nem vala egy ingemis. Továbá Kegyelmed ne feleggyen el éngemis, hanem külgyen Kegyelmed valami kevés pénzt nékemis, kit meg akarok szolgálni te Kegyelmednek mint erekül öreké Amen. Pécsen az skólába szent Bertalan napján. Isten tarcsa meg Kegyelmedet mind uramal és egyib tagaimalis esszen [össze?] nagy sok ideig. 1540.

Az te K. alázatos fia *Swlyok Ferencz*
ő maga kezével.

Továbá szerető asszonyom, szóljon Kegyelmed uramnak, hogy Tamás merterrelis végezne, mert igen szorgalmaztat. Imár az mastani mestert kérte[i]s, hogy zálagokat vég[y]e azoknak, az kik tartoznak néki.

Kívül: Tisztelendő és én szerelmes asszonyomnak Kende Kalárának Swlyok Istvánnénak. Nékem öröké való tisztelendő asszonyomnak és anyámnak addassék. etc.

Gróf Kuun Géza marosnémeti levéltárából közölte *Pettkó Béla*, Történelmi Tár 1887. évf. 802. l.

489.

Bécs, 1540 augusztus 25.

Ferdinánd király beleegyezik, hogy Pozsonyban a török veszedelem alkalmával a város védelmezése végett lerombolt két szegényház összevonassék és a klarisszák klastromába a pápa kikérendő jóváhagyásával áthelyeztessék.

Erectio seu consensus in erectionem hospitalis. Nos Ferdinandus etc. memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, nos ex suplicatione fidelium, dilectorum nostrorum, prudentium et circumspectorum iudicis, magistri civium, iuratorum civium ac totius communitatis civitatis nostre

Posoniensis intellexisse, qualiter dum retroactis disturbationum temporibus de anno scilicet Domini millesimo quingentesimo vicesimo nono immanissimus Tyrannus, Turcarum Cesar, inclitum istud Regnum nostrum Hungarie igne ac ferro invadendo, civitatem nostram Viennam obsedisset ascendendoque navalibus suis viribus dictam Civitatem nostram Posoniensem relictaque obsidione Viennensi descendendo eandem preteriisset, consiliarii bellici et capitanei nostri tunc temporis ex speciali nostra commissione in ipsa Civitate nostra Posoniensi presidia agentes, timentes Turcarum Cesarem iisdem navalibus suis viribus reversurum, quantum ad defensionem eiusdem Civitatis nostre Posoniensis attinuisset, sollicite et mature deliberantes non solum domos quam plurimas in suburbiis existentes, verum etiam duas ecclesias parrochiales et duo similiter hospitalia extra, attamen prope muros civitatis Posoniensis prefate adiacentia, dirui et solo adequari fecissent. Non habentes autem eotunc commodum seu capacem aliquem locum pro pauperibus, perpendentes ad salutem animarum ipsorum attinere, ne pauperes (quorum inprimis tunc gentium nostrarum Germanorum, Hispanorum et Bohemorum magna fuisset copia) fame et inedia perirent, haud vulgari sane pietatis zelo impulsi fuissent hospitalia huiusmodi duo in unum commutare et ad Cenobium claustri Monialium dive Clare virginis, Ordinis Fratrum Minorum sancti Francisci intra muros dicte Civitatis nostre Posoniensis existens, quod ipse Moniales virgines propter metum Turcarum ad alia loca transmigrantes vacuum dimisissent, transferre, ubi edificia necessaria ad usum pauperum mendicorum extruxissent hodieque pro tenuitate facultatum suarum extrui facerent. Postea vero tempore tranquilliori redeunte, cum nulla penitus dictarum virginum Monialium (dempta unica Abbatissa) ad prefatum claustrum ipsorum, ita extenuatis incendio et variis aliis casibus claustri eiusdem proventibus, ut vix unice Abbatisse sustentationi sufficerent, reversa esset, neque adhuc redire intenderent, immo fere omnes e vivis decessisse dicerentur, ipsiusque Abbatisse nunc in lecto mortis decumbentis ultima esset voluntas, ut claustrum ipsum deinceps hospitium pauperum esset et hospitale permaneret, redditusque et proventus claustri eiusdem admodum exigui sustentationi commodiori pauperum accederent, suplicarunt igitur nobis prefati iudex magister civium, jurati cives ac tota Communitas dicte civitatis nostre Posoniensis, ut quando idem claustrum suo in loco ex consensu et voluntate progenitorum suorum per serenissimum quondam dominum Andream, Hungarie Dalmatie Croatie etc. regem, felicis reminiscentie, predecessorem nostrum, fundatum et

extrui inceptum ac successu temporis per nonnullos pios homines olim cives Posonienses perfectum fuisset, collatioque nostre Maiestati cederet, neque in facultatibus eorum situm esset aliud hospitale alio in loco erigere seu instaurare, presertim quod ipsi innumeris et quottidianis structuris, communitionem predicte civitatis nostre Posoniensis necessarie concernentibus, gravati et occupati forent, quibus aerarium eorum plane exhausissent, dignaremur prefatum claustrum, sic ut premissum est, pro pauperibus deputatum et extructum, in tali statu et ordine relinquere, et ut in hospitale pauperum commutaretur consensum nostrum Regium gratiose prebere. Cum itaque Regie nostre Celsitudini congruat, inter alias pias sollicitudines nostras etiam pauperum mendicantium iuxta divinum verbum curam habere, et re ipsa edocti simus, pauperum hospitalia duo solo adequata, presertim vero perpendentes, eomodo claustrum ipsum redditusque et proventus eiusdem non ad prophanos sed rursus pios usus converti, illis et aliis respectibus suplicatione eorum exaudita et admissa, regia nostra authoritate et vera in pauperes eleemosyna consentimus concedimus et permittimus prefatis exponentibus, ut prememoratum claustrum deinceps in pauperum mendicantium hospitium et receptaculum commutare, redditusque et proventus claustri eiusdem universos et singulos in usum et sustentationem commodiorem pauperum mendicantium convertere possint et valeant. Hoc tamen specialiter adiecto, quod huic nostro consensui, concessioni et permissioni regiis etiam ecclesiastice superioritatis idest Sanctissimi Domini nostri Pape dispensatio accedi curetur. Harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas manu nostra subscripsimus sigillique nostri impressione communiri iussimus. Datum Vienne 25 Augusti 1540.

Exp[edite].

Fogalmazat. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1540.*

Közli: Bunyitay Vincze.

490.

1540 augusztus hó.

Beszterczebánya város birája és tanácsa Kephart Lipót pozsonyi prédikátornak ír, hogy egy Haimburgban időző tanult és jó paedagogus fiatal embert a város nevében hivjon meg iskolamesternek.

Venerabilis Domine.

Intelleximus preterea quendam virum doctum iuventutisque erudiende studiosum ac diligentem Hamburgi agere. Cui, ut accepi-

mus, illic manendi, et hoc certis rationibus, animum nullum esse. Quare re sic se habente, ipsoque ad spartam nostram ornandam, hoc est scholam nostram, reipublice nostre seminarium, regendam et instituendam idoneo, Dominatio Vestra venerabilis dignetur et eum nostro nomine vocare, habiturus conditionem non contempnendam. Quam si acceptare voluerit, absque mora animi sui erga nos voluntatem scripto aperiat. Nam dies Georgii ad prodendum ludimoderatorem nobis sacratus est. Vocamur preterea in spem illi, Christo authore, non defuturam parem fortunam labori, modo scholam nostram pro dignitate literarum et tueri et ornare non gravabitur. Iterum bene valeat venerabilis vestra C(aritas).

Papirosra írt fogalmazványa, mely egy 1540. aug. 3-iki levéllel függ össze, Beszterczebánya város levéltárában: Fasc. 97. nov. 36.

Közli: BÉKEFI REMIG.

491.

Bécs-Ujhely, 1540 szeptember 4.

Ferdinánd király felhivja az esztergomi érseket, hogy Kollonich Szigfrid Ferdinánd nevű fiának az első üresedésbe jutó kanonokságot adományozza.

Strigoniensi. Ferdinandus etc. Reverende Pater, Devote, Fidelis et syncere Dilecte. Ostendit nobis honorabilis, doctus, fidelis nobis dilectus Seyfridus a Kollonisch, Consiliarius noster in Regimine Austriaco, se nepotes tres ex fratre et tres item filios habere, bone spei atque indolis adolescentes, quos magnopere cupiat in continuato bonarum literarum studio alere sustinereque. Et quod id eo commodius facere possit, nobis humiliter supplicavit, ut unum ex filijs suis, nomine Ferdinandum, de se pre ceteris egregij ingenij specimen prebentem Devotioni tue commendare non dedignaremur in hoc, ut ei primo vacaturum canonicatum in Ecclesia ista Strigoniensi conferre nostra intercessione velit, presertim non refragantibus Regni nostri Hungarie statutis, cum ipse filius ex Croatia, Croata avo paterno, eiusdem Regni subdita oriundus sit. Nos itaque considerantes tum grata fideliaque prefati Consiliarij nostri servitia, que adhuc hodie nobis prestat, adeoque sua et maiorum suorum de serenissima domo nostra Austrie benemerita, tum etiam quod opus pium et nostra clementia non indignum id existimemus, non potuimus nisi benigne eius petitioni annuere, eandem proinde Devotionem tuam clementer hortantes et requirentes, velit intuitu et commendatione nostra, que ex iusta et pia causa procedit, dicti

Consiliarij nostri filio Ferdinando de primo vacaturo canonicatu istius Ecclesie favorabiliter providere. Faciet in eo Devotio tua rem nobis apprime gratam, erga se gratia nostra Regia recognoscendam. Datum in nova Civitate nostra, die 4[ta] Septembris 1540.

Exp[edite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1540. Sept. 10.*

Közli: Bunyitay Vincze.

492.

Lelesz, 1540 szeptember 7.

Gyakfalvi Eufrozina a leleszi konvent előtt házát, az ahhoz tartozó ingatlanokkal együtt bizonyos föltételek alatt, örök alamizsnául a Mindenszentek gyakfalvi (most nevetlenfalvi) templomának adományozza.

Nos Joannes Prepositus et Conventus Ecclesie Sancte Crucis de Lelez memorie commendamus per presentes, quod nobilis domina Ewffrosina, filia nobilis condam Michaelis de Gÿakffalwa, coram nobis personaliter constituta spontanea sua voluntate est confessa hoc modo: quomodo ipsa matura in se deliberatione prehabita, cupiens id seminare in terris, quod tandem multiplicato fructu colligere posset in celis; cum itaque ipsa, Deo ita volente, nullum heredem et successorem, ad quem bona sua infrascripta devolverentur, haberet, ob illam igitur singularem spem et devocionem specialem, quas... (kiszakadt) erga Beatos omnes Sanctos dei, quorum nominibus gloriosissimis Ecclesia p....nis Gÿakfalwa predicte fundata existit, gereret et haberet: dictam Ecclesiam omnium Sanctorum heredem et successorem in huiusmodi bonis suis constituere et efficere volens, domum et curiam nobilitarem dicti olim patris sui, postque illum suam, quam nunc eadem inhabitat, in possessione Gÿakfalwa prescripta in comitatu de Wgocha existentem habitam simulcum cunctis eiusdem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturarum, aquarumque decursibus, molendinis et locis eorundem, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum, quovis nominis vocabulo vocitatarum, ad eandem de iure et ab antiquo spectancium et pertinere debencium integritatibus prefate Ecclesie omnium Sanctorum in perpetuam elemosinam dedisset et donasset ac in perpetuum contulisset et inscripsisset, imo dedit, donavit, contulitque et inscripsit coram nobis tali autem

condicione adiecta mediante, quod eadem domina et mater eiusdem vita ipsarum durante prescriptam domum et curiam nobilitarem simulcum omnibus predictis utilitatibus et pertinenciis atque proventibus quibuslibet pacifice possidere et manutenere valeant atque possint, hoc denique non pretermisso, quod si aliqui fratres eiusdem prescriptam fassionem suam quodam modo violarent aut infringerent, extunc non aliter, dummodo prius quinquaginta florenis hungaricalibus eidem Ecclesie persolutis, quantum redempcioni magis competit, eandem occupare valeant, atque possint. Datum in vigilia festi Nativitatis Beatissime Marie Virginis. Anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo.

Eredeti, félív papiron, melynek vízjegye egy lépő medve; hátpecsét nyomaival. — *Bölöni család levéltára a biharmegyei múzeumban.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

493.

Kelet nélkül (1540 szeptember 7 körül).[1]

Ferdinánd királyhoz intézett fölterjesztés, melyben Perényi Péternek Izabella királyné és fia, valamint önmaga és a törökök fogságába került saját fiára vonatkozó kívánalmai adatnak elő.

Articuli postulationum spectabilis ac magnifici domini Petri de Peren, comitis perpetui Abawywariensis a Sacratissima Romanorum, Hungarie et Bohemie etc. Regia Maiestate.

Imprimis ut Maiestas sua Regia dignetur gratiose curare, ut serenissimam dominam Isabellam, reginam viduam de suis, filiique sui iuribus contentam reddat; et quoniam Maiestas sua plane videt nec Budam, nec alia munimenta Regni esse in manibus vidue Regine, dignetur ita se gratiosam erga illam, eiusque filium exhibere, ut siquid preter voluntatem Regine attentarent fortalitiorum officiales et prefecti, nihilominus vel affinitatis, que intercedit, respectu Maiestas Regia clementia sua erga illam uti dignetur, id quod universi sibi de Maiestate sua persuadent.

Deinde ut Maiestas Regia, memor veteris sui promissi, dignetur regnum Hungarie sive uno, sive alio modo illud assequatur, in suis libertatibus, iuribus et iustitie administratione conservare, quemadmodum et in articulis transactionum cum serenissimo Joanne

[1] Mivel a 7. pontban kért levelet a királyi kanczellária szeptember 14-én már kiállította, e fölterjesztés azelőtt kelt.

rege initorum est expressum, et Maiestas sua literas superinde dare dignata est.

Item, ut cum ipse D. Petrus ad Maiestatis sue servitia, fidelitatemque et obedientiam se contulit: dignetur ipsum gratiose amplecti et se clementem in illum exhibere, exclusa et perpetue oblivioni data omni memoria veterum casuum, nec preteritos casus ad quorumvis suggestionem refricare velit.

Preterea cum Maiestas sua non ignoret filium ipsius Domini Petri in Thurchia captum detineri: dignetur opera et medio tam invictissimi Imperatoris Caroli, quam serenissimi Gallorum Regis, aliorumque amicorum suorum laborare, ut quibuscunque poterit modis per omnem occasionem e manibus Thurcharum liberetur.

Ut Maiestas sua de postulationibus Domini Colocensis in restituenda arce Zarwaskew et aliis proventibus illius; item de petitionibus Francisci Bebek et Sigismundi Balassa transigere dignetur.

Ut si contingeret Fratrem Georgium et Valentinum Therek ad aliquos tractatus et conditiones descendere: Maiestas Regia ita se cum illis gerere dignetur, ne sine consilio D. Petri et D. Colocensis transigat. Idque propterea, ne quid periculi vel insecuritatis aut ignominie ipsi Domino Petro, fratribusque, et amicis suis contingat *(a lap szélén más kéztől:* In missilibus).

Ut Maiestas Regia, quemadmodum gratiose obtulit, literas super episcopatu Vaciensi in personam Nicolai filii sui dare dignetur et cum hoc firmiter mandare Dominis Capitaneis cum exercitu descendentibus, ne bona illius episcopatus diripiant aut vexent, sed potius defendant. Item ut iam nunc expediantur mandata ad subditos episcopatus, ne proventus debitos alteri, quam domino Petro ac filio suo administrent; castraque ipsa episcopatus in descensu liberentur et D. Petro reddantur.

Ex quo Maiestas sua gratiose promittit dare aut castrum Trinciniense aut illius loco 40 millia florenorum intra semestre tempus: petit, ut horum sex mensium initium *a prima die huius mensis Septembris* computetur.

Item ut arx Kewesd iam nunc de facto restituatur cum omnibus illis iuribus et pertinentiis in Bodrogkewz existentibus, cum quibus scilicet arcem illam D. Seredy possedit et modo possidet.

In negotio castri Saros quid molestum et difficile iudicat D. Petrus, cognoscet Maiestas Regia ex D. Locumtenente; in hoc quoque gratiosam relationem et deliberationem expectat.

Quod vero ad officium cancellariatus attinet, contentus est illud acceptare, modo in aliis officiis quoque, que per occasionem

conferri poterunt, dignetur Maiestas sua ipsius D. Petri habere rationem, prout per Reverendum Nicolaum Olahum nunciavit.

Quod Maiestas sua pretextu religionis ipsum ad nullius instantiam vel suggestionem molestabit; in ea tamen re idem D. Petrus studebit se bono modo gerere.

Preterea ut Maiestas sua castra et bona quondam Antonii Paloczy, que post felicem coronationem suam D. Petro donaverat, dignetur denuo datis literis recognoscere, quod bona illa nemini prius, quam illi donasset, que et nunc donare dignetur simulcum omnibus iuribus, si qua Maiestas sua in illis qualitercunque haberet; literas etiam super eisdem per quondam Joannem Regem datas confirmet et alias etiam universas literas ad ista bona necessarias expedire et dare dignetur.

Ut super ducatu de Soklyos, sive quem alium locum dominus Petrus ex castris aut bonis suis pro titulo ducatus elegerit: literas confirmationis a Sacra Imperiali Maiestate ordinare dignetur.

Ut apud eandem Imperatoriam Maiestatem et ceteros confratres efficiat, quo in ordinem aurei velleris acceptetur *(más egykorú kéztől a lap szélén:* In missilibus).

Ut castrum Lypocz e manibus eorum, apud quos est, eliberetur et restituatur sibi.

Ut confirmet Maiestas Regia illud ius, quod Joannes Rex contulerat Domino Petro in fodina de Telkybanya.

Ut honorem comitatus Zempliniensis Maiestas Regia conferat Gabrieli filio Domini Petri, quem quidem honorem idem et nunc habet.

Item ut Maiestas sua castrum Walpo victualibus et aliis necessariis rebus providere et illius intertentionem suscipere dignetur; aut si Maiestas sua id pro sufficientia non curaret: extunc dum et quando ipse Dominus Petrus predictum castrum Maiestati sue resignaverit, dignetur Maiestas sua ipsum castrum ad manus suas accipere, illiusque curam agere.

Két ív papirnak öt oldalán, kelet nélkül. Kivéve az első, továbbá a negyedik, ötödik, hatodik és az utolsó pontot, mindenik pont mellé ugyanaz a toll, mely a már jelzett két megjegyzést írta, ilyen # jegyet tett. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1540. S. d. II. 2.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

494.

Bécs-Ujhely, 1540 szeptember 14.

Ferdinánd királynak nyilt levele, melyben a váczi püspöki megye lakosainak tudtára adja, hogy Perényi Miklóst váczi püspökké nevezte ki.

Fiant Patentes. Ferdinandus etc. Universis et singulis, prudentibus, circumspectis ac providis judicibus et juratis, cunctis etiam alijs civibus subditis et incolis in omnibus civitatibus oppidis villis et possessionibus episcopatus Vaciensis existentibus et commorantibus fidelibus nobis dilectis salutem et gratiam nostram Regiam. Quum nos episcopatum Vaciensem fideli nostro dilecto reverendo Nicolao de Peren donavimus et contulimus eundemque in dominio et perceptione universorum proventuum et reddituum ipsius episcopatus manutenere volumus: Fidelitati idcirco vestre ac vestrum cuilibet harum serie firmiter committimus et mandamus, ut prefatum de Peren pro vestro domino et episcopo tenere et recognoscere, eidemque debitam obedientiam prestare et exhibere, universos etiam proventus de medio vestrum iuxta consuetudinem ab antiquo observatam provenire debentes eidem Nicolao de Peren aut ipsius hominibus et officialibus et nemini alij administrare et de eisdem respondere debeatis et teneamini, secus nullo modo facturi. Presentibus perlectis exhibenti restituendis. Datum in nostra Civitate Nova, die XIIIJ septembris, anno 1540.

Exp[edite].

Fogalmazat egy félív papir egyik oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1540. Sept. 53. — U. i. az 58. sz. a. is ide tartozik.*

Közli: Bunyitay Vincze.

495.

Eger, 1540 szeptember 14.

Az egri püspök kéri a királyt, jelölje ki az időt és helyet, amikor és ahol az idézésre meg kell jelennie, de kiköti, hogy akkor Thurzó is a királyi udvarban legyen.

Sacra Regia Maiestas et Domine, Domine Clementissime. Post orationum et servitutis perpetuam commendationem. Heri ex literis domini Cornelij, oratoris Sacre Cesaree et Catholice Maiestatis et Hyeronimi a Durin *[lehet:* Durni *is]*, Prepositi Ecclesie mee minoris intellexi, Maiestatem Vestram S. id a me cupere, ut accedam ad curiam Vestre Maiestatis et licet non sine periculo rei domestice id

fieri poterit, tamen faciam id, quod iubet Vestra S. Maiestas, dummodo mihi per literas Vestre Maiestatis innotescat tempus et locus, quo ire debeam. Supplico tamen, ut pro illo tempore dominus Turzo sit in curia V. M. quam Deus felicissimam conservet longissime. Agrie 14 Septembris anno Domini 1540.

Eiusdem M. V. S.

Servitor et Capellanus
Agriensis subscripsit.

Kívül: Sacre Regie Maiestati Romanorum Hungarie Bohemie etc. Archiduci Austrie etc. Domino meo Clementissimo.

Egy ív papir első oldalán, zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1540. Sept. 44.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

496.

Bécs-Ujhely, 1540 szeptember 15.

Ferdinánd király Várallyai Szaniszló székesfejérvári prépostot, ki János király elhaltával Ferdinánd hűségére visszatért, állásában megerősíti; a szekszárdi apátság és több javadalmak és jószágok adományozását számára kilátásba helyezi.

Nos Ferdinandus... Recognoscimus et fatemur per presentes quod quia reverendus Stanislaus, prepositus ecclesie Albensis et loci eiusdem perpetuus comes etc. in sinum nostre clementie iuxta pacta ac conditiones et conclusiones pacis, que inter nos et serenissimum condam dominum Joannem, Dei gratia Hungarie etc. Regem super reali et integra consequutione predicti regni nostri Hungarie illiusque dominii et partium eidem subiectarum intercesserunt et firmate sunt, rediit debitamque fidelitatem et obedientiam se nobis ultro prestare obtulit: ob hoc nos quoque volentes eundem Stanislaum prepositum gratia et liberalitate nostra Regia prosequi, eidem in verbo nostro Regio promisimus ipsumque assecuravimus, quod illi ad prepposituram dicte Ecclesie Albensis, quam a certis annis possedit et nunc possidet simulcum iure patronatus omnium dignitatum et beneficiorum eiusdem ecclesie, abbatiam Saxardiensem cum omnibus iuribus emolumentis et proventibus suis duximus annectendam, dandam donandamque et conferendam in eisdemque prepositura et abbatia in omnem eventum conservandum et protegendum a manibusque alienis eandem abbatiam eliberandam; preterea totalem possessionem Kayatha nuncupatam prope civitatem nostram Eperyes existentem, in cuius quieto et paci-

fico dominio se ipse prepositus pacifice fuisse eamque possedisse asserit, item totalem portionem domus honeste condam mulieris Sophye, Mylleme vocate, Bude existentis, quam egregio Cristophoro Batthiany testamentaliter legatam dicit cum roboratione iurium, que idem Stanislaus prepositus super eadem integra domo haberet, item universa bona et quelibet iura possessionaria egregii condam Wolffgangi Bwzlay de Gergellaka quocumque nomine nuncupata per mortem et defectum seminis sexus masculini simul cum iure nostro regio in eisdem bonis et castro Symonthornya appellato, partim in Albensi, partim vero in Tholnensi comitatibus adiacente, a manibus eiusdem Wolffgangii Bwzlay utcunque alienato, eidem Stanislao Preposito et nemini alteri dabimus donabimus et conferemus, ita tamen ut ipse eam nobis semper fidelitatem et obedientiam integre et syncere prestare curet, per quam se nobis magis ac magis gratum et acceptum reddere et non solum acceptum, verum et utilem pro posse suo servitorem prebere debeat. Imo promittimus ipsumque Stanislaum Prepositum assecuramus ac predicta omnia eius postulata ex gratia nostra speciali eidem damus donamus et conferimus predictamque abbatiam Saxardiensem ad memoratam prepposituram Albensem annectimus et a manibus alienis eliberabimus, in realem pacificamque possessionem collocabimus ipsumque protegemus, necnon ius suum in iamfata totali domo et curia lapidea dicte Mylleme habitum roboramus et confirmamus harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in Civitate nostra Nova Austrie, die vigesima quinta mensis septembris anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo, regnorum nostrorum Romani decimo aliorum vero quarto decimo.

Exp[edite].

Fogalmazat. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1540.*

Közli: Bunyitay Vincze.

497.

Győrszentmárton, 1540 szeptember 25.

Mihály apát a pannonhalmi várnagy testvérének érdekében Nádasdyt kéri, hogy annak lovát visszaadassa.

Magnifice domine... Intelleximus iamdiu germanum egregii Gregorii Kamanczÿ, castellani istius domus nostre sancti Martini, consequenterque servitorem istius ecclesie, unum equum suum perdidisse et, ut nobis datur intelligi, in exercitu v(est)re M(agnifice)

D(ominationis) inven[...] Quare plurimum rogamus ipsam, velit tum contemplatione nostri tumque servitiorum prefati Gregorii Kamanczy prefatum equum suum secundum veram suam comprobationem sibi restitui facere... Ex domo nostra sancti Martini sabbatho post festum sancti Mathei apostoli 1540.

Michael abbas Sancti Martini.

Kívül: Magnifico domino Thome de Nad[asd] Thavernicorum regalium magistro.

Eredetije veresviaszba nyomott pecsét töredékével a Nádasdy-levelek M. csomójában az országos levéltárban.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

498.

Székesfejérvár, 1540 szeptember 27.

Várallyai Szaniszló fejérvári prépost fogadja, hogy mivel az ország, a János és Ferdinánd közt létrejött szerződés folytán amannak halálával Ferdinándra szállott, ennek rendületlen híve leend.

Nos Stanislaus, prepositus ecclesie Albensis ac loci eiusdem comes perpetuus etc. recognoscimus et serie presentium fatemur, quod quia vivente serenissimo principe et domino domino Joanne, Dei gratia Rege Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Domino nostro clementissimo pie memorie, eam fidem fidelitatem et obedientiam, quam debuimus, usque ad ultimum finem vite sue prestavimus, sed cum ordinatione divina e vivis iam discesserit et iuxta pacta et conclusiones pacis super hoc regno Hungarie cum serenissimo et invictissimo principe domino, domino Ferdinando, Dei gratia Romanorum dictorumque Regnorum Rege etc. per ipsum sponte factas, consecutio dominij istius Regni et partium eidem subiectarum ad prefatam Sacram Regiam Ro. Maiestatem pertineat, quibus conditionibus, honestis rationibus factis, nos refragare nolentes, prout neque debemus, eam fidelitatem obedientiamque, quam prefate defuncte Maiestati prestavimus, eam prestaturi prefato Ro. Regie Maiestati iuxta assecurationem Sue Maiestatis nobis factam offerimus et promisimus, prout promittimus ad fidem nostram Deo debitam fidelitatemque Sue Maiestati observandam, harum nostrarum manu nostra, sigilloque nostro proprio consignatarum et communitarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in domo nostra prepositurali feria secunda proxima ante festum Beati

Michaelis Archangeli. Anno Domini Millesimo quingentesimo Quadragesimo.

Idem Prepositus Albensis manu propria.

Nyilt levél egy ív papir egyik oldalán keresztben írva, alján piros pecséttel, melynek paizsán jobbra (herald.) ágaskodó oroszlán jobb lábával liliomot tart. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1540. Sept. 131.*

Közli: Bunyitay Vincze.

499.

Bécs-Ujhely, 1540 szeptember 29.

Ferdinánd király Ormosdi Székely Magdolnának, Thurzó Elek nejének és ettől, valamint előbbi férje, Szécsi Tamástól született leányainak és mindkét nemű örököseiknek a szentgothárdi apátságot Vasmegyében és annak kegyuri jogát adományozza.

Nos Ferdinandus etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis. Quod nos moti supplicatione fidelis nostri spectabilis et Magnifici Comitis Alexij Thurzo de Bethlenffalwa, Judicis curie et in Regno nostro Hungarie Locumtenentis nostri, per eum nomine et in persona generose et magnifice domine Magdalene Zekel de Ormos, alias Relicte Magnifici quondam Thome Zeechy de Felsewlyndwa, nunc vero consortis sue, nostre propterea porrecta Maiestati, consideratis etiam fidelissimis ac gratis servitijs eiusdem Comitis Alexij Thurzo per eum cum summa constantia et diligentia Maiestati nostre exhibitis et impensis, ius patronatus abbatie Ecclesie Beati Gothardy in comitatu Castriferrei existentis et fundate, quod etiam antea ad castrum Felsewlyndwa et consequenter eiusdem castri priores possessores pertinuisse dinoscitur, memorate domine Magdalene Zekel et per eam generosis et magnificis domine Margarethe Zeechy, filie eiusdem Domine Magdalene, ex prefato condam Thoma Zeechy suscepte, consorti videlicet Magnifici Nicolai Comitis de Salm et Neuburg ad Enum, Consiliarij et supremi Camerarij nostri, fidelis, nobis dilecti, item puellis Anne et Elizabeth, filiabus ipsius Domine Magdalene Zekel ex prefato Comite Alexio Thurzo susceptis, ipsarumque dominarum et puellarum heredibus et posteritatibus utriusque sexus universis dedimus, donavimus et contulimus, reddentes easdem ipsarumque heredes et posteritates prenotatas quittas et expeditas super universis causis et litibus, nomine et in persona Maiestatis nostre contra Magnificum condam Stephanum Zeechy de dicta Felsewlyndwa pretextu predicte abbatie Sancti Gothardy

annis superioribus coram fideli nostro spectabili et magnifico condam Stephano de Bathor, alias Palatino dicti Regni nostri Hungarie et Judice Cumanorum nostrorum motis, vertentibus et habitis. Immo damus, donamus et conferimus, reddimusque et committimus iure perpetuo et irrevocabiliter predictam abbatiam ecclesie Sancti Gothardi cum ipso iure patronatus tenendam et possidendam, abbates pro tempore nominandos et eligendos, divina officia et ecclesiasticos cultus in eadem ecclesia celebrari et peragi facientes, harum nostrarum secreto sigillo nostro, quo ut Rex Hungarie utimur, communitarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in nostra Civitate Nova Austrie in festo beati Michaelis Archangeli, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo, Regnorum nostrorum Romani decimo, reliquorum vero decimo quarto.

Egy ív papir két első oldalán, aláírás és pecsét nélkül. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1540. Sept. 158. és 162.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

500.

Gönyő, 1540 szeptember 29.

Fels Lénárt a király nevében és meghagyásából felszólítja Baranyay Mátyást, a tatai várnak hadnagyát és a keze alatt álló többi tisztviselőket, hogy a szentmártoni pannonhegyi várhoz tartozó Themerd nevű birtokot és monostori apátságot, melyeket igazságtalanul elfoglaltak és bitorolnak, a szentmártoni apátnak minden javaival rögtön visszaadni el ne mulaszszák.

Nos Leonardus etc. Magnifico Mathie Baranyay, prefecto arcis regie Thatha necnon castellanis, provisoribus cunctisque familiaribus et servitoribus suis salutem et cum favore. Quia ex supplicatione reverendi in Christo patris, domini Michaelis Abbatis Sancti Martini Sacri Montis Pannonie prelibata Sacra Regia Maiestas, dominus noster clementissimus intellexit, qualiter vos possessionem ipsius arcis Sancti Martini Themerd vocatam, necnon monasterium sive abbatiam Monasthor ad ipsam arcem pertinens ad prefatam arcem regiam Thatha minus iuste ac indebite per violentiam occupassetis et usurpassetis, modo quoque occupatas in grave ipsius abbatis damnum et preiudicium ipsius abbatis detineretis ac fructus, redditus et obventiones eorundem universas in proprium converteretis usum atque commodum, eidem humiliter supplicando, quatenus illius indemnitati subvenire, illumque in iure suo manutenere dignaretur. Quod cum pro cause equitate tanquam a nostro officio minime alienum, immo maxime eidem consentaneum, Sacra

Regia Maiestas nobis decernendum commiserit: vos itaque omnes et singulos antenominatos harum serię tam prelibate Sacre Regie Maiestatis, quam ex sue Maiestatis auctoritate nobis in hoc sufficienter tradita nostro etiam nomine omni serio requirimus ac quam strictissime etiam mandamus, quatenus iam dicta bona, monasterium videlicet Monasthar et possessionem Themerd, sicut premittitur, violenter erepta atque occupata, ad prefatam arcem Sancti Martini pertinentia, ipsi domino Abbati aut eius procuratori in hoc constituendo cum omnibus iuribus et pertinentijs suis absque omni mora, tergiversatione et subterfugio libere cedere et restituere velitis atque omnino curetis. Quod, si fiet, sciatis, vos rem in eo Regie Maiestati singulariter gratam facturos, sua vicem Regia gratia in vos recognoscenda. Quodsi vero huic nostre amicabili requisitioni refragaturi inobedientesque fueritis, vos ignorare nolo me pro conservatione Regij iuris ac pro manutentione et defensione sue Maiestatis fidelium subditorum ea remedia adhibiturum, quibus vobis invitis ac nolentibus bonorum restitutio ac in possessionem missio debita subsequetur. Quod tam Magnificentijs Vestris quam vobis per presentes significare intimareque voluimus. Datum in castris ex villa Genew. die 29 mensis Septembris 1540.

Ex[pedite].

Fogalmazat egy félív papir két oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1540. Sept. 149.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

501.

Kolosmonostor, 1540 szeptember 30.

A kolosvári domonkosrendűek gyulatelki (Doboka m.) birtokukat, a majorházat kivéve, zálogba vetik.

«Gregorius prior fratrum ordinis beati Dominici in claustro Beate Marie Virginis intra muros civitatis Colosvariensis constructo, ac frater Petrus cantor necnon frater Theodorus [1] nomine universorum fratrum» coram conventu Colosmonostoriensi impignorant portionem suam in possessione Gyulatelke (comitatus Doboka) existentem excepta domo ipsorum allodiali.

Egykorú fogalmazvány a kolosmonostori konvent levéltárában. Doboka 14.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

[1] Erronee Thedorus.

502.

Róma, 1540 október 3.

III. Pál pápa Várday Pál esztergomi érseket kéri és inti, hogy János király halála után az ország békéjét fentartani és a török beavatkozást kizárni minden erejével igyekezzék.

— — Audito per nos obitu clarae memoriae Joannis regis, sane praeter dolorem ex morte christiani principis susceptum a nobis, non parum etiam perturbati fuimus, quod veriti sumus ex proximis istius regni cladibus, ne quid ea res non solum vobis, sed etiam caeterae christianitati periculi adferret, neque aliqui istic motus in his tantis christianorum perturbationibus nunc orirentur. Id autem eo magis timere cogimur, quod intelleximus (id quod cupimus omnino esse falsum), profectos iam istinc oratores publicos ad Turcarum tyrannum, qui cum eo agant tributumque polliceantur, ut is relictum filium Joannis regis in suam defensionem suscipiat et in eo statu, quo pater eius fuit, remanere sinat, gubernatore regni interim constituto. Qua quidem re nihil potuit nobis accidere acerbius. Quum enim istud regnum, ex discordiis vestris antea afflictum ac lacerum, postea ex pace inter eundem Joannem et charissimum in Christo filium nostrum Ferdinandum Romanorum regem inita recreatum videremus, bonaque spe duceremur eandem pacem omni studio a vobis, qui praesertim in ea intervenissetis, esse conservandam, quum praecipue, sicut a fide dignis relatum nobis est, hic ipse casus fuerit ante in dicta pace praevisus ac decisus: quid audiri potuit vestro nomine indignius, quam pace turbata spretisque foederibus tum novis tum priscis, etiam ab hoste Christi auxilium petere eidemque hosti viam patentiorem ad caetera christianitatis [regna] aperire, et Hungariam Turcis facere vectigalem? Sed nos, ut diximus, falsa haec esse cupimus et speramus; non enim modo de praelato insigni, qualis tua fraternitas est, sed nec de christiano quidem homine facile credi possunt, quum impietatem multis modis contineant. Quidvis certe pati ac subire satius fuisset, quam ad haec confugere. Licet igitur a fraternitate tua nihil expectare debeamus, quod indignum ea sit, tamen quum [de] istius regni, quod etiam antemurale caeterae christianitatis est, salute tantum simus solliciti, quantum nostri officii ratio nostrorumque praedecessorum consuetudo ac noster erga vos amor postulat: fraternitatem tuam cum affectu omnique instantia hortandam duximus et pro bono istius regni omniumque christianorum universali

monemus et urgemus: ut pro tua virili pacem in isto regno omni tuo studio et opera conservare pacisque foedera tueri cures; nihilominus in virtute sanctae obedientiae et sub nostrae indignationis poena praecipientes, ut omnium hostium Christi consortium, tanto detrimento a vobis expetitum, ab eodem penitus excludas, ne belli causis et seminibus inter vos renatis atque ex vestra, quod Deus avertat! discordia nova occasio Turcis praebeatur istius regni ad extremum interitum deducendi ac sibi tandem subiiciendi, sicut in Graecia fecerunt, cuius miserabile exemplum ante oculos vobis sit. In hoc fraternitas tua rem, pietate, prudentia ac persona tua dignam et nobis, qui nihil aliud quam istius regni salutem et communem securitatem ex hoc petimus, faciet valde gratam. Datum Romae apud S. Marcum, III. Octobris MDXL; pontificatus nostri anno sexto

Pray, Annales V. *Katona*, XX. 1472.

503.

Bécs-Ujhely, 1540 október 10.

Morone nunczius Farnese kardinális, viczekanczellárnak: Ferdinánd király nagyon el van keseredve, hogy a pápa a Magyarország elfoglalására kért segélyt (v. ö. feljebb 484. sz.) tőle megtagadta; ingerülten nyilatkozik a szentszék ellen és megtorlásokkal fenyegetőzik. — Mellékelve küldi azt a beszédet, a melylyel Frangepán egri püspök nyilvános kihallgatáson Ferdinándhoz való átpártolását megokolta.

Sapendo per bona via la risposta data da N. S. sopra l'aiuto d'Ungaria all'agente de questo Sermo Re, come per altre mie scrissi, et la mala contentezza di S. M., nè havendo adviso alcuno da Roma, come potessi iscusar S. Sant., stava alquanto sospeso et per otto giorni non sono andato alla corte, sperando pur d'hora in hora ricever qualche lettere. Havendo doppo il Francapano, vescovo d'Agria, dimandato a S. M. publica audientia in presentia delli ambasciatori, S. M. mi ha fatto dimandar, et finita l'audientia mi disse apertamente, che havea havuto la negativa resoluta et senza alcuna speranza da N. S. sopra l'adiuto ricercato. Il che non havrebbe mai creduto essendo la cosa di tanta importanza, come m'havea ditto et come sapea, a tutta la christianità et al honor di S. Sant., et sapendosi pur, che le intrate ecclesiastiche et massimamente l'annate si doveano spender in tali usi, nondimeno spera in Dio non gli mancarà alla recuperatione et conservatione del suo. Io non risposi altro a S. M., se non ch'anchora non havea havuto

risposta, al che mi replicò: Imo credo, quod habuistis, et quia erat mala et inexcusabilis, noluistis venire ad me. Gl'affirmai di novo, che non havea risposta, come è il vero, et mi fù creduto. Questa negativa preme estremanente nel animo di S. M., et da buon luoco ho inteso, che ha havuto a dire: La Sede Apostolica non havrà più annate d'alcun benefitio delle mie provincie, et l'Imperatore dovrebbe far il medesimo, perchè per gli boni effetti gli Pontefici mai hanno modo alcuno, ma per sodisfar alle soe voglie sono abondantissimi. Dubito questa cosa potrà portar qualche innovatione, benchè meco S. M. non lo mostra et io anchora dissimulo.

Qui alligate sono le parole dette dal vescovo de Agria in obedientia, quali mi è parso mandar per esser piene di sugo et perchè comprendeno quasi tutta la summa del presente stato d'Ungaria. Ha voluto giustificar il caso suo publicamente et è stato reputato fatto notabile et degno della soa prudentia et utile a questo Sermo Re, la parte del quale ha mostrato voler seguire non per appetito, ma per giuditio et per giustitia. Et credo sarà causa, che quasi tutti gl'altri faranno il medesimo, benchè la maggior parte a quest' hora sia alla devotione di S. M.

— — — — — — — — — — — — — — —

Da Neustat alli 10 de Ottobre 1540.

(Allegato)

Solon ille, unus ex septem Greciae sapientibus, Atheniensibus legislator, Sacratissime Caesar, Domine clementissime, eos, qui orta in civitate seditione neutram partem sequuti fuissent, pari cum parricidis poena suis legibus mulctavit, mali civis esse ratus, quum proprias rationes in tuto collocarit, nulla communi cura, sollicitudine teneri. Itaque videns ego defuncto serenissimo domino Ioanne rege Hungariae, domino quondam meo clementissimo, regnum Hungariae multis nominibus recidisse in Sacram Maiestatem Vestram, praesertim eo contractu, quem dictus serenissimus rex et dominus meus sanus, sanae mentis, (ob Turcarum, quod regno aperte imminet, ingens periculum) longa et matura praehabita deliberatione cum sacratissimo Carolo, Imperatore Augusto, fratre Maiestatis Vestrae germano, et cum Vestra Sacra Maiestate ante hoc biennium iniverat litterisque manu propria subscriptis, sigilli regalis appensione et (quod maius omnibus est) reali iuramento sancte et inviolabiliter servandum, me et aliis consiliariis praesentibus firmaverat. Videns nihilominus vita defuncto dicto serenissimo quondam rege et domino meo nonnullos tumultus in regno subortos sententiasque aliquorum in diversum non obstante dicto contractu pendentes,

nolui sequi eos, qui regis quondam domini mei filio apparenter videntur velle regnum struere, revera autem suis potius privatis quam filii Regis vel regni commodis consulentes. Non enim fui astrictus teneriori affectu prosequi parente filium domini regis mei, ut quem pater ob insignem et aeterna memoria dignam in patriam pietatem regno privaverit, malens filium regni titulo, quam christianam rempublicam regno Hungariae carere, ego patriae periculo contra Regis patris decretum, contra promissa mea, in regnum niterer reponere (ut de aetate taceam, quam nullo pacto in hoc rerum statu regno iudico salutarem). Promissionis mentionem ideo inieci, quia serenissimus quondam rex et dominus meus cupiens firmiora esse ea, quae cum Maiestate Vestra Sacra transegerat, voluit, ut omnes Maiestatis Suae consiliarii, qui ad hos tractatus admissi fuimus, communes litteras sigillis nostris munitas Vestrae Maiestati daremus, uti et dedimus, quibus promisimus nos bona fide sine dolo et fraude operam daturos sinceram in dieta publicationis pacis apud omnes fratres et amicos, ut tractatus initi inter Vestras Maiestates finem ad plenum sortiantur; et licet pro illo tempore dumtaxat nos obstrinxerimus apud nostros hanc concordiam fideliter promoturos, credo tamen et ita mihi persuadeo, nullo unquam tempore nos potuisse aut posse in posterum salvo honore, salva fide diversum suadere vel sentire. Nolui neutralis esse, ne malum membrum iudicarer, qui in patriae discrimine commodis tantummodo privatis prospicere vellem; volui igitur posthabitis omnibus vanis respectibus Maiestati Vestrae, Serenissime Rex, adhaerere, tum quia coronatus rex Hungariae est et magnam eius partem possidet, tum quia Serenissimus quondam rex et dominus meus, qui et ipse, dum viveret, rex fuit Hungariae coronatus, totum et omne ius, quod vel Sua Maiestas, vel filius Suae Maiestatis in regno habuit, in Vestram Maiestatem et suos post suam transtulit mortem, ut patet ex contractibus utrinque iuramento et litteris firmatis, tum potissimum, quia neminem christianorum principum video, quem iudicarem vel iuste iudicare deberem plus posse prodesse afflictis rebus patriae meae, quam Sacratissimas Imperialem et Vestram Maiestates. Sub alas igitur Vestrarum aquilarum et me et, quantum in me est, patriam dedo, nedum nullis muneribus, nullis privatis commodis illectus, nullis oneratus promissis, verum et principatum amplum, quam ultra mea merita divina providentia et serenissimi quondam regis domini mei liberali munere possideo, illi, quem utiliorem Vestra Maiestas vel suis vel regni commodis iudicaverit, consignaturus, sola hac fretus spe, ut sicut sub

duobus regibus (quo nihil potest infoelicius regnis accidere) vidi non sine ingenti moerore animi feracissimam Hungariam per intrinsecos et extrinsecos hostes pene extinctam, ita sub solius Vestrae Maiestatis foelici regimine laetus videam eam pacatis omnibus rursus florentem et in pristinum decorem usquequaquam restitutam. Tunc enim omnibus rebus meis privatis, quas nunc contempsi, habunde consulam. Nam respublica incolumis et privatas res facile salvas prestat, publica vero perdendo sua ne cuicquam servat. Contuli autem me ad Vestram Maiestatem non mutabili, sed firmo et constanti animo, ut aut per Maiestatem Vestram de ore leonis liberatus brevissimae, quod superest, vitae quietus in libera transigam patria, aut cum Vestra Maiestate (quod omen dii boni procul avertant) omnia extrema patiar. Servivi serenissimo quondam regi domino meo constanter neque inutilis ei fui, vel Vestra Maiestate teste, neque toties victum unquam deserui, exilium et omnia alia discrimina cum eo et pro eo fortiter pertuli. Nec aliud quid, quam mors me ab eo potuit separare, nunquam enim volui habere fidem ex fortuna pendentem. Nunc quum ita visum est superius, ut serenissimo rege et domino meo e vivis sublato Suae Maiestatis voluntate et decreto ad Vestram Sacram Maiestatem perveni, eandem fidem, integritatem et constantiam, quam illius (dum viveret) Maiestati praestiti, Vestrae Sanctae Maiestati et suis (melioribus tamen avibus) me perpetuo praestiturum polliceor, hoc unum syncero corde ob defuncti quondam regis domini mei in me beneficia humiliter postulans, ut filio Suae Maiestatis et Serenissimae Dominae Reginae, relictae eius, secundum contenta in contractibus utrinque (ut dixi) iuramento firmatis plene fiat satis.

Dittrich, Nuntiaturberichte Giovanni Morone's stb. 211—214.

504.

Bécs-Ujhely, 1540 október 15.

Morone bécsi nunczius Farnese kardinális viczekanczellárnak: Ferdinánd király Frangepán Ferencz egri püspököt, legjobb tanácsadóját a magyar ügyekben, úgyszintén az esztergomi érseket kardinálisságra ajánlotta; ellenben Statileoról nagy elkeseredéssel nyilatkozott.

Questo Sermo Re usa in gli negotii d'Ungaria con ogni securità del opera et consiglio del Francapano, vescovo d'Agria, et si trova ogn'hora più contento et satisfatto, non cessando comendar non solo la prudentia, ma anchora la lealtà et ingenuità soa, sopra

che havendo S. M. hoggi fatto longo ragionamento meco mi ha fatto grande instantia, ch'io voglia raccomandar così degno prelato a S. Sant., quale vivendo anchora il Re Gioanni d'Ungaria fu raccomandato dal Imperatore, et fu pregata S. Sant. si dignasse honorarlo del cardinalato come persona non solo grata alle loro Maestà, ma veramente degna di tal luoco et utile alli presenti tempi alla Sede Apostolica et alla religione. Et mi disse, che di questo havea dato cura al Sig. Don Diego Lasso, fratello del cavalarizzo maior suo, qual in breve venerà a Roma in luoco del protonotario Sanchiez, al presente agente suo costì, acciò che ne facesse ogni caldo offitio con S. Sant., come anchora havrebbe fatto l'Imperatore. Et tenea per fermo, che S. Sant. in ciò non sarebbe stato difficile per compiacer al Imperatore in tal subietto, qual senza mezzo et senza intercessione alcuna per benefitio della religione et honor della Sede Apostolica meritava esser fatto Cardinale, acciò che con maggior autorità havesse possuto affaticarsi in conservar la religione nel regno d'Ungaria et assettar le censure et mal ordinate cose delle chiese, quali ne hanno extremo bisogno.

Credo la qualità di questo prelato esser ben nota a V. Rma et Illma S., a S. Sant. et quasi a tutto quel sacro collegio. Per questo non è bisogno, ch'io lo descriva; il testimonio universale in Ungaria et in queste parti della bontà soa è amplissimo da ogni uno.

S. M. doppoi mi soggiunse non potersi mancar della medesima dignità al arcivescovo di Strigonia, qual restaria vergognato non ottenendola. Di che quantunque similmente ne sarà trattato per questo novo agente, nondimeno mi pregava volesse scriverne a S. Sant. con ogni efficacia et anche per le bolle delli vescoati, quali sono in mano del Rorario, gli dice S. Sant. havere promesso all agente suo mandarle qui in mano di S. M. Venne doppo sopra la persona di Statilio, vescovo di Transilvania, et con tanta commotion d'animo disse, ch'egli era pessimo, scelerato et infame, ch'io mi maravigliai persuadendomi, che quel mal animo già fosse partito, et m'impose, che in nome di S. M. scrivessi a N. S., che questo pessimo si iattava, che S. Sant. lo volea far Cardinale, il che S. M. non potea creder, in perchè sa, che con presenti et doni ha ammorbato il mondo, per advertir S. Sant., che non faccia tanta vergogna a se stessa et a quel sacro collegio, che si dica per danari o corruttione de doni un tal monstro esser posto in tanta dignità, oltra che a se reputari esser fatta gravissima ingiuria. Et più volte mi replicò, che in nome di S. M. diligentemente scrivessi quanto mi dicea.

Ho subodorato, che contra costui vogliono far processo de homicidio, furti, stupri violenti et altre simili ribalderie, tamen non lo so anchor di certo.

— — — — — — — — — — — — — — —

Da Neustat alli 15 de Ottobre 1540.

Dittrich, Nuntiaturberichte Giovanni Morone's vom deutschen Königshofe. 1539., 1540. (Görres-társ. kiadványa.) Paderborn, 1892. 215. l.

505.

Bécs-Ujhely, 1540 október 16.

Ferdinánd király meghagyja a szepesmegyei uraknak és nemeseknek, hogy az egyházi tizedeket ne bitorolják.

Ferdinandus stb. Fidelibus nostris magnificis, egregiis, ac nobilibus comitatus Scepusiensis salutem et gratiam. Ex supplicatione et querimoniis fidelis nostri, venerabilis Joannis Horvath, Praepositi Ecclesiae Scepusiensis, secretarii et consiliarii nostri accepimus, plerosque vestrum proventus decimales aliquorum canonicorum et plebanorum jurisdictionis ipsius Praepositi violenter tenere, idque iam adeo consuevisse facere, ut aliquot annis eos sibi retinuerint, et nunc quoque retinere velle; nominatim autem esse magnificum Hieronymum Laszky, consiliarium nostrum, ac egregios Melchiorem Varkots, Benedictum Bornemisza et Laurentium Goergey, aliosque plurimos, qui id faciunt. Eam Nos rem non sine displicentia audivimus; quae enim pii ac religiosi homines, maiores vestri, ad Dei omnipotentis laudem Ecclesiis dicarunt, impium maxime est ad usus profanos rapere, futurum enim est, ut divinus cultus in Ecclesia illa non modo imminuetur, sed etiam in toto tolletur, si ministri Ecclesiae suis priventur redditibus, prout iam imminui etiam et labefactari coepisse dicunt, quod nulla ratione ferre volumus. Nostro etiam regio officio incumbit, ne Ecclesiae, quarum generalis Patronus sumus, aut in redditibus antiquis, aut in cultu divino detrimentum patiantur. Quamobrem vobis mandamus, ut qui proventus ipsos decimales temere in bonis suis retinent, eos Nomine nostro admoneatis eisque committatis, prout Nos etiam per praesentes mandamus firmissime, ut proventus ipsos citra omnem retinentiam, iis, ad quos pertinent, integre ex bonis suis administrent. Nam certo sciatis, quicunque illi fuerint, eorum temeritatem impunitam non praetermittemus; nullo enim pacto ea, quae ad Dei gloriam sunt instituta, permittemus ab Ecclesiis distrahi; secus ergo

ne feceritis. Datum in Nova Civitate nostra Austriae, decima sexta die Octobris, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo.

Wagner, Analecta Scepusii. III. 81.

506.

Bécs-Ujhely, 1540 október 18.

Ferdinánd király meghagyja Révay Ferencznek, hogy a Horváth János szepesi prépost ellen Bersawiczky Frigyes által folytatott pernek iratait neki a nevezett prépost útján felküldje.

Ferdinandus... Fideli nostro magnifico Francisco de Rewa, personali presentie nostre in iudicijs locumtenenti, salutem et gratiam. Venerabilis Joannes Horwath, prepositus ecclesie Scepusiensis, secretarius et consiliarius noster fidelis dilectus nobis per suplicationem exponendum curavit, dum ipse superioribus temporum tempestatibus sese in nostris servitijs exerceret delegataque sibi a capitaneo nostro Joanne Caczianer, qui tum in partibus Regni nostri Hungarie superioribus exercitum nostrum ducebat, provincia esset, ut quos a nostra fidelitate aversos factionemque adversarii nostri Joannis sequentes cerneret, eos ad nostram fidem etiam invitos, prout tunc ratio temporum postulabat, curaret trahendos, volens ipse Prepositus (uti sua in nos fides delegatumque sibi ministerium exigebat) nostros, quos posset, rebelles in nostram trahere ditionem fidemque, captivasset nobilem Fridericum Bersawitzky, factionis adverse hominem, quem quum ad manus tradidisset quondam Christophori Perner tum capitanei nostri arcis Scepusiensis et per eum tandem sub cautione fideiussionis dimissus fuisset, post tempus aliquot indigne ferens ipse Fridericus captivitatem, qua ipso preposito fuisset affectus, evocavit eundem Prepositum in ius, tuam videlicet ac ceterorum Regni iudicum in presentiam, ubi dum procurator ipsius Prepositi in verificationem cause sue literas prefati capitanei nostri coram vobis produxisset, vos suspicionem rasure alicuius in literis ipsis animadvertentes easdem falsas, ab ipsoque Preposito dolose confectas dixissetis. Qui quidem Prepositus ingenue ac bona conscientia fatetur affirmatque, se literas ipsas incorruptas et omni suspicione carentes assignasse manibus sui procuratoris Blasii, directoris causarum nostrarum. Itaque etiamsi sit falsitas in iis aliqua, tamen se eius falsitatis insontem immunemque et inscium, supplicavit igitur nobis, ut ei in causa ipsa gratiam

novi iudicii concedere dignarem[ur]. Cuius suplicatione accepta, ne ipse Prepositus alieno dolo malitiaque hanc male suspicionis maculam, uti opinari potest, incurrisse videatur, eidem nostra Regia potestate gratiam novi iudicii clementer concessimus. Volentes autem causam ipsam nos ipsi cum consiliarijs nostris cognoscere ipsamque literarum suspicionem nos ipsi conspicere: mandamus tibi, ut ipsas suspectas ac nostras et alias suas literas, quas te retinuisse tunc et eas etiam nunc tenere ait, cum toto processu vestri iudicii absque omni gravamine prefati exponentis ipsi exponenti ad nos perferendas sub sigillo dare debeas. Nos deinde, prout temporis ratio tulerit, designaturi sumus eisdem partibus tempus ac diem et locum, ubi in causa ipsa iudicium accepturi comparere debeant. Secus nulla ratione feceris. Datum in Nova Civitate nostra Austrie, die decima octava Octobris. Anno Domini milesimo quingentesimo quadragesimo.

Ferdinandus.

Jauriensis.

Fogalmazat. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1540.*

Közli: Bunyitay Vincze.

507.

Szentendre, 1540 október 21.

Parancs a vizsegrádi kapitánynak és tábori főélelmezőnek, hogy az ottani ferenczrendüeknek azon károk pótlásául, miket klastromuknak a tábor katonái okoztak, két hordó bort, azonfelül pedig bizonyos számú szárított halat adjon.

Capitaneo et magistro commeatuum in Visegrado. Egregij, Amici, Dilecti. Donavimus venerabili patri guardiano Monasterij beate Marie Virginis, Ordinis minorum Fratrum in Vissegrado in recompensam damni illi monasterio per milites nostros, dum ibidem castra metati fuimus illati duo vasa vini ex illo vasorum numero, que ratione decime necnon muneris per cives oppidi Maros ad castellum vestre cure commissum prestanda atque consignanda sunt, vos ob id benigne requirentes, ut cum a civibus predictis eam decime medietatem vel viginti sex illa vasa per eos honorarij nomine pendenda collegeritis, prefato guardiano duo ex eisdem vasis consignare, necnon exnunc aliquem certum numerum piscium passorum seu aridorum eidem ex eo acervo, quem in castello habetis pro eius victu ac sustentatione tradere velitis. Que sic per

vos in dictum usum erogata in computo per vos reddendo pro rite et legitime expensis poni et deduci curabimus; vobis insuper iniungentes, quatenus prefatum monasterium ac fratres in eodem habitantes ab omni tam militum, quam quorumvis aliorum iniuria ac violentia defendere et in vestra tutela conservare manutenereque velitis et curetis, Regie Maiestatis in eo expressam executuri voluntatem, nobis autem rem plurimum gratam facturi.

Insuper exposuit nobis etiam iudex predicti oppidi Maros, se nonnullos saccos cum farina in castellum prefatum, priusquam illud expugnassemus, depositio [!] nomine, ut illud a militum depredatione tutum conservaretur, intulisse ac ibidem reliquisse. Ne itaque in eo prefatus iudex damnum patiatur, vobis pariter committimus, ut illi ex commeatibus ibidem repertis aliquot saccos pro eius contentatione eidem tradere velitis, quod pari modo in computis vestris pro rite expositis deduci curabo. Datum S. Andree 21 Octobris 1540.

Exp[edite].

Fogalmazat egy félív papir két oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár : Hung. 1540. Oct. 93.*

Közli : BUNYITAY VINCZE.

508.

Bécs-Ujhely, 1540 október 24.

Ferdinánd király Frangepán Györgyhöz és társaihoz intézett válaszában arról értesíti őket, hogy a ferenczrendűek zengi klastromát az ország és a város biztonságáért kellett leromboltatnia.

Ferdinandus... Magnifici, Fideles, Dilecti. Accepimus literas vestras, quibus satis indigne molesteque vos ferre demonstratis, monasterium scilicet sive claustrum Divi Francisci, quod extra civitatem nostram Segniensem constructum erat, superioribus mensibus solo equatum fuisse. Ne autem existimetis id temeritate quadam seu levem ob causam actum esse, vos latere nolumus, nempe quod nos prehabita matura et diligenti informatione de situ iam dicti cenobij ac multorum fidedigna constantique relatione edocti, quam periculosum prefate civitati Segniensi foret, permittere hoc tempore, quo nihil a continuis Turcarum infestationibus presertim istis in locis tutum esse videatur, memorati claustri structuram in suo robore manere, ex qua veluti ex oportunissimo propugnaculo receptaculoque, si, quod Deus avertat, Segnia a Christiani nominis hostibus obsideri contingeret, civitas ipsa vexari et ad deditionem

cogi posset. Et ob id volentes tum precavere pericula eripereque Turcis eiusmodi loci oportunitatem, quominus ad obsidendam Segniam animum adiicerent, tum etiam fidelium Regnicolarum nostrorum vestrumque omnium securitati consulere, de consilio eorum, qui civitati Segniensi nihil non timoris periculique ex prenominato claustro expectandum fore ardentibus rationibus ostendisse visi sunt, illud ipsum monasterium dirui demolirique iam tandem mandavimus, idque non aliam ob causam, nisi ut iam premissum est. Quare cum pro bono et securitate non solum civitatis Segniensis sed finitimorum etiam locorum et consequenter Christianitatis ita actum esse constet, vos omnes et singulos clementer requirimus et commonemus, ut id quod ex usu commodoque vestro sic fieri debuit propter evitanda nimirum graviora pericula, equiori animo feratis, presertim cum capellam Sancti Spiritus intra muros civitatis nostre Segnie sitam loco destructi claustri per capitaneum nostrum devotis fratribus Franciscanis assignatam, nos quoque datis desuper literis nostris confirmaverimus, ubi aliud monasterium reedificare religionique et cultui divino quiete attendere possint. Id quod vobis ad literas vestras gratiose significandum duximus. Datum in nostra Civitate Nova die vigesima quarta mensis Octobris anno Domini MDXl. Regnorum nostrorum Romani decimo, aliorum vero decimo quarto.

Exp[edite].

Ferdinand.

B. Bienger D.
Vizecantzler.

Kívül: Magnificis Georgio de Frangepanibus comiti Zluny. Stephano Ursino comiti Blagay. Wolfgango de Frangepanibus comiti Modrussie, Nicolao de Frangepanibus Comiti Trsath, fidelibus nobis dilectis.

A király már aláírta, de javítás történt rajta s így fogalmazat maradt egy ív papir két első oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1540. Oct. 97.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

509.

Boroszló, 1540 október 24.

«Joannes Saltzer» értesíti a selmeczbányai tanácsot, hogy azon három év alatt, míg Boroszlóban tanult, mesterének, Winckler Andrásnak házában kapott élelmet és lakást, ennek tartozik 39 forinttal. Kéri, hogy ezt fizessék ki Wincklernek. Moiban Ambrus (scholarum Vratislaviensium praeses) buzdítására szeretne még Wittembergbe menni két évre. Kéri a tanácsot, adjon neki erre költséget; ez másoknak 50—60 aranyba kerül évenkint; neki még kevesebb is elég lesz.

Joannes Saltzer, Wratislaviae sub magisterio Andreae Winckler iam tribus annis studiis vacans, rogat senatum Schemniciensem, ut 39 florenos pro alimento et habitatione Andreae Winckler debitos solvat. Hortatu Ambrosii Moibani, praesidis scholarum Wratislaviensis optaret etiam Wittenbergam adire ibique duobus annis studere. Petit necessarios hunc in finem sumptus. Aliis circiter 50—50 aureis sunt necessarii annue, sed illi pauciores sufficiunt.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. XVI. század. Vallási tárgyú levelezések.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

510.

Bécs Ujhely, 1540 október 25.

Ferdinánd király Pelsőczi Bebek Ferenczet, mivel hűségére visszatért, kegyeibe visszafogadja, javait és életét, valamint szolgáinak is életüket és javaikat biztosítja és igéri, hogy a multakért őket semmi felelősségre vonni nem fogja.

Nos Ferdinandus... fatemur et recognoscimus tenore presentium, quod quia Magnificus Franciscus Bebek de Pelsewcz ad Maiestatis nostre servitia, fidelitatem et obedientiam ultro redijt, nos ideo tam persone sue proprie quam etiam bonis suis universis ac etiam servitoribus suis quibuslibet ad nostram fidelitatem revertentibus ac ipsorum bonis et capitibus universis gratiam perbenigne facientes, ita quod deinceps nec palam nec occulte de ipsorum factis seu excessibus preteritis unquam recordabimur, eidem et heredibus ac posteritatibus suis universis omnium bonorum castrorum et possessionum donationes, quas ille de annis supra millesimum quingentesimum trigesimo quarto et quinto iuxta binas literas nostras superinde emanatas fecimus, authoritate nostra Regia confirmavimus atque adeo ea ipsa bona omnia de novo donavimus, nec non oppida Rosnobanya et Rudabanya ex manibus suis heredum atque posteritatum suarum non prius quam quingentis jobagionibus seu colonis a nobis fuerint redempta, excipi permittere promisimus, imo donamus et in verbo nostro Regio promittimus,

salvo iure alieno. Harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in nostra Civitate Nova Austrie die XV mensis Octobris anno Domini M.D.xl. Regnorum nostrorum Romani decimo aliorum vero decimo quarto.

Ferdinandus. Ad mandatum Sacre Regie Maiestatis
B. Bienger D. proprium
Vicecantzler. *Ad. Carolus scripsit.*

Nyilt levél papiron, a javítások miatt újra iratott, bár a király aláírása már rajta volt. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1540. Oct. 73.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

511.

Bécs, 1540 november 2.

Morone nunczius Farnese kardinálisnak.

— — — — — — — — — — — — — — —

Alli 28 del passato hebbi le lettere di V. Rma et Illma S. de 5 et de 7 del medesimo, nelle quali con tanta instantia mi comenda et carica, ch'io vada a Vormatia. Queste lettere furno ritenute in Roma sin'alli 14 dal protonotario Sanchiez, qual non essendo contento del dittato delli brevi alli vescovi de Ungaria sperando mutatione, intratenne la posta, di che io ne ho visto soe lettere.

— — — — — — — — — — — — — — —

Soa Maestà ringratia assai N. S. et V. S. Rma... delle bolle delli vescoati d'Ungaria, per le quali S. M. ha voluto espedir un messo a posta al Rorario, acciò siano portate qui con diligentia in mano del mio secretario Monsig. Alessandro Confallonero, qual essendo persona fidata le darà secondo l'ordine di V. Rma S...

Delli brevi per gli prelati d'Ungaria è rincresciuto a S. M., ch'a Roma sia stata tanta difficultà, et dice, che l'agente suo ha fatto più della commissione, perchè non dovea far molta instantia di cosa, della qual non usarà, tanto più ch'el proemio et molte altre parti d'essi brevi non gli piaceno. Ho escusato N. S. et ditto, che S. Sant. per la molta affetione, qual porta a S. M., non ostante le molte conditioni scritte dall'agente suo ha però voluto espediali in tal forma, che S. M. se ne potea servir; non mi fece altra replica.

Feci doppoi l'escusatione del negato subsidio per Ungaria con quelle ragioni, quale V. S. Rma mi scrive, dicendo ch'el pontificato estenuato non potea patir tanta gravezza di spese dal Turco, da Lutherani et da molte altre particularità del stato proprio; ma cessando il pericolo del Turco et de Lutherani S. Sant. havrebbe non

solo seguitato, ma avanzato gli predecessori soi per la conservatione del regno d'Ungaria S. M. mi rispose: Ego non possum neque volo cogere Sanctitatem Suam, quam semper observabo, tamen spero, quod faciet id, quod nunc aut noluit aut non potuit facere, neque patietur nos, qui semper laboramus pro religione christiana, et regnum Hungariae accipere tantum detrimentum.

— — — — — — — — — — — — — — —

Da Vienna alli 2 de Novembre 1540.

Dittrich, Nuntiaturberichte Giovanni Morone's stb. 228—230. l.

512.

Bécs-Ujhely, 1540 november 6.

Ferdinánd király kéri III. Pál pápát, hogy Várday esztergomi érseket kardinálissá emelje.

Beatissimo in Christo Patri et Domino, Dno Paulo III. divina providentia Sacrosanctae Romanae ac Universalis Ecclesiae Summo Pontifici, Domino nostro Reverendissimo.

Beatissime in Christo Pater et Domine, Dne Rme. Post humilem commendationem filialis observantiae nostrae continuum incrementum. Quemadmodum et antea a Sanctitate Vestra magnopere contendimus, uti rev. Paulum de Warda archiepiscopum Strigoniensem, regni nostri Hungariae primatem ac Sanctitatis Vestrae istiusque Sedis Apostolicae observantissimum, rogatu nostro in collegium Cardinalium cooptare dignaretur, ita etiam nunc pluribus de causis adducti Beatitudinem Vestram impense rogamus, velit iam tandem votis nostris benigne respondere, dictumque archiepiscopum Strigoniensem vel nostri causa, vel propter illius ecclesiaeque suae merita cardinalem facere, sicque plane ostendere, ut hasce litteras nostras ad rem istam impetrandam idem archiepiscopus magnum pondus habuisse re ipsa sentire queat. Id quod de Sanctitate Vestra singulari diligentia promereri studebimus: Cui nos reverenter et devote commendamus. Datum in Civitate nostra Nova Austriae die VI. mensis Novembris Anno Domini MDXL., Regnorum nostrorum Romani X., aliorum vero XIIII.

E(iusdem) S(anctitatis) V(estrae)

Humilis et obsequens filius
Ferdinandus.
Ad. Carolus.

Theiner, Vetera monum. Slavorum merid. I. 649.

513.

Ó-Buda melletti tábor, 1540 november 10.

Felhívás a pécsi káptalan tagjaihoz, hogy a Nándorfehérvárról egyházuk és az egész püspöki megye kirablására készülő törökök ellen önerejükből s a vidék segítségével védekezzenek, igérvén, hogy a legközelebbi tavaszon a római császár és a római király hozzájárulásával a szükséghez képest katonákat vagy hadiszert fognak kapni.

Capitulo Quinqueecclesiensi. In simili civibus. Reverendi, Venerabiles et Honorabiles Domini Amici plurimum honorandi. Salutem et obsequiorum amicabilium commendationem. Non sine magna animi nostri perturbatione nonnullorum fidedignorum hominum exploratione cognovimus Turcas Nandoralbe existentes sceleratorum aliquorum hominum persuasione inductos in ecclesiam vestram totumque episcopatum Quinqueecclesiensem excursionem irruptionemque facere illudque ipsorum tyrannidi sive violenta manu sive blanditijs subiugare plane statuisse. In quo eorum pravo perniciosoque instituto, cum nedum capitis viteque Dominationum Vestrarum extremum exitium, id quod pro nostra tum in omnes Christifideles, tum vero maxime Dominationes Vestras benevolentia atque favore, quo easdem, ut Regni huius haud obscura sed preclara potius membra, singulari prosequimur, maximo nobis dolori exacerbationique futurum esset, agitetur, sed et in eo totius Reipublice Christiane adeoque innumerarum Christifidelium animarum periculum et discrimen irrecuperabile versetur, haud merito sane pro earundem defensione protectioneque omnes Sac. Regie Maiestatis, domini vestri clementissimi vires promptissimo libentissimoque animo pro debito nostro in Rempublicam Christianam animo adhibere intendereque optassemus ac constituissemus, nisi iniquo sane impioque ac religioso homine indigno bello contra omnes leges contraque ius gentium ac iura huius celeberrimi Regni federaque publica in eius Regni capite detineremur ac ita quidem coarctaremur, ut nedum cum uno hoste, perturbatoribus scilicet pacis publice ac inimicis concordie huius Regni nobis agendum dimicandumque sit, verum etiam is ipse, cuius Dominationes Vestras commonefacimus, Turcorum incursus atque oppressio nos moveat sollicitosque teneat, ac ob id hoc presertim tempore hyberno tam incommodo ac importuno eisdem suppetias, quas libenter certe vellemus, ferre nequeamus. Easdem itaque Dominationes Vestras omni quo possumus studio ac benevolentia hortandas rogandas ac obsecrandas et ob-

testandas duximus, quatenus sua primum ipsius salute ac post non minus patrie ipsorum, Regni huius statu iam antea in se plus quam satis lacero scissoque, ut taceam totius Christianitatis malo inde dependenti, considerato, exempla vobis non externa, sed intranea potius ac in Regno hoc sepius nunc cum magna eiusdem ruina et desolatione visa declarataque ob oculos ponere ijsdemque bene perpensis et consideratis animos earundem ad defensionem, potius vindicationem (adhibitis provincialium regnicolarumque sibi vicinorum auxilijs, quibus pariter hanc ipsam in formam scribimus) sue ipsius libertatis per tot iam annos tanta huius Regni fidelium ac ceterorum etiam tam Germanorum quam aliarum nationum sudore, labore ac sanguinis perfusione in hunc usque diem a tanta crudelissimorum hostium subiugatione extinctioneque obtenta viriliterque defensa omnia convertere impijsque eorundem machinationibus obstrepere potius, quam colla sua patriamque totam inhumanis hostium illorum iugis ac servituti subijcere instituant velintque. Quod et Dominationes Vestras Reverendas pro debito pietatis sue tam in religionem quam patriam et amicos propinquosque suos certo ac omnino quidem facturas confidimus. Ita hoc earundem officium ac pios conatus, rei id necessitate expostulante, ad ver proxime futurum condigno aliquo memorabilique seu militum seu munitionis subsidio juvandum promovendumque tam Sacre Cesaree quam Romanorum Regie Maiestatis Domini Vestri Clementissimi ope ac adminiculo omnino curabimus studebimusque. His nos eisdem dominationibus vestris reverendis plurimum ex animo offerentes. Datum ex castris regijs ad Budam Veterem positis, die 10 mensis Novembris 1540.

Exp[edite].

Fogalmazat egy ív papir három oldalán, a sok javítástól nehezen olvasható. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1540. Nov. 35.*

Közli: Bunyitay Vincze.

514.

Bécs-Ujhely, 1540 november 23.

Ferdinánd király köszönetet mond Rorario nuncziusnak irányában tanusított szolgálatkészségéért s egy vagy több magyarországi apátság terhére 2—300 magyar arany évi járadékot engedélyez számára.

Dno Hieronymo Rorario. Ferdinandus etc. Honorabilis devote nobis dilecte. Redditae sunt nobis litterae Devotionis tuae, quas

per Nuncium proprium unacum bullis Apostolicis ad nos dedit, ex quibus satis perspeximus illius fidem et animi erga nos resque nostras bene gerendas affectionem, propensumque inprimis studium satisfaciendi ea in re desiderio et voluntati nostrae. Id quod nos a Devotione tua plane clementi animo suscipimus, neque eidem defuturi sumus nostra protectione, ne quicquam oppressionis propterea patiatur a quoquam. Quo vero Devotio tua nostrae erga se clementiae testimonium habeat, annuimus facere eidem reservationem annuae pensionis a ducentis usque ad trecentos ducatos Hungaricales super una vel pluribus abbatiis et illarum fructibus in regno nostro Hungariae positis; super qua reservatione, rebus nostris in dicto regno paulo iam pacatioribus redditis, litteras necessarias expedire iubebimus: ita ut Devotio tua eiusmodi pensione pro suis de nobis benemeritis, vita eius durante, frui atque gaudere, et in eo, quo erga nos esse testatur, deditissimo animo constanter perseverare queat, sicut Devotionem tuam facturam minime dubitamus, cui haec ad litteras suas clementer respondendum et significandum duximus. Datum in Civitate nova die XXIII. Novembris 1540.

Theiner, Vetera monum. Slavorum merid. I. 650.

515.

Bécs-Ujhely, 1540 november 24.

Ferdinánd király a szentgotthárdi apátság kegyuraságát Thurzó Eleknek és Salm Miklós grófnak adja.

Anno 1540 in Nova Civitate Austriae, die vigesima quarta Novembris datae sunt litterae, manu regia subscriptae, quibus mediantibus sua Maiestas consideratis fidelibus servitiis spectabilis ac magnifici comitis Alexii Thurzo, locumtenentis suae Maiestatis, iuspatronatus abbatiae ecclesiae S. Gotthardi in Comitatu Castriferrei existentis fundatae, generosae magnificae Dominae Magdalenae Zekel de Ormosd, coniugi ac puellis Annae et Elizabeth, filiabus predicti Comitis Alexii Thurzo, ipsarumque haeredibus et posteritatibus universis utriusque sexus, pro dimidia parte, similiter autem consideratis fidelibus servitiis generosi et magnifici Nicolai comitis a Salm, consiliarii ac supremi cubicularii suae Maiestatis, generosae Dominae Margarethae, filiae olim magnifici Thomae Zeechy de Felsew-Lyndwa ex praedicta domina Magdalena susceptae, ipsius

Nicolai coniugi, eiusdemque haeredibus ac posteris utriusque sexus universis pro eadem dimidia parte dedit et contulit, tali conditione, ut praedictae dominae ac puellae, ipsarumque haeredes universi curent, ne cultus et officia divina per abbatem aliasque personas ecclesiasticas in praedicta ecclesia negligantur, nec bona ad alios usus, quam ecclesiae utilitatem ac necessitatem convertantur, cassans insuper et annihilans sua Maiestas universas causas et passus iuridicos, qui contra magnificum quondam Stephanum Zeechy aut praedictam dominam Magdalenam nomine suae Maiestatis moti fuissent, aut propter praeteritam possessionem Abbatiae vel proventuum perceptionem in futurum suscitarentur. Litteras etiam causales, adiudicatorias et alias quascunque in huiusmodi processibus emanatas prorsus inutiles ac viribus destitutas reddit et pronunciat harum vigore litterarum.

Stephani Kaprinai Collectaneorum Msc. B. Tomulus XXVIII. 114—115. l.

516.

Sárvár, 1540 deczember 4.

Sylveszter János Nádasdy Tamásnak jelenti, hogy az Újszövetség nyomtatásával nemsokára kész lesz. Abádi Benedekkel egyenetlenkedik.

Magnifice domine mihi plurimum observande. Servitiorum meorum perpetuam commendationem. Novum Testamentum brevi optatum sortietur finem. Propterea Dominatio Vestra Magnifica gerat curam de privilegio coram regia Majestate, ne laborem nostrum alii suffurentur, ut solent typographorum plerique. Cui praeterea Dominatio Vestra Magnifica velit dedicari? hac quoque de re statuat et nobis scribat, maxime si diu Eadem a nobis abfutura est. Benedicto mandet, ut in his, quae eadem Dominatio Vestra Magnifica instituit imprimenda, nobis auscultet. Insolentior nam est factus praetereaque malum nactus et socium, Michaelem scilicet perditum adolescentem. Claudicare discit, ut in proverbio est, qui cum claudo habitat. Si hic posset avelli ab illo, nobiscum ille optime conveniret. Cetera, quae scribenda erant, prudens volensque omitto. Ex Sarvar sabbato ante Nicolai Anno 1540.

Servitor

Joannes Sylvester.

Czím: Magnifico domino Thomae a Nadasd Thavernicorum regalium Magistro, ac Comiti Comitatus Castriferrei etc. domino et patrono observandissimo fideliter.

Eredetije félív papiroson 2-rét, a melyből azonban elvágtak. Zárlatán papirossal borított zöldviaszba nyomott pecséttel, amely Hygieiát ábrázol. Az Országos Levéltár kincstári osztályában. (A Nádasdy-levelek G csomójában.) Közölte *Szilády* Áron: Irodalomtörténeti Közlemények III. évf. 90.

517.

Bécs-Ujhely, 1540 deczember 15.

Ferdinánd király parancsa, hogy a Remetén lakó pálosrendűeknek azt a 190 magyar forintot, melyet nekik néhai Wgrinovich Simon hagyományozott, adják meg.

Ferdinandus etc. Fidelis Dilecte. Demonstrarunt nobis religiosi Fratres Ordinis Sancti Pauli, primi heremite in Monasterio Remethe degentes, devoti nobis dilecti, ante quadriennium legatum illis factum fuisse a quondam Simone Wgrinoich, nempe florenos Hungaricales centum et nonaginta, quas quidem pecunias, quoniam legatarius ipse in manibus tuis, ut ipsi asserunt, deponi fecerit, hac scilicet intentione, ut dictis fratribus per te redderentur, idque te nondum exequutum esse ostendentes, supplicarunt nobis humiliter pro debito iustitie complemento, quorum petitionem (si ita se res habet) iustam et equitati consonam esse censentes, tibi harum tenore firmiter et serio precipientes mandamus, ut sine ulteriori dilatione dictos centum et nonaginta florenos Hungaricales prefatis Fratribus Heremitanis de Remethe restituere debeas, secus minime facturus. Datum in Nova Civitate 15 Decembris 1540.

Ex[pedite].

Fogalmazvány. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1540.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

518.

Győri tábor, 1540 deczember 16.

A császári hadak vezére tudósítja a veszprémi püspököt, hogy püspöksége védelméről már csak néhai nagybátyja, az egri püspök emlékéért is szívesen gondoskodnék, de a törökök közeledése miatt most nem teheti; kéri egyszersmind, hogy Török Bálint üzelmeiről őt értesítse.

Vesprimiensi Episcopo. Reverendissime in Christo Presul et Domine Domine Colende, salutem et propensam obsequiorum

commendationem. Ex literis Vestre Dominationis Reverendissime XI huius Decembris ad me scriptis cognovi, que Eadem et de beneficiis per reverendissimum quondam dominum Cardinalem Tridentinum in se collatis non sine ingenti, ut video, animi gratitudine refert, simul et sua de me concepta spe liberandi scilicet episcopatus sui ab hostium, non minus toti Christiane Reipublice quam serenissimo regi nostro perniciosissimorum, oppressione atque calamitate confidenter explicat. Que sane declaratio sui in prefatum reverendissimum quondam dominum Cardinalem Tridentinum gratissimi ac memoris omnino officiorum animi ut non potuit mihi non esse perquam grata ac iucunda admodum, ita Vestre Dominationi Reverendissime omnino persuasum esse cupio, nihil prius me constitutum vel antea habuisse vel nunc quidem habere, quam ut pro meritis tam reverendissimi quondam domini avunculi sui, episcopi Agriensis, quam suis etiam ipsius in se collatam episcopatus amplitudinem multis nunc malis iniquissimorum hominum labefactatam ac extenuatam in pristinum fastigium statusque decorem restituerem atque ex eorundem potestate vindicarem redimeremque, id quod iam nunc Dei benignitate plane terminari posse sperarem, nisi novus nunc rumor ille, qui ante triduum ad me de Turcorum valida ad has partes expeditione, que nunc pre manibus esse debet fidedigno iudicio, perlatus est, suspensum me iam dubiumque retineret cogeretque ad dies etiam aliquot institutam meam ad Papam expeditionem differre ac Danubii ripe tamdiu immorari, quoad de prefata Turcorum expeditione certus securusque esse queam. Quarum rerum notitia cognitioneque habita, qua celeriori potero commoditate mox illuc me, si id per Turcos liceat, cum exercitu conferam ac Dominationis Vestre Reverendissime aliorumque fidelium sacre regie Maiestatis saluti et liberationi iustissime pro viribus incumbam. Vestram interim Dominationem Reverendissimam plurimum rogans atque adhortans, quatenus per suos familiares eam in rebus per Valentinum Terek suosque complices circa Pape munitionem resistentiamque nobis faciendis, agendis, tractandis, indagandis et investigandis explorationem instituat, quo illius cepta et studia et consilia Vestre Dominationis Reverendissime vigilantia nota mihi fieri et ad me perquam diligentissime perferri queant. Factura in eo Dominatio Vestra Magnifica rem admodum pro rei presentis statu necessariam opportunamque, sibique non minus, quam Regie Maiestati proficuam et accomodam. Cui mea studia officiaque omnia defero utenda fruendaque quam paratissima, illaque de equitum familiariumque suorum in castris intertentione nihil diffidere ac

sollicitam esse volo. Datum ex castris Regiis Jaurini positis. Die XVI mensis Decembris anno MDXL.

Exp[edite].

Fogalmazat. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár Hung. 1540.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

519.

Bécs-Ujhely, 1540 deczember 21.

Ferdinánd király meghagyja Balassa Imrének, hogy Statileónak Erdélybe menetelét akadályozza meg; egyszersmind igéri, hogy János doktornak a szolnoki esperességet fogja adományozni, titkárja számára pedig a püspöknél valami javadalmat kieszközöl.

Emerico Balassa. Ferdinandus etc. Spectabilis et Magnifice.. De Joanne Statilio ex quo iste vacillans, imo potius fidei et iuramenti sui proprio sigillo firmati oblitus non erubescit nostra negotia turbare, nosque admoniti simus, eundem cogitare regnum istud intrare: optamus a vobis omnibus singularem curam adhibere, ut ab ingressu in Transilvaniam penitus prohibeatur et si absque strepitu et tumultuatione fieri possit et ipse intercipiatur et castra sua e manibus officialium suorum eripiantur vel cum ipsis aliquo pacto concordetur, prout antea ad te scripsimus.

De archidiaconatu Colos, quem pro doctore Joanne petiisti, nolumus te latere, quod illum iam dudum filio Joannis Castellanphy dedimus et contulimus; nihilominus pro laboribus et fidelitate ipsius erga nos ei archidiaconatum Zolnock dare promittimus.

Mathie vero Secretario tuo, quem ita fidelem tibi servitorem esse intelligimus, aliam, cum primum per occasionem licebit, gratiam facere popensi sumus, atque ita ei providebimus, ut cum tempore ex voluntate et consensu episcopi aliquod beneficium non contemnendum assequatur... Datum in nostra Civitate Nova Austrie die XXI. Decembris 1540.

Exp[edite].

Fogalmazat egy ív papír három oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1540. Decz. 43.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

520.

Bécs, 1540 deczember 24.

Az egri püspök jelenti a királynak, hogy Szent-István vértanu napján felszentelteti magát; egyszersmind bocsánatot kér rövid távollétéért; végül Horváth Ferenczczel és Serédivel való ügyének elintézését kéri.

Sacratissime Rex... Bona venia Maiestatis V. suscipiam munus consecrationis hic Vienne in festo Divi Stephani Prothomartyris proximo futuri, presertim cum nunc ex ista mutatione aeris satis bene sentio et ob rumores Turcarum ac gravitatem expensarum episcopos et meos Capitulares hic detinere diutius non possim. Maiestati V. tanquam Domino meo clementissimo supplico, velit boni consulere hanc meam brevem absentiam et clementer ignoscere. Preterea dignetur ex sua gratia cum hoc domino Francisco Horwath et domino Seredi in rebus meis finem facere, quia si nunc nihil cum eis transigetur, timendum est, ne minus fiat, cum fuerint extra curiam V. Maiestatis. Me et mea omnia Maiestati V. commendo, tanquam Domino meo, cui Deus concedat hunc novum annum cum multis sequentibus felicissimum. Vienne 24 Decembris 1540.

E. M. V. Sacratissime fidelis servitor et capellanus
Agriensis subscripsit.

Kívül: Sacratissime Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. Regie Maiestati, Domino et Domino meo clementissimo.

Egy ív papir első oldalán, pirosviasz zárópecséttel; egészen az érsek irása. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1540. Decz. 47.* — *U. i. 49. sz. a.* a fentebbiekre Ferdinánd kedvező válasza.

Közli: Bunyitay Vincze.

521.

Bécs-Ujhely, 1540 deczember 28.

Ferdinánd király meghagyja Fels Lénártnak, hogy Bebek Ferenczet, Ráskay Istvánt és Gyarmathi Balassa Zsigmondot és Menyhértet az esztergomi érsekség kezükön levő birtokainak kiadására — ha ezt tenni vonakodnának — erővel is kényszerítse.

Leonardo a Vels. Ferdinandus... Nobilis, Magnifice, Fidelis, Dilecte. Commiseramus superioribus diebus fidelibus nostris magnificis Francisco Bebek, Stephano Raskay ac Sigismundo et Melchiori Balassa de Gyarmath per literas nostras, ut bona fidelis nostri, in

Christo Patris devoti, syncere nobis dilecti, Pauli, archiepiscopi Strigoniensis etc. ac oppidum Paloytha ad prepósituram de Saag pertinens, in comitatibus Gewmeriensi, Newgradiensi et Honthensi existentia et per eos iamdudum occupata eidem archiepiscopo aut hominibus suis libere remitterent, simul et in decimas eorundem comitatuum ipsius Archiepiscopi vel capituli ecclesie sue se posthac nullo modo ingererent, sed potius ex eorum officio et quia nos ab omnibus fidelibus nostris erga ipsum archiepiscopum et alios nostros fideles id mutuo fieri volumus, ipsi Archiepiscopo et hominibus suis in perceptione ipsarum decimarum omni auxilio esse deberent. Hactenus tamen mandata huiusmodi nostra ab illis contempta et pro nihilo habita sunt. Quod nos magnopere egreferentes unicuique ipsorum super his denuo preceptorias literas nostras conscribi iussimus. Licet itaque arbitremur, illos pro fidelitate ipsorum, qua nobis tenentur, secus non facturos, quam nos illis commisimus, tibi tamen serie presentium iniungimus, ut si intellexeris, aliquem ex predictis nostris fidelibus mandatis nostris huiusmodi minus obedientem fore, eum et unumquenque ipsorum ad restitutionem et remissionem bonorum huiusmodi archiepiscopi per omnia remedia cogere et compellere debeas, dempto videlicet oppido Rosnobanya in comitatu Gewmeriensi existente, de quo per nos Francisco Bebek ad tempus inscripto iussimus Archiepiscopum pronunc supersedere, eosdem insuper singillatim admoneas, ne se ulla ratione posthac ad decimas dictorum comitatuum et Thornensis insuper ingerere presumant, sed ubiubi opus fuerit, in exigendis percipiendisque eisdem hominibus ipsius archiepiscopi modis omnibus auxilio esse debeant et teneantur, nostram in eo expressam executurus voluntatem. Datum in Nova Civitate nostra Austrie in festo Beatorum Innocentum, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo.

Exp[edite].

Javított fogalmazat. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hang. 1540.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

522.

1540.

Sopron városában még Rorátét és az Oltáriszentség tiszteletére minden csütörtökön szentmisét mondanak.

«Samstag vor Georgii dem herrn pharer und dem schuelmeister vom Rorate im Advent bei sant Georgen zu singen geben 5 tl.;

von dem ampt Corporis Christi all phinstag durchs Jar bei sant Michael zu singen 3 tl. d. Thuet 8 tl. d.»

Papirosra írt eredetije Sopron város levéltárában.

Közli: BÉKEFI REMIG.

523.

1540.

Henckel János sírirata a boroszlói székesegyházban.

Joannes Henkelius Leutschoviensis
Jurium Doctor Hoc Sub Saxo Conditus Meliorem
Vitam Exspectat. V. Novembris MDXXXIX.
Petrus Prockendorff U. J. D. Canonicus Vratislaviensis
Et Mathias Auctus Decretorum Doctor Venerabili et
Praeclaro Viro D. Joanni Henkelio Decretorum Doctori
Canonico huius Ecclesiae Extructores F. F. Anno 1540.
Imus ab hac vita morientes: nec mora, sic vos
Ibitis, in quibus est nunc vita vigorque manendi:
Ibunt sic omnes, qui posteritate sequentur.

Frankl: Henckel János, Mária királyné udvari papja. 12. l.

524.

Körmöczbánya, 1540 körül.

A körmöczbányai tanító panasza a latin iskola elhanyagolásáról.

Memoriale. Scholam Cremniciensem collabi, non mea, sed dominorum meorum culpa, qui scholam germanicam (si modo ea schola appellanda est et non potius interitus aut calamitas doctrinae coelestis et honestae disciplinae) latinae praeferant. Scholae germanicae pestes sunt (ut apparet) honestarum disciplinarum et corruptelae optimorum optimaeque spei ingeniorum. In iis enim pueris, per se quidem morigeris ac modestis, fenestra aperitur ad nequitiam et qui alioqui viri doctissimi nec non sapientissimi evasuri erant... nunc ibi miserrime depravatis moribus aliorum puerorum, quibus frena laxantur, corrumpuntur. Quod sane diabolo, qui vult honestas disciplinas et organa Christi penitus extincta, res est gratissima. — Schola autem a dominis meis circumspectis mihi tradita (in quas

non Vlenspiegel, ut quidam pro certo affirmarunt, traditur pueris, nec tradetur, dum ego hic ero) quid aliud revera est, nisi procreatrix quedam et seminarium idoneorum episcoporum, pastorum, doctorum, concionatorum, diaconorum et ne dicam, hominum ad rempublicam (ad quas res eos pro mea virili et ingenii tenuitate sedulo et summa diligentia informo) aliquando idoneorum. Sicut ergo ministerium Verbi sanctum est... ita ordo scholasticorum, qui discunt artes utiles... ad explicandam et conservandam doctrinam Evangelii, est genus vitae honorificum divinitus institutum...

Mihi ad festum Galli more solito et honesto instituto veterum... agenda esset comoedia, sed pueri ad istiusmodi exercitia utilissimi confluxerunt in colluviem et sentinam scriptoris germanici. Ille igitur cum suis, mea caussa (!) comoediam Hautontimerumenos agat, dann ich khan mith ochsen nicht hasen jagenn. Erasmus, futurus cantor qui esse debebat, recusat munus. Caussa est, quod optimi quique puerorum, qui sua voce musicam hactenus ornarunt et iuuverunt (!) e schola nostra... evolarunt... Haec scripsi non mea caussa, sed scholae fidei meae commissae.

Kívül: Domino Guglingero (1536—46. körmöczbányai jegyző).

Egykorú másolat Selmeczbánya levéltárában. Fasc. XXIV.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

525.

Bécs-Ujhely, 1541 január 1.

Ferdinánd király az obszerváns ferenczrendűeket oltalmába és pártfogásába veszi.

Ferdinandus... Romanorum, Hungarie, Bohemie etc... Rex... Fidelibus nostris capitaneis ac vicecapitaneis... aliisque quacunque prefectura officioque in regno nostro Hungarie fungentibus, cunctis etiam aliis minoris status et conditionis hominibus, qui cum presentibus nostris litteris requisiti fueritis, salutem et gratiam. Scire vos volumus, quod nos religiosos fratres ordinis Minorum s. Francisci de observantia universos in nostram recepimus tutelam et protectionem. Quamobrem vobis omnibus presentium tenore firmiter committimus, ut ipsos fratres aut aliquem eorum, cuiuscunque claustri sint, nullo impedimento iniuriare, afficere presumatis, quin potius nomine et auctoritate nostra ab aliorum etiam molestatione et offensa defendendos curetis, nostram in eo voluntatem executuri.

Datum in Nova Civitate nostra Austrie prima die mensis Januarii anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo primo.

Ferdinandus mp.

Joannes prepositus in Lelez.

Eredeti, papir, alján a királyi kis pecséttel. — *A ferenczrendűek gyöngyösi levélt.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

526.

Bécs-Ujhely, 1541 január 4.

Gonfallonero Sándor pápai követ jelentéséből.

— — — — — — — — — — — — — — —

Intendo che Terech Valente fa ricercar a questa Maestà il vescouato de Cinque Chiese per vn suo figliolo.

Óváry L. III. Pál pápa és Farnese bíbornok diplom. levelezései. 125. l.

527.

Bécs-Ujhely, 1541 január 14.

Ferdinánd király Szarvaskő várának az egri püspökség részére leendő visszaváltása iránt intézkedik.

Nos Ferdinandus etc. Recognoscimus per praesentes, quod nos spectantes fidelia servitia egregii Francisci Horwath arcis Zarwaskew praefecti, quae idem nobis hoc fluctuante regni statu semper sedulo bonaque fide exhibuit et impendit, volentes ergo de omnibus tam servitiis salariisque et aliis debitis eundem contentum reddere, arcemque Zarwaskew, quam a Rndo quondam Dno Thoma ecclesiae Agriensis Eppo, Cancellario nostro pro servitiis suis in summa sedecim millium florenorum sibi obligatam fuisse ait, a manibus eiusdem eliberare, ipsique ecclesiae Agriensi et eius praelato rmo domino Francisco de Frangipanibus nostro fideli dilecto restituere, eidem Francisco Horwath pro praescripta summa sedecim millium florenorum illos ducentos colonos Cumanorum, quos per haec superiora tempora Stephanus et Blasius Swlyok nostri rebelles habuerunt, inscripsimus et obligavimus tali conditione: ut cumprimum nos praescriptos ducentos Cumanorum colonos in potestatem et possessionem eiusdem Francisci tradiderimus, et deinde bona etiam uxoris suae, quae apud manus magnificorum Bebek et Raskai habentur, eidem eliberare poterimus, idem Franciscus arcem

ipsam Zarwaskew citra omnem renitentiam difficultatemque praefato dno eppo Francisco cedere, manusque suas hominumque suorum ex ea excipere debebit. Deputamus etiam ipsi Francisco Horwath ex proventibus taxarum nostrarum comitatus Hevesiensis in solutionem praescriptae summae sedecim millium florenorum singulis annis usque dum totalis summa explebitur singulos mille florenos, quos etiam ipse dnus eppus, tanquam supremus comes, ex ipso comitatu Hevesiensi quotannis ante omnes alios (si forte quibus in eo Comitatu deputationes per nos factae fuissent) eidem Francisco solvere debebit; ita ut cumprimum ipsa summa sedecim millium florenorum explebitur, aut alia bona ad rationem eius pecuniae ei donaverimus, vel parata in pecunia ipsa bona et colonos Cumanos ab ipso Francisco redimere voluerimus, extunc idem colonos ipsos Cumanos citra omnem moram exceptionemque nobis remittere teneatur. Casu autem quo antequam ipsa summa sedecim florenorum expleretur, praefatum dnum eppum e vita decedere contingeret, tum solutio praedictorum mille florenorum annuatim solvendorum in nos, vel nobis etiam decedentibus, in filios et successores nostros reges Hungariae deventa redactaque esse censeatur. Aut si ipsum etiam Franciscum Horwath intra id tempus emigrare e vita contingat, tunc nos, vel successores nostri ipsam solutionem annualem, usque dum tota summa praedictorum sedecim mille florenorum complebitur, filiis et haeredibus, ac fratribus ipsius Francisci solvere et continuare teneantur. Immo inscribimus et obligamus assecurantes ipsum Franciscum, quod eundem in bonis ipsis citra quosvis legitimos impetitores defendemus ac manu tenebimus. Harum nostrarum vigore et testimonio litterarum. Datum in nova Civitate nostra Austriae, die decima quarta Januarii Anno Domini 1541.

Steph. Kaprinai Collectaneorum Msc. B. Tom. XXVIII. 115—116. l.

528.

Bécs, 1541 január 15.

Tranquillus emlékezteti Ferdinánd királyt, hogy Erdélyben frater Donatus elhalálozásával egy főesperesség üresedésbe jött, és így elhelyezéséről gondoskodhatik.

Sacratissime Rex et Domine Domine Clementissime, post humilem servitiorum commendationem meorum. Audio nunc vacare unum archidiaconatum in Transsilvania per mortem Fratris Donati.

Hoc volui tantum revocare in memoriam V. S. R. M. ut sciat, ubi mihi providere posset. Opto succedere omnia feliciter V. S. R. M. Vienne 15 Januarii 1541.

V. S. R. M. servus

Tranquillus.[1]

Kívül: Sacre Regie Maiestati Romanorum, Hungarie, Bohemie Regi etc. Domino meo clementissimo.

Egy félív papir egyik oldalán, czímeres zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1541. Jänner. 26. — U. o. 27.* megvan Frangepán F. egri püspök levele is Ferdinándhoz, ugyancsak Bécsből 1541 jan. 16-áról, melyben ajánlja Tranquillust, «qui iudicio meo potest Maiestati V. S. in multis servire... et preterea orationem quandam composuit opportunam admodum in rebus Ratisbone pertractandis, quam mihi ostendit...»

Közli: BUNYITAY VINCZE.

529.

Eperjes, 1541 január 18.

Werner György nagysárosi kapitány Réwai Ferenczhez.

Az 50 forintot megkapta és Dévay kezéhez fogja juttatni. Azután így ír: «Redditae mihi sunt a nostro Dewai litterae, quibus significat se aliquid vini (Szikszóról) ad liberos Magnificentiae Vestrae dono mittere, quod nondum vidi. Stephanus (Gálszécsi ?) in Zantho diem suum obiit. Putat Dewai eum monachali arte esse extinctum».

Töredékesen közölve *Frankl,* Réwai F. fiainak iskoláztatása. 24. l.

530.

Beszterczebánya, 1541 január 22.

Beszterczebánya város Bártfa városának. — Ismételve kijelentik, hogy Bertalan prédikátorukat nem eresztik. Ne is hozzák elő többé az ügyet.

Ersam, Nambhaft, Weis, sonder gunstig Herrnn freundt vnnd libe Nachparen. Nach vnserm gruss vnd williger freundtlicher dinst erbietung. Haben wir E. H. schreiben vnnsers predigers, herrnn Barthlmenn halben an vnns gethan, emphangen, vnd noch lengst vernumben. Vnd gebenn hierauff E. H. allen euren anzogen beschwerungen Eur (sic) Stat volkhumen glauben. Wolten auch den selben gannz gern vnnd willig verholffen sein, wo es an vnsern, auch aÿner ganzenn Gemain alhie nachtaill vnnd schaden beschehen khundt;

[1] Tranquillus Andronicus Ferdinánd király egyik titkára volt.

aber wir haben noch auff dise stundt, wie wir vormallen E. e. W. schrifftlich vnnd in vnnserm schreiben anzaigt, weder pfarrer, noch annder mehthier (sic) zue teuglich personen; allain disen ainigen armen man bei vnnser Kirchen wie sollen wir dan den E. W. volgen lassen, dweil wir noch mehr darzue bedurffen. Was durffen auch E. H. die aussred mit den verelichten (verehelichten helyett) priestern, so doch nit wider das wort gottes ist suchen. Wir haben mit E. H. ain Khunig, ainen Bischoff vnnd annder cristlich oberkhaitten, vnd sizen den selben gar vndernn angesicht, vnnd sein darzue teglich in vnnserm mittl. Wir habenn des auch von Inen gar khain verwilligung solliche weibler vnnd priester zue furdern, sonnder sehen den lauttern, klaren bevelch gottes an, dem wir sovil menschlich muglich nachkumen vnd vnns nach seiner gnaden conformieren. Vnnd thuen nicht weniger derselben gedachten oberkhait, was Ir Recht vnnd pilliche vorderung sein, doch Got mehr in diesem faall vor augen dan sy habent vnnd an gesehen. Wie wir dem E. e. W. in vnnserrn bemelten vorig schreiben all vnnser maÿnung weitleuffiger zuversteen geben, vnnd derhalben an E. n. H. vnnser gar frondtlich vnnd in chrislicher bruderlicher lieb vnnd frondtschafft vermanen vnnd bitten: wellen sich nit weitter dieses guetten mans halben alhieherr gegen vnns bemuen, vnd denen von vnns abzuvorden, oder zue E. H. dorthin zuuocieren vnndersteen, dan vns E. H. begeren hierin stat zuegeben, nit muglich, vill weniger dem guetten man E. H. berueff nachzuekhumen in ansehung vnnser hohen vnd mermallen anzaigten nodt gepurlich vnnd stathafft; den E. H. mue, vncosten vnd arbeit sein in diesem faal gannz vergeblich, darfur wir E. H. gern warnnen wolten, auch hiemit treulich gewarnet haben wellen. Warinnen wir aber sonnst E. n. H. alles vnseres vermugens dienen vnd frondtlichen willen erzeigen khunen sein wir gannzs (sic) vrputigs (sic) vnd genaigts gemuets. Das wolten wir E. N. H. zue fronndtlicher andtwurt sich haben darnach zuerichten anzaigt vnd vnns darneben derselben beuolhen haben. Geben im Neuennsoll, den 22 Januar des 1541 Jars. Richter vnd Rat der Stat Neuennsoll.

Kívül: Den Namhafften Ersamen vnnd Weisen Herrnn Richter vnnd Rat der Stat Bartpha vnnsern sondern Herrnn, gunstigen vnd lieben frondten.

Egy ív papirosnak három oldalán veres viasz zárópecséttel. — *Bártfa város levéltára.*

A fent említett beszterczebányai pap, mint egy másik, 1540 szept. 29-én kelt levélből kitetszik: *Franckh Bertalan.* — U. o. — Egy másik, 1540 júl. 19-én kelt levélben pedig: «Bartlomen Franzikh», de ő magát 1541 január 23-iki levelében «Franck»-nak írja. U. o.

Közli: BUNYITAY VINCZE.

531.

Sárvár, 1541 január 26.

Sylvester János Nádasdy Tamásnak.

Magnifice domine patrone, mihi plurimum observande. Servitium et mei ipsius commendationem. Misi unum exemplar Novi Testamenti Vestrae Magnificae Dominationi per puerum Koczy, missurus eram et plura, sed egre impetravi a puero, ut he (így) quoque unum ferret. Quod velim eadem curet exhiberi per aliquos suorum illis quibus inscriptae sunt ac munus hoc verbis ornari. Quae voluit Magnifica Dominatio Vestra, ut omitterem in epistola nuncupatoria, omisi, nec sane copiosior in hac parte laudum vestrarum fuissem, nisi Sarckan ipse tale quiddam mihi in aurem susurrasset Vestram Magnificentiam a me exigere tum, cum una cum illo consultaremus, cui opus dedicandum esset. Quamquam nossem hominis mores, tamen non putabam illum in re tam seria ludere. Veniebat enim mihi tum quoque in mentem, nos in vivorum laudibus parciores esse debere. Non tamen Vestra Magnifica Dominatio sua fraudatur laude et justa et debita ob hoc ipsum. Nemo enim meretur laudem, nisi qui illam spreverit. Virtutes enim vestras ultro laus sequetur debita. Et nos vestras laudes alio reservamus operi. Decorum in omni scripti genere maxime observandum est. Nihil autem difficilius quam in omnibus rebus perspicere quid deceat, quid non. Fabius Quintilianus optimus instituendae juventutis magister vitio vertit et Ciceroni, alioquin oratorum omnium discretissimo, quod decorum in suis laudibus recensendis non semper servaverit. Scripsi et principibus de his, quibus Vestra Magnifica Dominatio mandavit, quod ita demum ratum erit, si studium hac in re ejusdem intercessit. Ex Sárvár feria quarta post Pauli apostoli 1541.

Servitor

Joannes Sylvester.

Czím: Magnifico Domino Thomae a Nadasd, Tavernicorum Regalium Magistro etc. domino et patrono plurime observando.

Eredetije félív 2-rét, az alja levágva. Zárlatán zöldviaszba nyomott pecsét nyoma. Található az Országos Levéltár kincstári osztályában. — Közölte *Szilády Á.* Irodalomtört. Közlemények III. évf. 91—92. ll.

532.

1541 január.

Sylvester János Nádasdy Tamásnak.

Novi Testamenti totius extremam tandem imposuimus manum, quod precamur Vestra Dominatio Magnifica grato suscipere velit animo et obviis, quod ajunt, manibus. Ostentant alii Vestrae Magnificae Dominationi fossas, stabula, piscinas in ejusdem felicissimo reditu et id genus alia, nos his omnibus opus longe praeclarius. Nam illa post Magnificam Dominationem Vestram et legitimos ejusdem successores alium atque alium sortientur dominum, hoc nunquam Vestrae Magnificae Dominationis desinet esse, cum semel ceperit. Ob hoc enim eidem gloria, laus et aeternitas debetur, autorve extitit tam sacrosancti operis apud suam gentem. Nos nonnisi indignos agnoscimus ministros. Insultabant nobis reliquae nationes ante aliquot annos, quod cum et Mosci suum haberent in sua lingua evangelium, Hungari non haberent. Tantum autem abest ut de cetero nobis nationes Christianae insultent ob hoc ipsum ut etiam invideantur ob linguae scilicet praestantiam, quam ne imitari quidem possunt. Quis enim exterarum nationum non admiretur posse aliquem in lingua Hungarica versus omnis generis scribere post Graecam et Romanam? Quis credat de tropis, ponderibus, mensuris in hac ipsa lingua quemcunque quodcunque tradere? Nemo sane. Adjecimus Evangeliorum summaria versibus conscripta, qui tum demum habebunt gratiam, cum quis illos ad lyram canat aut saltem moduletur, habent enim jucundissimam harmoniam. Quam vellem et pueri et virgines in aula ediscerent et cantillarent. Optat Hieronymus, ut agricola ad somnia cantet alleluia, itidem ego in mea gente imprimis optarim. Dictu mirum, quantum hi versus habeantur momenti ad memoriam firmandam. Legat itaque Dominatio Vestra Magnifica nova carmina, legat tropos etc. cum per otium licebit. Huic addidi et cautionem Geneseos.

Servitor

Joannes Sylvester.

Czíme nincs, de a tartalom világosan tanusítja, hogy valamely Sylvester által Nádasdyhoz intézett levélnek mellékelt utóirata. — Eredetije csonka félív 2-rét. Az Országos Levéltár kincstári osztályában. Közölve Irodalomtört. Közlemények III. évf. 90—91. ll.

533.

Bécs-Ujhely, 1541 január 27.

Ferdinánd király Decsi Jánosnak, ki több nyelvnek és különösen a francziának megtanulása és a különböző nemzetek szokásainak tanulmányozása végett külföldre utazik, ajánló és útlevelet ad.

Passus. Ferdinandus etc. Universis et singulis... Cum fidelis nobis dilectus Joannes Decius aulicus et familiaris noster [kitörülve: per aliquos annos fideliter et honeste in curia nostra nobis inservierit, nunc vero] tum ingenii excolendi, plurimarumque lingvarum addiscendarum causa, tum etiam perlustrandi varias urbes, preclaraque loca, necnon mores hominum aliarum nationum cognoscendi ac partim etiam gallice lingve addiscende gratia peregre proficisci et ab aula nostra aliquandiu abesse statuerit, nosque, qui supradictis causis adducti, illum cum bona venia nostra dimittendum putavimus, eidem tutum ubique et securum iter obtingere cupiamus: vos itaque supradictos omnes... hortamur... quatenus eundem Decium quocunque diverterit... libere et expedite... transire... morari ac recedere... permittatis... Datum in nostra Civitate Nova die XXVII. Januarii 1541.

Ex[pedite].

Fogalmazat egy félív papir két oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1541. Jänner 27.*

Közli: Bunyitay Vincze.

534.

Bécs-Ujhely, 1541 február 1.

Ferdinánd király biztosítja Serédi Gáspárt, hogy a váradi káptalannak birtokait: a borsodmegyei Aszalót és Felsőzsolczát, továbbá Kassa város birtokait: Garadnát és Forrót Abaujmegyében csak akkor lesz köteles kezeiből kibocsátani, ha azt a négyezerötszáz forintot, melylyel neki szolgálataiért tartozik, ugyanőneki egészen megfizetik.

Nos Ferdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. rex semper Augustus, Infans Hispaniarum, Archidux Austrie etc. recognoscimus tenore presentium, quod quoniam fidelis noster magnificus Gaspar Seredy, superiorum partium regni nostri capitaneus noster, nobis in presenti expeditione nostra duos menses cum dimidio quadringentorum equitum numero servivit, ratione quorum, simulque ratione capitaneatus eidem, iuxta

calculationem consiliariorum nostrorum et iuxta literas nostras superinde ei datas, debemus florenis Renensibus quatuor millibus et quingentis, super quibus eundem assecurandum duximus, quod capituli ecclesie Waradiensis possessiones, videlicet Azzalo et Fewlsewsolcza in comitatu Borsodiensi et Cassoviensis [civitatis] Garadna et Forro vocatas in comitatu Abawywariensi existentes, quas nunc ipse Gaspar possidet, non teneatur restituere, nisi persoluta sibi prefata quatuor millium et quingentorum florenorum Renensium summa fuerit, imo assecuramus harum nostrarum vigore et testimonio literarum. Datum in Nova Civitate nostra Austrie prima die Februarii anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo primo.

A pozsonyi káptalannak 1553 évi átiratában. — *Ugyanazon káptalan országos levéltára : Protocollum 10. fol. 21.*

Közli : BUNYITAY VINCZE.

535.

Bécs-Ujhely, 1541 február 1.

Ferdinánd király néhai Parlaghy Bertalannak böszörményi (Biharmegye) és gyömrei (Pestmegye) birtokait Pécsi János leleszi prépostnak, az ő alkanczellárjának adja.

Anno 1541. in vigilia Purificationis B^mae^ Virginis in Nova Civitate Austriae datae sunt litterae manu Regia subscriptae, quibus mediantibus sua Maiestas ad supplicationem venerabilis Joannis de Quinque Ecclesiis, praepositi ecclesiae de Lelez, vicecancellarii suae Maiestatis, ob eius merita, totales possessiones utramque Bezzermen in Byhoriensi, ac portionem possessionariam in possessione Gewmerew in Pesthiensi comitatibus, item alia etiam universa bona et iura possessionaria in quibuscunque comitatibus sita, quae egregii quondam Bartholomaei Parlagi fuissent, sed per defectum seminis eiusdem ad suam Maiestatem devoluta sunt, simul cum cunctis utilitatibus Barbarae sorori praefati Joannis Praepositi uterinae, et Wolffgango, Joanni et Caspari filiis, et Helenae filiae eiusdem, nepotibus videlicet prenominati Joannis Praepositi, ipsorumque haeredibus et posteris universis perpetuo contulit, salvo iure alieno.

Kaprinai Collect. Msc. B. Tom. XXVIII. 118. l.

536.

Bécs-Ujhely, 1541 februárius 2.

Ferdinánd király az Ernuszth-család budai házát Bornemissza Pál királyi titkárnak adja.

Anno 1541. in Nova Civitate Austriae in festo Purificationis Beatae Mariae Virginis sua Maiestas domum magnifici Casparis Ernwsth de Chåktornya in civitate Budensi fere in opposito ecclesiae beati Georgii Martyris à parte orientali versus Danubium sitam per defectum seminis donavit Paulo Bornemisza Secretario Regio.

Kaprinai, ugyanazon kötet és lap.

537.

Bécs-Ujhely, 1541 februárius 8.

Ferdinánd király a hűségére tért Bebek Imrének a multra nézve teljes bocsánatot ad; ezenfelül meghagyja őt ideiglenesen Szent-Miklós székesfejérvári prépostságának birtokában; neki adja a borsodmegyei Csorbakő várát; gömörmegyei ősiségének pedig, valamint Budán az Olaszok-utczájában levő házának birtokában megerősíti.

Nos Ferdinandus etc. Recognoscimus et tenore presentium profitemur, quod quia venerabilis Emericus Bebek de Pelsewcz [*kitörülve:* Prepositus Custos Minoris Albensis] etc. ad Maiestatis nostre servitia, fidelitatem et obedientiam ultro rediit: nos ideo tam persone sue proprie, quam etiam bonis suis universis atque capiti gratiam perbenigne facientes, ita, quod neque de illo excessu, cum alias ad partes serenissimi quondam domini regis Joannis etc. a nobis descivit, neque de aliis etiam omnibus, quecunque infra hec tempora ab eo contra Maiestatem nostram ac subditos nostros quoquo modo facta aut patrata sunt, unquam recordabimur aut ulciscemur: eidem in verbo nostro Regio promisimus nempe, quod ipsi circa negotium fidei et religionis nostre ad nullius instantiam vel suggillationem molestiam ullam seu negotium ullum exsilere (?) volumus, dummodo tamen in hac re se bono et honesto modo gerat, iisque acquiescere teneatur, que vel per generale concilium vel communes synodos catholice christiane ecclesie ab omnibus observanda, recipiendaque determinabuntur; item quod eidem prepposituram Sancti Nicolai in civitate nostra Alba Regali fundatam manibus suis ex integro pacifice possidendam tantisper permitte-

mus, quoad eundem cum hac vel aliis bonis contentabimus; preterea totale castrum Chorbakew in Comitatu Borsodiensi existens cum omnibus pertinentiis suis iure hereditario prefato Emerico, suisque liberis utriusque sexus gratiose donandum duximus et spectabilem ac magnificum Petrum de Peren etc. modis omnibus super iure suo, quod in prefato castro habere dinoscitur, contentum reddere; necnon eidem Emerico Bebek bona sua hereditaria, que hactenus possedit et nunc possidet, ut sunt: totale oppidum Pelsewcz cum pertinentiis et totale oppidum Gemer et portiones possessionarie in oppidis Chyttnak et Rakos cum eorundem pertinentiis ac domum quandam in civitate nostra Budensi et platea Italorum vocata existentem perpetuo possidendam donavimus et contulimus, ac insuper eundem assecuravimus, quod circa totales possessiones possessionarias utriusque Panyth in annotato comitatu Gemeriensi existentes habitas, ad quas nobilis Stephanus Herenczeny ius quoddam habere perhibetur, eas rationes clementer inibimus, quibus vel his antedictis bonis vel equivalentibus idem Emericus contentari possit; quodque ex parte magnifici Francisci Bebek, fratris sui germani, ius et iustitiam sibi debitis modis administrabimus, imo promittimus assecuramus, donamus et conferimus harum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in nostra Civitate Nova Austrie feria tertia post Purificationis Beate Marie Virginis anno Domini M. D. XLI.

Ex[pedite].

Fogalmazat egy félív papir két oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1541. Febr. 11.* — Ugyanezen oklevél egész terjedelmében megvan a pozsonyi társaskáptalannak «nominibus et personis liberorum Venerabilis quondam Emerici Bebek de Pelsewch» előterjesztett kérésre kelt 1555 évi átiratában.

Közli: Bunyitay Vincze.

538.

Bécs-Ujhely, 1541 február 8.

Ferdinánd király köszönetet mond Xanchez Gábornak azért, hogy Frangepán Ferencz egri püspököt a pápa előtt az ellene emelt vádakból kitisztította s óhajtja, hogy azt tovább is tegye.

Gabrieli Xanchez. Ferdinandus etc... Que cum ita sint, eant nunc isti belli homines, nostrasque copias in fugam coactas esse preclare nugentur, virumque gravem et prudentem Franciscum de Frangepanibus, episcopum Agriensem, ambitionis impudentissime taxent in eo, quod pro sua animi integritate et singulari in patriam

amore maiorem et meliorem sane partem magnatum, procerumque regni secutus, sese ab ipsis statim segregandum putavit, qui nobilissimum Regnum (quod velut validissimus quidam murus reipublice christiane semper habitum est) Turcorum faucibus dilaniandum, devorandumque obiicere parant... recte tu quidem fecisti, qui Agriensem ipsum tam aptis rationibus, quibus adhuc plures addi possent, ab improborum calumniis apud Sanctissimum Dominum nostrum tutatus, idque ut imposterum facias, impense cupimus et volumus... Datum in Civitate Nova die 8 Februarii 1541.

Ex[pedite].

Fogalmazat másfél ív papir öt oldalán. — ***Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1541. Febr. 12b.***

Közli: Bunyitay Vincze.

539.

Sárvár, 1541 február 13.

Sylvester János Nádasdy Tamásnak.

Magnifice domine mihi gratiosissime. Servitium et mei ipsius commendationem. Gratulor et quidem vehementer, quod meas litteras eadem opportune acceperit, gratiasque eidem ago immortales, quod humillimi sui servuli curam gerat maximam. Orpheum volo pingi stantem, lyra canentem, fronde coronatum, a tergo silvam, saxa, volucres ferasque. Innuunt enim nobis prophetae, illum sic pingi debere. Dominus officialis mihi et vas illud vini et cubulos decem frumenti secundum eiusdem Vestrae Magnificae Dominationis mandata reddidit. Reperi schedam inclusam litteris ejusdem, in qua scriptum erat, ut aliquot exemplaria mitterem Cantionis, quae est velut Epitome Geneseos. Misi itaque, cum qua et arma magnificorum dominorum Stephani Maylad et Johannis Zalay, quae hexastico nostro illustrare utcumque studuimus. Argumentum e rebus sumpsimus scribendum. Perill. dominam sororem vestram comparavimus viti, alludentes ad illud Regis prophetae versiculum: Uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuae, filii tui sicut novellae olivarum in circuitu mensae tuae etc. Caper depascitur vitem gravidam, hoc est domina soror viro pulcherrimos gignit liberos parentibus dignos. Caprum et Virgilius, poëtarum optimus, virum alibi vocat: Vir gregis ipse caper deerraverat etc.

Idem fecimus et in versibus reliquis, quos subjunximus armis domini comitis. Ista iam curaveram imprimi, cum accepi et Vestram

Magnificam Dominationem et reliquos principes novis gaudere titulis, quae res nihil obstat, quominus haec publicentur, perfacile enim est his novos addere titulos. In hoc eram totus, ut omnibus principibus ad hunc modum illustrarem arma, quod jam fieri non potest, cum Strutius noster discesserat Ingolstadium, qui in formandis imaginibus peritissimus fuit, qui vestigia saltem artis suae apud nos reliquit. Credebam me hoc conatu favorem principum consequi non tam in me, quam Vestram Magnificam Dominationem, cui favere certum est et Musis, quas video propensas esse ad bonas litteras in patria suscitandas. Si minus scite arma domini generi vestri sunt depicta, id non mihi, sed famulis quibusdam suis imputet, qui hanc nobis armorum illius ministrarunt picturam. Nam nullibi nos illorum invenire potuimus effictam imaginem. Credo nos minus errasse in pictura armorum domini comitis, hanc enim e tormentis mutuati sumus tonitruariis, quae dominus comes Vestrae Magnificae Dominationi fundere curavit. Cui etiam opto Eadem me unice commendare dignetur ac velit. Dictu enim mirum, quanto studio hostes nominis Christi non tam me, quam et Vestram Magnificam Dominationem apud illum deferant. Quae scribo, vel me tacente eadem poterat intelligere tam esse vera, quam quae verissima. Ecce coram Deo non mentior, me crebro audivisse ab ipso capellano, habenas esse impositas eidem Vestrae Magnificae Dominationi ita, ut facere nullo modo possit, quod vult in fidei Christianae negotio, seque id accepisse in mensa domini comitis ab eo ipso et quibusdam episcopis. Quoties aliquo mittitur, non tam Vestrae Magnificae Dominationis negotium agit, quam suum, id quod brevi intelligere poterit, idque certissimis argumentis. Talem fovere hominem est anguem in sinu fovere. Et Michaelem presbyterum prorsus a Vestra Magnifica Dominatione alienavit, cum prius diceret, se ad exitum usque vitae suae apud Vestram Magnificam Dominationem vivere velle. Nunc contrarium dicit. Non patitur illum a latere suo discedere, circumfert illum ubique, idque facit, non ut illi bene velit, sed ut aliis male. Atque sic ab initio remora fuit omnis pii incepti Vestrae Magnificae Dominationis. Confert in dies et cum domino officiali caput consusurrat, utinam non cum summo detrimento eiusdem Vestrae Magnificae Dominationis et subditorum etc. Haec scribo non quod illius ambiam beneficium. Dignus enim pastore populus. Jubet dominus, ne margaritae porcis projiciantur, jubet, ut insanabiles relinquantur. Cum enim hic cum suo grege, fidei Christianae repugnantia ex diametro semper inculcet populo atque id odio magis quam judicio, quis est Deum immortalem, qui inter

hos ad spatium temporis exiguum vivere possit? quis istorum obstinatam perferre malitiam? Nemo sane. Nonus jam agitur annus, ex quo hic perditus semper dorsum meum fabricat. Ab hoc hominum genere semper metui. Eo enim ego facto ratus sum, ut a talibus pseudopresbyteris ubique terrarum vim patiar, si ad extremos venirem Garamantes, credo et apud illos esset aliquis pseudopresbyter, qui me nihil commeritum exerceret. De Antonio Kayari multa aliquando Vestrae Magnificae Dominationi retuleram et ceteris, inter quos nullus isto mihi pestilentior fuit. Video jam me dolorem eo impulisse, ut modum excederem epistolae, simul et benignas ejusdem Vestrae Magnificae Dominationis aures offenderem importunitate scribendi, pro qua Eadem mihi ignoscat rogo. Ex Sarvar dominica Septuagesimae Anno 1541.

Servitor

Joannes Sylvester.

Czím: Magnifico domino Thomae a Nadasd, Comiti Comitatus Castriferrei, Consiliario Regio etc. domino et patrono gratiosissimo.

Eredetije egész iven 2-rét. Zárlatán papirossal borított, zöldviaszba nyomott pecséttel, a melynek alakja kivehetetlen. — Található az Országos Levéltár kincstári osztályában. Irodalomtört. Közlemények. III. 92—93.

540.

Liegnitz, 1541 február 27.

Faber Egyed liegnitzi pásztor levele a beszterczebányai tanácshoz. — Szivesen engedne kérésöknek és elmenne hozzájok lelkésznek, de nem teheti, mert csak mostanában jött Liegnitzre és megigérte, hogy ez évben itt fog maradni, annál is inkább, mert a wittenbergiek is folyton erre intik. Ne vegyék azért rossz néven tagadó válaszát. Isten, ha buzgón kérik, bizonyára fog küldeni számukra alkalmas lelkipásztort.

Gnade vnd fride von goth, durch Christum vnsern Herrn, Amen. Gunstigen, Ersamen lieben herrn, gutte gennervnd freundt. Ewr brieff an mich, mit verwilligung der gemeyne, hab ich entpfangen, darynnen auch ÿr begeret ewr pharrer vnd seelnsorger zu werden, vnd werde damit gar vnuersehens angemuttet. Nu weyss ich etzlicher massen, das ÿr des, sampt den anderen Pergstetten, nicht klainen mangel habt, etlicher Vrsachen, dÿ mÿr etwa sind angezeigt yn vergangen tagen. Nu wold ich von herčzen ganč gerne mich yn ewr liebe bitt vnd begere ergeben, wenn ich nicht sso new gen lingnič khomen wer, da myr got der herr mit vyl rotten vnd yerigen geistern zu thun geben vnd befolhen hat,

dačzu auch mich dy Hocherleuchten menner von Wyttemberg brifflich stecz vermanen, anhalten, vnd bitten, ich szold mich sso bald von lignicz nicht wenden, vmb der ausserweletten gottes, weil sy sich versehen, es seyen der noch vil alda, welche durch gottes wort zum erkentniss christj sollen geruffen werden; demnach hab ich yhnen zugesagt, noch dyss Jar alda bey yhnen zu werharren, ob noch etliche mit dem schwerdt des geistes dem leidigen Satan möchten abgedrungen werden, vnd čhristo dem herrn zugebracht. Demnach khan ich noch (gunstigen lieben herrn) dyssmall nichts gewysses zusagen, vnd wenn ichs gleich thette, möcht ichs nicht wol kunnen verantwortthen, byss das dyss Jar ein ende hatt, wo es aber dermal eyns ynn Zukunnfft sich fueglich möchte schiken, wil ich mich gerne schiken vnd lenken lassen nach den willen gottes, vnd bitte euch Ersamen, gunstigen, lieben Herrn ganČz vleÿssig vnd demutig, wollet myr dysen abschlag nicht verkherenn, noch ym vnwillig annehmen, vnd danČk auch allesampt ganČz trewlichen, dyser angebotner wirde vnd Ehre auff dyssmal, als meynen lieben Herrn. Ich versehe mich aber, das wo ÿr mit rechten HerČzen, hiČziger vnd ynbrunnstiger Zuuersicht vnd glauben den Herrn der erndte werdet bitten vmb eynen trewen Arbeitter vnd bawmeister, Er werde vn allen Čzweÿffel segnen den weingartten, welchen er erkaufft hat durch das vnschuldige blutt vnd bittern todt seines eyngebornen sones, seines allerhöchsten schaČzes, nich verwusten, sondern durchakern, bawen, befeuchtigen, vnd fruchtbar machen, daČzu wil ich auch mit sunnderlichem gebet vnd flehen helffen austehen vnd anhalden. Der fride gottes vnd das recht erkentniss ihesu Čhristj sey mit euch alzeit, Amen. Grüssend auss ligniČz am sontag nach Mathie. 1541.

Egidius Faber
pharer zur lignicz.

Eredetije Beszterczebánya város levéltárában fasc. 209. Nr. 1.
Közli: Timon Ákos.

541.

Regensburg, 1541 márczius 2.

Frangepán Ferencz egri püspök válaszolja Nausea Frigyes bécsi püspöknek, hogy őt nem a vallásügyek tárgyalása, hanem a végett küldték a birodalmi gyűlésre, hogy Magyarország bajairól értekezzék a császárral és német fejedelmekkel.

Litteras tuas, una cum opusculis quibusdam sane doctissimis, recepi, quae mihi pergratae fuere. Verum quod ad res religionis

attinet, nunc nihil mea interest. Delecti enim sunt doctissimi homines utriusque partis, catholicorum et protestantium, qui haec negotia ad amussim tractent et discutiant. Id autem oneris nunc mihi iniunctum est, ut una cum magnificis collegis meis de calamitatibus regni nostri Hungariae et cum catholica Caesarea Maiestate, et cum illustrissimis imperii principibus agam. Id quod pro viribus, Deo dante, perficere conabor. Interim tamen optassem te adesse, ut in hoc celeberrimo conventu cum his doctissimis viris agere posses de his, quae christianam pacem et concordiam fidei concernunt. Crediderim enim tuam praesentiam catholicorum rebus admodum profuturam. — Datum Ratisbonae die 2. Martii 1541.

Katona, Hist. Crit. XXI. 16. és Hist. metropolitanae Colocensis ecclesiae II. 29.

542.

Körmöczbánya, 1541 márczius 6.

Guglinger Farkas körmöczi jegyző levele Hanko Márton freistadti plébánoshoz. — Kéri, nyilatkozzék, eljönne-e Bártfára lelkésznek, a hol nem egy, hanem néhány ezer elveszett juhnak visszavezetéséről van szó. Ha késznek nyilatkozik: gondja lesz (Guglingernek), hogy a bártfaiak annak rendje-módja szerint meghívják. A város egészséges levegőjű, szép fekvésű; vadakban, halakban bővelkedik stb. Fizetése olyan lesz, a milyent kiván.

Etsi tibi Vir clarissime ignotus sim, tua tamen humanitas, eruditio et pietas mihi cum perspectissima sint, has meas literas, in quibus nihil aliud abs te, quam quod sanctum atque pium, et quod a tali Viro, qualis tu es, dari possit, petiturus sum, ad te dare ausus non solum fui, sed etiam putavi, tum quia a candido animo proficiscuntur, tum quia in iis gloria Christi et salus Fratrum periclitantium quaeritur, pro tua erga superos pietate, erga proximum cura, eas tibi gratas futuras esse. Verum ne mea loquacitate limites verecundiae, quae et literarum et quarumcunque aliarum rerum principia decet, transgrediar, paucis quid velim, quid petam, accipe. Rogarunt me cives Bartphani, fame verbi Divini ferme extincti, ut eis fidum aliquem Apostolum, qui Ecclesiae eorum praeesse posset, indicarem, nec etiamnum rogandi ullum finem faciunt. Ego autem, cum illis hominibus de me bene meritis multum debeam, et si nihil omnino deberem, haec quae cupiunt, sponte mea facere et curare tenear, cogitare summo studio coepi, quisnam tam misere errantium ovium votis satisfacere queat, cogitantique mihi Dei Spiritus per sua instrumenta te mi Hancone obtulit, teque eum esse, qui tot animas

ab extremo exitio servare velit et possit, declaravit. Et quamvis te inscio Bartphanos, ut te vocarent, admonere potuissem, satis enim scio, te fidum Christi ministrum divinae voluntati non reluctaturum, maxime cum non una, sed aliquot mille oves perditae tibi reducendae sunt, volui tamen hanc epistolam ad te dare, sententiam tuam intelligere, et postea ut christiana et honesta vocatio subsequatur, curare. Sed inquies fortassis (de quibus tamen te sollicitum esse certe non arbitror) quis populus? quae civitas? dicam invito etiam te. Bartpha ad radices Carpathi montis, et in confinibus Poloniae, in loco amoenissimo, auraque saluberrima sita est, Urbs ipsa munitissima, cives habet humanissimos, feris et nobilissimis piscibus abundat. Vino bono, et cerevisia triticea, et aliis ad vitae usum necessariis rebus omnibus, paucis populis cedit. At de salario tuo quid? tale erit, quale tu ipse volueris. Verum imprudens ego plane sum, qui haec commemoro, quasi vel haec te magnopere delectare possint, vel quod hoc unum, quod dixi, Christi videlicet tui oves miserrime errare, tuamque opem implorare, te ad dandum petitis nostris locum amplissimum permovere possit, non sufficeret. Quare te mi Hancone rogo, et per Christi nostri gloriam obtestor, velis quamprimum mentem tuam et eam, quam rei Christianae necessitas, Dei voluntas, animarum tot periclitatio exposcit, et tua pietate, laudabilique fama dignum est, mihi patefacere. Habebis me vicissim eum, qui tua causa nihil non valde libenter est facturus. Bene vale, et me novum, sed ardentissimum in diligendo et observando te amicum tuum reamato. Cremniciae Pannoniae die sexta Martii Anno 1541.

Tuus, si pateris,

Wolfgangus Ouglinger
Cremniciae a Libellis.

Wagner, Diplomatarium Comitatus Sarosiensis 498. l.

543.

Boroszló, 1541 márczius 6.

Moibanus Ambrus boroszlai plébános ajánlja a selmeczbányai tanácsnak, hogy Salcer Jánost tovább taníttassák.

Ambrosius Moibanus, parochus Wratislaviensis, Joannem Salcer, ulterius erudiendum, senatui Schemniciensi commendat.

Eredetije Selmeczbánya város levéltárában. XVI. század. Vallási tárgyú levelezések.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

544.

Boroszló, 1541 márczius 7.

Wingler András mester a három évi iskolázás után Selmeczbányára visszatérő Salcer Jánost (quem primis literarum rudimentis erudiendum abhinc triennium vestro nomine mihi tradidit doctor Ambrosius Moibanus) ajánlja a selmeczbányai tanács figyelmébe s kéri, hogy tovább is taníttassák.

Andreas Wingler, magister scholae, Joannem Salcer, tribus annis prius scholae traditum et prima literarum rudimenta iam edoctum senatui Schemniciensi commendat, rogatque, ut hunc ulterius erudiri curarent.

Eredetije Selmeczbánya város levéltárában. XVI. század. Vallási tárgyú levelezések.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

545.

Csázma, 1541 márczius 21.

Erdődy Simon zágrábi püspök védekezik azon vádak ellen, miket ellene suffraganeusa, Szondi Pál, Rómában emelt; egyúttal értesíti a pápát Horvát-Szlavonország szomorú állapota felől.

Sanctissimo Domino nostro Paulo III. Optimo Maximo.

Beatissime Pater, orationem et obedientiam. Prioribus litteris meis reddideram Sanctitati vestre, preter publicam totius regni huius Sclavonie cladem, bona huius ecclesie mee Zagrabiensis (cui divina benignitate etiamnum presum) hostili furore usque adeo desolata proventibusque, quibus ecclesie ministri dudum alebantur, misere spoliata, ut non liceret iam mihi, alioqui afflicte valetudinis et in negotiis infelicis regni occupato, dein in curia Regie Maiestatis sepius obversanti, per hoc obeundis omnibus ecclesie muniis impari, a suffragiis quempiam, qui in rebus sacris vices meas ageret, deligere. Sepius enim me temporum iniuria et itineris discrimen ab ecclesia seiungit. His nominibus precatus fueram Sanctitatem Vestram, ut mihi reverendum dominum Paulum Zondinum redderet, quem ego ante annos non ita multos ex minore penitentiario hungaro, dato titulo Rosonensi, a suffragiis delegeram, sperans fore, ut is ex animi mei sententia pro suo officio partes sacrarum rerum ageret: et eo adhuc in Urbe existente dignatus fueram in ecclesia mea sacerdotio non ingratorum proventuum, dein archidiaconatu, tandem prepositura et officio vicarii, breviter quicquid ad honestam illius vitam facere videbatur, quasi auctarium in eum contuleram; ipse tamen visus est magnitudinem beneficiorum in se collatorum

ingratitudine pensare, quando non habita ratione enumeratarum necessitatum mearum reditum suum in longinquum protrahat. Subiunxeram Sanctitati Vestre, quando ipse ad officium redire nollet, me beneficia ipsa tali viro collaturum, qui ecclesiam sua presentia et divinis obsequiis redderet decoram: dubito tamen eas litteras ad Sanctitatem Vestram perlatas, quando nihil habeam relationis, quin potius credo ipsum dominum Paulum Zondinum eas intercepisse, quo minus voti compos redderer. Credit enim, lite pendente, privationem beneficiorum, se interim cessante et officio abutente, fieri non posse: litem autem longe iniquis causis ab ipso concitatam nemo prudens non intelligit. Haud dubie enim Sanctitati Vestre confirmo, me illi ne teruncium quidem debere, nisi quod deplorata avaritia vitiatum animum conatur maleficiis exerere, non potest sine crimine asserere ad honestum et sobrium victum quicquam sibi defuisse, sed moleste fert divitias infinitas non congessisse, et hoc nomine comminatur mihi indignationem et excommunicationem Sanctitatis Vestre.

Scripseram Sanctitati Vestre, et absente Regia Maiestate domini locumtenentes ac consiliarii regni Hungarie per litteras fidem Sanctitati V. fecerant (nisi epistolam ipse dnus Zondinus intercepit), regnum Hungarie singulari summorum pontificum privilegio gaudere, ne quis videlicet cuiusvis status et conditionis in Urbe causam agere posset, priusquam in curia regis per iudices regios abunde discuteretur. Ego quidem, ut ne latum quidem unguem ab obedientia Sanctitatis Vestre discessi, ita discessurus sum nunquam, fateor tamen citra simulationem, contra libertatem regni me non audere in curia Sanctitatis Vestre litigare, nisi prius tota vis cause in curia regia agatur; id enim mihi non solum a Regia Maiestate, verum etiam a totius regni proceribus vitio daretur, et crimen violate libertatis impingeretur. Proinde hortetur Sanctitas Vestra ipsum dominum Zondinum officii, ut videlicet redeat: promitto coram Regia Maiestate me illi de omnibus in me falso intentatis responsurum et arbitrio iuris pariturum. Ubi vero redire nollet, resignet saltem titulum Rosonensem, ut liceat de alio suffraganeo mihi cogitare et de beneficio illi debito providere. Taceo nunc inaudita illa et ne in somniis quidem visa convicia, quibus ipse me, praelatum suum, altera dignitate episcopali huius regni Hungarie fungentem, et patronum suum longe beneficum, et indignum, in quem illorum vel minimum competat, incessere non est veritus; certe si vel centesimum illorum in aliquem quamlibet despicabilem ingessisset, non se continuisset a manibus: sed illis conviciis testatus est, quam

sit homo afflicte virtutis. Ceterum supplex a Sanctitate V. de omnibus optatam expecto relationem.

Sed ut iterum communes huius regni Sclavonie miserias commemorem, hec enim vice novorum Sanctitati Vestre scribo, nullus est angulus, nullus mons, nullus (!) denique vallis, qui vel equitibus vel peditibus plagiariis Turcicis non scateat. Agri nusquam vel egre a paucis colonis in casis sub fortalitiis infelicem vitam agentibus coluntur : idque ad tractum bombarde. Bona ecclesie mee, ut dixi, adeo desolata sunt, ut iam nihil reddant reditus. Sunt autem octo fortalitia, que misere contineo, et nisi agricolationem, eamque satis infrugiferam exercerem, iam dudum et fortalitia invitus deseruissem aut combussissem, et ipse egre atrum panem manducarem. Id quod cum lachrymis refero, quod reliquum erat colonorum ab incursionibus hostium anni superioris, dum adhuc nives starent, fortalitio eggressi dispersi erant per vicos, parantes que necessaria forent agricolationi, quarto abhinc die fatalis dies ademit. Turca namque equestri exercitu insperato in agris diffusos oppressit, non ita multis fuga salvatis. Publica opinio est plusquam mille ducentos promiscui sexus homines abductos. Hec sunt nostre tempestatis insignia. Christus Sanctitatem Vestram in edificationem reipublice christiane servet in sempiternum. Ex castro meo Chasmensi vigesima prima mensis Martii MDXLI.

E(iusdem) Sanctitatis Vestre

devotus sacellanus
Simon
Episcopus Zagrabiensis mpp.

Theiner, Vetera monumenta Slavorum meridionalium historiam illustrantia I. 650.

546.

Boroszló, 1541 márczius 31.

Faber Egyed liegnitzi pásztor levele a beszterczebányai tanácshoz. — Köszönettel vette második meghivásukat; mielőtt azonban végleges választ adhatna, óhajtaná tudni, vajjon beleegyeznének-e abba, hogy a náluk még szokásos pápista misét lassankint beszüntesse? továbbá, hogy ő kórust végezni ne köteleztessék, s hogy a misealapítványok más hasznosabb czélra fordíttassanak? végre nem volnának-e hajlandók a plébániai földek művelését magukra vállalni s neki fizetését készpénzben kiszolgáltatni?

Gnade vnd fride von got durch Christum. Ersame, gunstigen, lieben Herrn, ich hab nu zum andern mal Ewr freuntlich schreiben an mich gethan, entpfangen, vnd vernomen, damit yr mich ruffet

Ewrn pharher zu sein, damit der rechte gottes dienst (welcher stheht ym reynen gepredigten Wort gottes vnd rechtem brauch der Sačramente) bey euch möchte auffgerichtet werden, furnemlich got zu lobe, vnd den armen betrubten gewissen zu sonderm trost, vnd nicht unbillich, denn wo die beide, wort vnd Sačrament, ym schwauck gehn, da yst auch ein rechte čristliche gemeyn, darynn got wohnet, sampt seiner gnade, mit vollem verdienst ihesu čhristj, wo aber nicht, da ist noch kirche, noch got, noch gnade, noch lebn. Derhalben sich auch Her Jorg schaffer, Ewrem befehl nach, treulich gegen mÿr bemuhet, vnd mich zu sich verschrieben von der ligničz gen Presslau, derhalben ich Ewr liebe Ersame gunstigen lieben Herrn vnd freundt, höchlichen Danck, dy ÿr mich für andern zu solchem ampt beruffen habt.

Ich hab aber von etlichen andern, der gelegenheit, bey ewr liebe kundig, verstanden, das es fast noch ym alten thun, nemlich auff Papistisch wirdt gehalten mit messen, seelenmessen, vnd anderm, welches denn wider gottes wort vnd götliche Warheit streittet, weil ynn solchenn messhalten, sy sein heimlich gelesn, odder offenlich gesungen, das Sačrament nicht allein gemyssbraucht wirdt, sondern auch dy ganče substancz vnd natur desselbigen wirdt auffgehoben vnd weggenomen. Nu wer es mÿr fast beschwerlich solchen missbrauch (wo ich ynn Ewr begern verwilliget) ynn dy lenge zu dulden, mochts auch nicht vor gott mit guttem gewyssen verantwortten, sintenmal solche messe vnd Ceremonie ym Wortt gottes nicht gegrundet, noch von Christo befolhen sind. Szo hat auch der Herr got eynen greull an solchem gottesdienst, der gerade wider das Wort vnd Willen gottes strebt, daczu nicht verfasset ÿst ÿm befehl Cristi.

Dem nach, gunstigen lieben Herrn vnd freundt, wollet mÿr eyntrechtig Ewr gunst, meynung vnd willen zu gelegner Zeit zu erkennen geben, ob yrs konnet leiden, das nach der Zeit, durch sorgende predigt, solcher missbrauch der messe möcht geendert vnd auffgehoben werden bey euch, odder nicht, vnd yr statt derselbigen rhaum gebn wollet der rechten messe, das ist, dem nachtmal, odder testament ihesu christj, als ers mit seynen Jungern, vnd noch ym dy Junger gehalten, vnd von yhnen an vns khomen ist, wie es denn der heilige Paulus I. cho. XI, seine Chorinther hat gelert.

Zum andern, yst eynem pharrer beÿ euch, der auch predigen sol, seere beschwerlich zu Chor stehn ynn der kirchen, vnd helffen singen, szo er doch sunst alle hende voll voll [!] hat zu thun, mit

studiren, predigen, vnd andern besondern sachen, szo sich zutragen ym gemeynen folk, dy er entrichten muss.

Zum dritten, wers auch gutt vnd götlich, das man der altaristen gelt, odder stifft gelt zu den messen vnd messleser, zu eynem bessern, nučzern, vnd götlichern brauch anwendet, darauss vnser Herr got, sampt seynem son ihesu čhristo, besser möchte gelobt vnd geprisset, vnd darčzu dy ganče gemeyn ynn goth tröstlicher erbawet werden.

Ob nu etliche stifft bey euch zu messelesn ewig sein, szo khann man sy auch ewig lassen bleibn, sondern, weil dy messen (wie oben berurt) ynn ÿhn selbs untuchtig vnd wider got vnd ordnung čhristj sind, der dÿ messe gegrundet, gestifftet vnd eingesečzt hat, nemlich sein nachtmal: nicht darumb, das man da oppfern szol den leib vnd blutt čristj, fur dy lebendign vnd todten, sondern vilmehr, das man ym brod vnd wein szol essen den warhafftign, naturlichen leib, vnd trinken sein warhafftiges blut čristj, zu vergebung der sunden, vnd damit den glauben sterken, vnd also, das dy, dy es entpfangen, damit offentlich bekennen, das sy gehören ynn dy Zal, fur welche čristus sein vnschuldig blut vergossen, und am Creučz gestorben ÿst, das ist der rechte brauch, der messe nach čristj befehl, sunst keind [= kein anderer].

Ob nu byssher vnter dem papstum, ÿnn solchen vnd dergleichen stuken auss Vnuerstand vnd Vnwissenheit geyrret ÿst worden, szo wil es Vns got nicht zu rechnen, noch ÿemanden verwerffen odder verdammen, wo wÿr nur widerkhern, vnd nicht mutwillig, noch freuenlich götlicher warheit widerstreben, denn wÿr mussen got vnsern meister bleibn lassen, vnd wÿr algeweg seine schuler sein, wyr konnens ja nicht besser machen, dann er selbs, ja, wie Paulus spricht, wer sich dunčken lest klug vnd weiss sein ÿnn dÿser welt, der wer zu eynen narren, auff das er weyss vnd verstendig sey ÿnn got, weil wÿr predigen gottes weysheit, ym geheÿmniss verborgen, dÿ kein gewaltiger dyser welt khan erkennen.

Zum letčzten, Obs sich begeben möcht, das ich zu euch kem, szo byn nicht geubet mit ačker vnd feltbawern, szo dunčkt mich nicht vnbillich, wenn ÿr solche feldsorge auff euch nempt, vnd eÿren pharrer sonst eÿn genadt jerlich ÿm baren gelt herauss gebt, damit er sich ehrlich mit den seynen mocht erhalden, auff das er ÿm studiren vnuerhindert bliebe, begere auch derhalben Ewr gutt meynung darauff, vnd was es sein szol, vnd dačzu, wye es Ewr liebe halten wöll ÿnn solchem fall: mit der besoldung szo

dem prediger zustendig ist, weil Eyn pharher auch prediger mit sein szol, szo wer auch pillich, das wer dem Ewangelium deginet [! pro: *ge*dinet], auch davon sein genÿss habe.

Demnach Ersame gunstigen liebn Herrn, hab ich das wollen zuuor anzeugen, auff das hindennach nicht ÿrrung wurde, vnd wenn ich auff dyss mein antragen von ewr liebe einen beqwemen bescheidt erlange, alsdenn wil ich entlich anzeigen, wess ich gesÿnnet bÿn, bitt auch ganċz vleÿssig vnd dÿemutig, wollet solch schreiben nicht ÿm Argen annehmen, denn ich versehe mich, obs szo ferne kempt, das ich nach gottes willen ÿnn Ewr begern mich wurde verwilligen, Es szol euch nicht gerewen, wye wol dyse sach allein ÿnn gottes Hand steht, des allein ist, seyne Arbeiter ÿnn seyne erndte zu senden, wil mich hÿrmit dÿemutiglich befehln: vnd euch allesampt Christo Vnsern Herrn: Amen.

Aus Presslaw donerstag nach Letare 1541.

Egidius Faber.

Eredetije Beszterczebánya város levéltárában. Fasc. 209. Nr. 2.

Közli: Timon Ákos.

547.

Selmeczbánya, 1541 május 4.

Selmeczbánya tanácsa Kresling János korponai plébánost plébánosának hívja.

Senatus Schemniciensis Joannem Kresling, parochum Korponensem, in parochum suum eligendo et vocando scribit ei: weil wir... nicht anders, merers und liebers inn diesen unfridlichen und geferlichen zeitten von Gott unsern hymlischen Vater dan das lautere, klare worth seines ainigen und gelibsten Sones unsers Herren Jesu Christi, das di rechte waide und heilsam der selen spayse is... begerendt... dan wir aller inn unser religion aine rechte christliche reformation und pesserung auch den rechten weg zum ewigen leben durch die Ewere, Achtbare Erwirdigkeit gewarben (!) sint.

Fogalmazvány Selmeczbánya levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

548.

Korpona, 1541 május 6.

Kresling János írja a selmeczi tanácsnak, hogy meghivásukat a selmeczi plébánosságra elfogadja.

Joannes Kresling munus parochiale Schemniciense acceptando scribit senatui Schemniciensi. «Allein das mir nich wol muglich ist, bis nach S. Jacobstag diesen Stand bei euch anczufachen, nith allein von wegen dess grossen schaden, so mir in meiner narung entsteen würde, wo ich mich ehe der genantten Zeits zu euch begebe, sunder vil mer, das nit zimpt, noch Christich ist, meine Körpper, die mich mit so grosser mue und unkost aus der Schlesi hergepracht haben, ehe den si mit einn andernn Seelsorger versorget sein, zu verlassen, sonderlich dieweil nyemandt noch verhanden ist, der in an mein Stadt das Götliche wort deutsch verkundigen kundt. E. W. aber den wolgelerten man Magistrum Achatium bai sich haben, des gselschaft yn diesem ampt mich höchlich erfreűet und umb seines willen grössen lust hab zu euch zekomen, mit dem kan sich euer gemein dieweil wol wertragen, biss mich Got zu eúch verfuget.»

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

549.

Hodrusbánya (Hodricz), 1541 május 11.

«Johannes Czworeth Kopplon in der Hodricz» tanácsot kér a selmeczi birótól egy új egyházfi (Kirchendiener) fogadására nézve. Panaszkodik, hogy «der bossernik mich hatt offenlich ein schalk und ein lotter gehassen (így geheisst helyett) und ein plottetin hunth und westia. Szo hab ich mein Waib zu meinem pruder (insz szol) un czu irem pruder Endres libettner gesanth, das sy in der soch sollen handellen fuer inrichten». Kér utasítást.

Johannes capellanus uxoratus Hodrusiensis, iudicem Schemniciensem interpellat pro novo servo templi conducendo. Quaerulatur porro propter iniurias et convitia sibi illata.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. XVI. század. Vallási tárgyú levelezések.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

550.

Korpona, 1541 május 17.

Kresling János választott selmeczbányai plébános örömét fejezi ki, hogy az előbbi plébános letételében nem volt része.

Joannes Kresling senatus Schemniciensis litteras attente perlegendo vehementer gavisus est: «Nicht von wegen des unfalls und absetzens von seinem ampt Joannis Panicula, eures vorigen pharhers, den ich im von hertzen lieber gunte, das es mit aller fursichtikait treulich mit dem Göttlichen wort E. W. und gantzen gemeine noch furstunde, oder ja einer redlichen und ehrlichen ursach halben von euch abgeschiden war, sunder daher hab ich mein ergetzung und froloken, das nith ich ein ursach bin seinnes abfertigen, und weder er selbst, noch ymandt ander mir schuldt geben kan, das ich in verdrungen habe».

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. Fasc. XXV.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

551.

Bártfa, 1541 május 24.

Bártfa város hatósága arról panaszkodik, hogy Magyarországon kevés az olyan pap, aki tud németül; de még kevesebb az olyan, aki az Isten igéjét tisztán és őszintén hirdeti.

...«Quoniam in afflicto hoc regno Hungariae perpauci inveniuntur sacerdotes, qui germanicum idioma callent, multo autem rariores, qui verbum Dei pure, vere, sincereque populo annunciare solent, quae res nobis aliquanto tempore magnam Dei verbi famem fecerunt... Datum Bartpha 24 maji. Anno Domini Millesimo quingentesimo quadragesimo primo... obsequiosi iudex et iurati cives civitatis Bartpha.»

Hátára írva: Egregio domino Georgio Piller de Pilsen, generosi ac magnifici domini Joannis Pernstinski etc. in civitate Freistat officiali, domino nobis observantissimo.

Papirosra írt eredetije Bártfa város levt. Zárlatán pecséttel.

Közli: Békefi Remig.

552.

Sárvár, 1541 május 29.

Abádi Benedek Nádasdy Tamásnak.

Magnifice domine domine mihi gratiosissime. Servitiorum meorum humillimam commendationem. Licet erat mihi animus abeundi statim post discessum Vestrae Magnificae Dominationis ad fratres meos vel ob hoc, ut libros a Vestra Magnifica Dominatione mihi donatos divendere possem, sed me mea fefellit opinio. Nam hactenus ne impensam quidem ad iter habere potui ex libris, ita bello adveniente refrigere cepit literaria disciplina. Excuderam ego cum Michaele literato, fratre domini Joannis Sylvestri, dimidiatos libros circiter XXV nostris sumptibus, quibus dominus Antonius Sarkan emit nostra pecunia papyrum in hunc usum, ut vel in quotidiano sumptu nos inde juvaremus. Nam ego certe prope sedecim florenos in artis necessaria et in pueros exposui, tum vestiendos, tum alendos, ideo ut dixi et illos dimidiatos libros, nempe ab actibus Apostolicis usque ad finem Novi testamenti excuderam, quod Vestrae Magnificae Dominationi indicassem, nisi occupationes innumerae ejusdem me prohibuissent. Rogaveram tum pro his indicandis dominum Joannem Sylvestrum, ipse autem post Magnificae Dominationis Vestrae discessum illos libros dimidiatos a me accepit, quod ex Vestrae Magnificae Dominationis voluntate fecisse se dixit.

Quare Vestrae Magnificae Dominationi quam humillime supplico, ut considerato meo servitio agat mecum benigne ac jubeat mihi cum Michaele libros illos restitui, nam certe sine ullis Vestrae Magnificae Dominationis sumptibus illi excusi sunt, sicut dominus Sarkan novit, qui et papyrum mercatus est nostra pecunia. Ego pro hac gratia ac aliis beneficiis in me collatis perpetua servitia Vestrae Magnificiae Dominationi commendo. Pro novitate misi Vestrae Magnificae Dominationi cantiunculas a me proxime excusas. Deus optimus maximus Vestram Magnificam Dominationem conservet felicem ac incolumem atque voti sui compotem reducat. Ex Sarvar die dominico post ascensionis Domini. Anno domini 1541.

Ejusdem Vestrae Magnificae Dominationis

deditissimus servitor
Benedictus Abadi.

Czím: Spectabili ac Magnifico domino domino Thomae a Nadasd, consiliario regio, tavernicorum regalium magistro ac domino meo gratiosissimo.

Eredetije félív 2-rét, zárlatán zöldviasz pecséttel, melyen Agnus Dei és B. A. betűk láthatók. Az Országos Levéltár kincstári osztályában. Irodalomtörténeti Közlemények. III. 93—94.

553.

Csepreg, 1541 május 29.

Sylvester János Nádasdy Tamásnak.

Magnifice domine domine patrone mihi gratiosissime. Accepi litteras Magnificae Dominationis Vestrae sonantes de bulla sanctissimi patris nostri Pauli papae. Verum eandem bullam ipsam videre [non] potui. Requisivi a multis, reversus a possessione ejusdem Goganfalva, ubi agricolationem exercere institui, nemo tamen illam mihi exhibuit. Nam paratus eram juxta ejusdem mandata convertere et imprimi facere. Res meae improbitate adversariorum in statu sunt infelicissimo, quibus amplius Eedem negotium exhibere nolo. Praemia nostra in quo sint rerum statu, credo egregium Georgium Bewd, cui Eadem negotium dedit perscribere, ut mihi necesse non sit Eandem hac de re compellari. Res omnes, quod equidem scio, Vestrae Magnificae Dominationis in statu sunt felicissimo. Mihi natus filius est in feriis Stanislai, cui nomen indidi Joannis. Natus autem est in Goganfalva, quo secesseram invidiam adversariorum vitare volens, quam de cetero nullo modo ferre possum, et nunc illic ago una cum uxore et liberis. Deus Eandem diu nobis felicem conservet ac reducat cum summo patriae nostrae modis omnibus afflictae commodo. Ex Csepreg dominica Exaudi 1541.

Servitor
Joannes Sylvester.

Czím: Spectabili ac Magnifico domino domino Thomae a Nadasd, libero domino, Thavernicorum regalium Magistro, comiti comitatus Castriferrei... domino et patrono meo mihi semper observandissimo.

Eredetije félív 2-rét, alul egy darab el van belőle vágva s egyébként is rongyos. Zárlatán papirossal borított zöldviaszba nyomott pecséttel, amely Hygieiát ábrázol. Az Országos Levéltár kincstári osztályában. Irodalomtört. Közl. III. 94—95.

554.

Leitmeritz, 1541 június 10.

Ferdinánd király Koppánmonostora pusztát az apátság helyreállításáig Farkas Mártonnak ajándékozza.

Anno quo supra Lythomeritii decima Junii datae sunt litterae Regiae Maiestatis, manu Suae Maiestatis subscriptae, quibus mediantibus Sua Maiestas praedium Monostor vocatum in comitatu Comaromiensi existens, quod olim ad abbatiam ecclesiae de Monostor pertinuit, verum ex quo Abbatia ipsa, a multis iam temporibus, diruta et desolata, praediumque ab aliis possideri iniuste diceretur — memorato Martino Farkas, usque restaurationem ecclesiae dictae Abbatiae, et durante vita ipsius, simul cum cunctis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, dedit, donavit et contulit, salvo iure alieno.

Hevenessy-kézirat gyűjtemény, XLIV. köt. 305. l. (Ex archivio Camerae Poson. Capsa Q. Q. Q.)

555.

Róma, 1541 június 17.

III. Pál pápa Frangepán Ferencz egri püspököt Verallus Jeromos pápai nunczius által üdvözölteti és felhívja, hogy a nunciust működésében tekintélyével támogassa.

Venerabili Fratri Episcopo Agriensi.
Paulus Papa III.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. Cum mitteremus ad istum serenissimum Romanorum etc. regem venerabilem fratrem Hieronymum Verallum, episcopum Britoriensem, praelatum nostrum domesticum, sua virtute ac probitate nobis gratum, nostrum et huius Sanctae Sedis nuncium, ei mandavimus, ut fraternitatem tuam a nobis salutaret eique nonnulla nostro nomine referret. Quamobrem hortamur eandem tuam fraternitatem in Domino, ut et eiusdem Hieronymi episcopi nuncii verbis nunc et quoties audierit, fidem habere, et in nostris eiusdemque Sedis negotiis ei suo favore, gratia et auctoritate adesse semper velit. Datum Romae apud S. Marcum sub annulo piscatoris. Die XVII. Junii M.DXXXXI. Pontificatus nostri anno septimo.

Blosius el[ectus] Fulginensis.

Hevenessy-kézirat gyűjtemény, XIII. 106. l.

556.

Teschen, 1541 június 20.

Fabianus teschení altarista levele Beszterczebánya város tanácsához. — Köszöni, hogy lelkészül meghívták, de elégtelensége érzetében nem vállalkozhatik a nehéz és veszélyekkel teljes lelkipásztorkodásra.

Post paratissimorum meorum obsequiorum oblationem. Prestantissimi ac Prudentissimi Domini, fautoresque mei non vulgares. Vestris prudentiis precor gratiam Dei, omniumque salutiferarum rerum foelicem successum ac incrementum. Ornatissimi ac prudentissimi domini. Reddite michi sunt prudentiarum vestrarum littere, quibus me, non tantum iisdem, sed et per internuncios vestrae prudentiae ad officium pastoratus ecclesie sue vocant, et, vt eam condicionem suscipiam, vehementer flagitant. Quapropter prestantissimi ac prudentissimi domini, ego primum prudentiis vestris gratias (quas animo concipere possem) ago maximas pro hac beneuolencia et animi propensione in me, quod me indignum, rudem, ineptum, atque imperitum hominem, tali honore dignati sitis afficere. Vtinam prudentiis vestris gracias non tantum agere, sed et referre aliquo modo possem. Ego itaque cognita voluntate prudentiarum vestrarum perlubenter pedibus in sentenciam iissem, sed mecum ipse serio reputans, quam ardua et plena periculorum sit cura pastoralis meisque viribus impar negocium, que non rudem, aut rerum imperitum hominem (qualem ego me esse noui), sed eruditum ac prouidum exigat, eam ob causam vestras prudentias eciam atque eciam rogo, ne michi vicio detis, quod votis earundem respondere hac in re nequeam, et prudentiae vestrae sibi alio quopiam (qui huic michi oblato muneri satisfacere possit,) prouideant. Hiis prudentias vestras cum tota republica vestra Deo Optimo Maximo commendo, qui dignabitur in messem suam fidelem operarium extrudere. Date Teschini die Lune infra octavas Corporis Christi, anno virginei partus. 1.5.4.1.

V. P. | *Fabianus*
indignus sacellanus, | Altarista ecclesie Teschinensis.

Eredetije Beszterczebánya város levéltárában. Fasc. 108. Nr. 17.

Közli: Timon Ákos.

557.

1541 július 5.

Az egri püspök engedélyt kér, hogy az egyházi rendeket a rendes, meghatározott időn kivül is feladhassa.

Agriensis episcopus rogat, ut ad ordines ecclesiasticos extra statos dies quoque benemeritos promovere possit.

Pármai állami levéltár. Carteggio Farnesiano. 1541. III.

Közli: KOLLÁNYI FERENCZ.

558.

Korpona, 1541 július 22.

Cresling János (vester designatus in verbo Dei minister) értesíti a selmeczbányai tanácsot, hogy adott szava szerint «die Jovis future hebdomade» átköltözik Selmeczre. Kér kocsikat. Tribus curribus omnino opus erit, ut duobus plaustris supellex et quidquid facultatum habeo, tertio vero uxor cum liberis advehantur.

Joannes Cresling, designatus verbi Dei minister Schemniciensis, tres currus petit a senatu Schemniciensi, duos pro transvehendo supellectili et unum pro uxore et liberis suis.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. XVI. század. Vallási tárgyú levelezések.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

559.

Boroszló, 1541 július 29.

«Ambrosius Moibanus pfarher zu Breslau» ír a selmeczbányaiaknak. Miután «magister Antonius Pausius» selmeczbányai városi jegyző emlékeztette a tanítóra (schulmeister), választott egyet számukra. Kéri, hogy gondoskodjanak biztos odaszállításáról. (Alleine ist seine bite es wollen E. H. die lange schuere reyse von hinnen auf die bergstete zu gemüte zihen, das er durch E. H. forderung bei den fukerischen versehen werde, das er mit seinem weib und kynd zu euch seliklich komme.) Ajánlja továbbá figyelmükbe «Frau Catarinat» «des hern Johannis verlassene witefrau»-ját.

Ambrosius Moibanus scribit senatui Schemniciensi, se ad exhortationem magistri Antonii Pausii, notarii civitatis, denuo factam elegisse quendam pro magistro scholae suae et rogat, ut pro secura huius conductione provideant praesertim ope domus Fukkarianae.

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. XVI. század. Vallási tárgyú levelezések.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

560.

Freistetlin, 1541 július 4.

Hanko Márton freistetlini lelkész levele a beszterczebányai tanácshoz. — Hajlandó hozzájok lelkipásztorul menni, de csak bizonyos föltételek alatt; nevezetesen: ha prédikátort is fogadnak melléje, mert ő már gyenge, törődött ember; továbbá, ha kegyura, Pernstein János elbocsátja, kinek ez ügyben ők is írjanak; azután ha megengedik, hogy csak Mártonnap után jöhessen, mert ez időre esik legtöbb jövedelme; végre, ha megigérik, hogy öreg napjaira gondoskodni fognak róla.

Gnad vnd frÿd jnn Gott vnserm Herrn vnd Heylandt Jesu Christo, vnd das Zunemen jnn seinen erkentnes, jnn welchem das ewige leben steet, mit erpittung meiner williger dienste vnd gebete zuuor. Namhafftigen Erbaren weisen lieben Herrn, besondern gunstigen Freunde. Nach deme E. N. jr schreiben an mich iċzt gethan, das bey ewrem botten mir vberfertiget, darinn mich auch erinnert, alles des was zwischen ewren Eydsfreunden vnd mir, nehest vergangner Zċeitt, jnn ewren namen geredt vnd gehandelt sôlde sein wordenn: Wisse E. N., das solchs alles zwischen jhnen vnd mir jnn der warheit so gescheen vnd sych verloffen hat. Zu deme ich mich denn auch noch bekenne. Nemlich, das ich auff E. N. begeren durch sie des pfarrerampts bey euch: ists anders gottes willen: mich vndersteen wil. Dieses aber jnn solcher gestalt, so ferne, so die wirtschafft des pfarrers, wie wol ich derselbigen jnn etlichen stuken gar wenig aber nichts verste, vnd darnach der Kirchen regiment, aber ordnung darbey zuhalten belanget. Denn das ich neben vnd vber die pfarrmuhe vnd sorge, welche fur sÿch ein schwere last genug ist, sôld auch des predigampts mich annehmen, wers mir schwachen, muden, gebrechlichem menschen vil zuschwere vnd zu vile, io auch vnmuglich, auszgenomen zu czeitten, aber auff ein kurze ċzeitt, wo es wurd mangeln wôllen, krankheit halber, aber dergleichen, an einen prediger, noch weis ich nicht wurde ich deme bey euch Ewer stadt vnd volk genug thuen mugen. Denn es ist dem Herrn Michaeli E. N. Stadtschreiber wol wissentlich, wie ein schwacher, gebrechlicher man ich bin. Vnd wenn ich solchem steten predigen vnd kopffbrechen mocht gestreitten, wolde ich zu Freistetlin bleyben, aber io andersthwo hin mich verfugen. Dann es wil mir nu auch, wie wol zu sher, das Haupt schwach werdenn, das gedechtnes schwinden vnd gebrechen, die augen dazu nicht fasz[1] vbrig dienen vnd wie schpiċzig vber das

[1] = fast, beinahe.

die welt iczt ist, jeder verstendiger merken kan, sonderlich aber die prediger das teglich erfaren.

Vnd das alles verheiszhen hab jnen, an E. N. stell zuthunn, vnd iczt wider verheiszhe vnd zusage E. N. selbst mit diesem meinen schreiben, so E. N. mich von meinen gnedigen Herrn Johanne vom Pernstein S. G. durch ewr schreiben an S. G. aber sunst durch furbitte gutter Hernn vnd Freunde, muget frewen, welcher seiner G. ich nicht mehr zugesagt, allein on S. G. wissen nicht von hinnen zuscheiden, vnd dennoch mich s. g. wil also fest an meinen willen, lust, vnd vermugen alhie verbunden haben.

So gibt mir E. N. iczt zuerkennen, das sie, wo ich euch mein thuen, lassen, vnd meinungen, zu wissen thete, vnd solchs euch wol gefiele, mich von s. G. zufreien vndersteen wolde. Das aber nu E. N. jnn solchs als der vas (?) sÿch wisse zuschiken (so ÿr anders die condition oben geschriben gefelt) schike ich hiemit s. g. brieff, nehest mir zukomen, aus der Freisteter anlangen, von S. g. auszgericht, welchen mir E. N. wirt wider mit ewren brieff vbersenden. Vnd kan derhalben nicht wissen, wie ich s. g. widerumb fuglich soll schreiben, neben E. N. schreiben, das ÿr furgenomen vor mich zuthuen, welchs ich s. g. auff ewr Vnkost wenn er kompt, sol (wie ich vber das Zu thuen auch bereitt bin) vbersendenn. Darnach auch S. g. antwort widderumb E. N. zu vberschiken. Allein schik E. N. geldt mit, denn es weis gott das ich meinen eigen gulden nicht habe. Vnd sollen dennach wir armen pfaffen Hie im der Slesien stewr auff kriegsknechte auszrichten.

E. N. wolde auch wissen: das ich das ampt hie nicht eher, wenn ich gleich schon frey werde, lassen kan, denn auff Martini, denn auff die selbige czeit gefallen erst meine beste czinse vnn hab erst denn auszgedienet, noch gewonheit vnd recht hie zuuerhaldenn, vnd ein Quartall dafur den dienst auszzusagenn. Darumb mussen wir nicht jnn der sachen saumen. Was aber belanget die Ceremonien, gesenge, darff sÿch E. N. gar nichts bekummern, so es gott schiken wirt das ich ewr pfarrer werde, nichts zuuerwerffen, was jmmer mehr gottlichem wort gemes vnd der Christlichen religion vnd glauben enlich, das do erbawet die gemein, nicht stiret, auch nicht vergifft, alles brieffende, mit E. N. wissen vnd willen (die do auch nicht wirt wôllen, verhoffe ich, nur was Christen wol ansteet) zuhalten vnd zubegeen. Dann ich halds gar nicht mit Schwermern vnd Sturmern.

Weitter seint meine bitte an E. N. wo es gott ordnet, das ich zu euch komme, bey euch das pfarrampt ein czeitt lang gehalten,

vnd ich mich beschweret dem genug zu thuen, vnd E. N. selbst seche, das ich zu schwach were, das ich den getrawen zu E. N. habe vnd haben môchte, das jr mich, wo ich das bedurfft, nicht lassen werdet, sondern mit der Capelanereÿ aber sunst versorgen vnd ich beÿ der kirchen zu thuen schuldig sein wil, was mir muglich. Vnd hiebeÿ das auszgeredt wil habenn, das mir E. N. vergunnen wold, kompts ihn dazu (?) ein gutte person mit hinein zubringen, so gott vber mich verhinge, mein podagra vnd chiragra, die meiner wartet, wie hie zur Freistadt geschen, so meiner krankheit erfarenheit hot, das ich nicht gar elend lege, der ich auch die wirtschafft, noch not, môchte vertrawen; aus dem allen mag E. N. erlernen alle meine meinung, Hercz, thuen vnd lassen, darnach jr euch grundtlich vnd genugsam richten muget.

Gott der Almechtige erhalde E. N. jnn seiner gnade, gebe ihr gluk vnd Heyl. Vnd beware sie vor allen Vbel Amen. Gebenn zum Freistetlin,[1] Montag an S. procopijtag. Anno...xLjo.

E. E. W. williger Caplan,

Martinus Hanko pfarrer zum Freistetlin.

Eredetije Beszterczebánya város levéltárában. Fasc. 108. Nr. 16.

Közli: TIMON ÁKOS.

561.

Hodrusbánya (Hodritsch), 1541 augusztus 16.

A hodrusbányai egyház ezüst-szereinek összeirása és a selmeczbányai kastélyba való szállitása.

Inventirung etzliches Sylberen Gsmeidchs zur Kirchenn inn der Hodritsch

Im Jare noch geburt dess Seligmachers 1541. am 16 tag dess Monats Augusti...

Erstlich eine schone verguldte monstranz wigt zusammen m. X.

Mer ain schon ganz sylberein Maria-pildt wigt zusammen m. X.

Item ain gancz sylbern Nicolai pildt wigt zusammen m X.

Item ein klein Corall Pater noster Hangt an der grossen Monstranz wigt m. X

Item ein sylbern puxlein zu der heiligen Olung

Zu merken:

Die 30 Augusti «aus bevellich der Richter und Raths die ob-

[1] Freistadt in Silesia haud procul a Teschen.

gemelten Kirchen geschmidt von Hern Jorgen Hanko empfangen und auff das Gschloss in der Schemnitz bewaren

Eredetije Selmeczbánya levéltárában. Fasc. XXVI.

Közli: Dr. Karácsonyi János.

562.

Bártfa, 1541 augusztus 18.

Bártfa város birájának és esküdteinek levele Réwai Ferenczhez. — Hanko Márton freistadti plébános megigérte, hogy eljő hozzájok prédikátornak, ha földesura, Pernstein János elereszti. Kérik ennélfogva Réwait, írna Pernsteinnek, bocsássa el Hankót, vagy ha ez már máshová ment volna, engedje meg, hogy bármely alkalmas igehirdetőt hívnának is meg uradalmából, hozzájok eljöhessen. Kérik továbbá, írna hasonló értelemben Morvaországba is Zierotin Bédának, Titschein urának.

Magnifice Domine, Domine nobis gratiosissime! Praehabita salute, ac paratissimorum obsequiorum nostrorum commendatione. Singulari Magnificentiae Vestrae in nos favori atque benevolentiae confisi, eidem Magnificentiae Vestrae, etiamsi infinitis, gravissimisque curis et laboribus occupetur nunc causa salutis et conservationis hujus Patriae, eidem tamen significandum duximus, quod post multam, molestissimamque verbi Dei famem, elapsis his diebus, quendam Martinum Hanco, parochum et ecclesiasten civitatis Freystat in Silesia, quae nunc sub dominio est generosi ac magnifici domini Joannis a Pernstein etc., ad munus concionandi verbum Dei vocaverimus, qui Martinus Hanco, per nuncios nostros, se promisit ad nos venturum, si modo per dominum Joannem a Pernstein sibi illinc abire liceret. Quoniam autem praefatus Martinus sine voluntate, scitu ac permissione illius domini istud, quod nobis promiserat, facere non audet, nos majorem in modum per amorem verbi Dei rogamus Magnificentiam Vestram, eadem ne gravetur nostri causa, intercessoriales unas ad eundem Joannem de Pernstein dare per harum exhibitorem, ac ab illo impetrare, ut Martinum Hanco a Freystat liberum, et sine omni impedimento abire, et promissis suis satisfacere, et ad nos venire sinat, aut si Martinus ille (ut intelligimus) interim alio vocatus, et ab illo dimissus sit, ut quemcunque idoneum concionatorem sub illius ditione existentem vocaverimus, eiusdem per Magnificentiae Vestrae literas requisitus, liberum ex sua ditione abire sinat. Alteras autem intercessoriales Magnificentia Vestra dare dignetur ad eundem modum ad genero-

sum Bedam Zierotin, dominum Tyczeinensem in Moravia etc., ut idem quemcunque concionatorem in sua ditione vocaverimus, eundem liberum ad nos dimittere dignetur. Nos sane in inquirendo et vocando fideli verbi ministro neque studiis, neque impensis pepercimus hactenus, nihil tamen efficere potuimus. Nunc autem bonam spem habemus, nos auxilio Dei et opera Magnificentiae Vestrae voti compotes fore. Nos vicissim omni obsequiorum genere idipsum promereri studebimus de Magnificentia Vestra. Cujus omnia consilia ac facta Deus dirigere, ac cum aliis christianis militibus omnibus laetam adversus Turcas sociosque illorum victoriam tribuere dignetur.

Datum Bartphae 18. Augusti. Anno 1541.

Ejusdem Magnificentiae Vestrae

Obsequiosissimi Judex, et Jurati
Cives Civitatis Bartpha.

Wagner, Diplomatarium Comitatus Sarosiensis, 500. l.

563.

1541 augusztus 19.

A szepesi káptalan bizonyítja, hogy Ursinus Márton a menedékkövi karthauziak perjele és szerzetestársai Sthos nevű birtokukat Thurzó Eleknek kétszázhuszonöt magyar forinton eladták.

Nos capitulum ecclesie Scepusiensis memorie commendamus tenore presentium, significantes quibus expedit universis, quod venerabilis ac religiosus frater Martinus Vrsinus, Prior religiosorum fratrum Cartusiensium in claustro Sancti Joannis Baptiste de Lapide Refugii degentium, ipsius et ceterorum fratrum suorum personis cum literis procuratoriis conventus sui coram nobis personaliter constitutus, sponte et lipere (!) confessus est in hunc modum: quomodo ipse et conventus suus matura et diuturna deliberatione prehabita, totalem possessionem ipsorum Sthos vocatam, prope Schmolniciam, in Comitatu Scepusiensi existentem, habitam, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet... quovis nominis vocabulo vocitatis, ad eandem possessionem Sthos de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, spectabili ac magnifico domino Alexio Thurzo de Bethlenfalwa, Judici curie ac Locumtenenti Regie Maiestatis, heredibusque et

posteritatibus eiusdem universis in et pro florenis ducentis et viginti quinque Hungaricalibus, in monetis Cremniciensibus modo currentibus et integre ab eodem levatis et receptis, dedissent, vendidissent et inscripsissent, imo dederunt, vendiderunt et inscripserunt coram nobis iure perpetuo et irrevocabiliter tenendam, possidendam, pariter et habendam, nullum ius, nullamve iuris et dominii proprietatem in eadem sibi ipsis per amplius reservantes, sed totum et omne ius ipsorum et dominii proprietatem, quod et quam iidem fratres Carthusienses in eadem possessione Sthos qualitercunque habuissent aut haberent, sive in futurum seipsos habere sperassent vel habere sperarent, in prenominatum dominum Alexium Thurzo et eiusdem heredes transtulissent pleno iure et cum effectu; literas etiam et quelibet literalia instrumenta, factum dicte possessionis tangentia, eidem Domino Alexio Thurzo in specie tradiderunt et assignaverunt coram nobis. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes literas nostras, in pergameno privilegialiter confectas, pendentique et authentico sigillo nostro obsignatos eidem domino Alexio Thurzo duximus concedendas. Datum feria sexta inter octavas festi Assumptionis Beatissime Virginis Marie, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo primo.

Szepesi káptalani levéltár: Protocollum anni 1522. alias Mr. 2. fol. 62b. **Itt az egész szöveg keresztül van húzva, de alább fol. 55*b* (új lapsorozat) ismét előfordul tisztán, áthuzatlanul, ott azonban csak az eleje van meg, a többi része a következő levéllel együtt hiányzik.**

Közli: Bunyitay Vincze.

564.

Bécs-Ujhely, 1541 augusztus 23.

Ferdinánd király az egészsége helyreállítása végett Olaszországba utazó Frangepán Ferencz kalocsai érseknek és egri püspöknek útlevelet állít ki.

Ferdinandus etc. Universis et singulis... Cum reverendus in Christo Pater, devotus fidelis nobis dilectus Franciscus comes de Frangepanibus, archiepiscopus Colocensis et episcopus Agriensis, consiliarius noster se inpresentiarum curande valetudinis sue causa in Italiam conferat, nosque illi ob plurimas, egregiasque ipsius virtutes, dignitatem atque preclara de nobis, deque republica christiana benemerita tutum ubique, securum et honorificum iter obvenire cupiamus: vos supradictos omnes... hortamur... ut antedictum R. archiepiscopum Colocensem... ire, transire... redire libere et

sine aliquo impedimento aut molestatione sinatis... Datum in Civitate Nova 23 Augusti 1541.

Ex[pedite].

Fogalmazat egy félív papir két oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1541. August. 16.* — Ugyanezen útlevél megvan aug. 28-áról keltezve, de annyi különbséggel, hogy Frangepánt nem egészsége helyreállítása végett utaztatja Olaszországba, hanem «ex mandato nostro uti Orator ad illustrissimum Venetorum Dominium Venetias proficiscatur.» — *U. o. Aug. 18.* Közli: BUNYITAY VINCZE.

565.

Eperjes, 1541 augusztus 30.

Werner György Serédy Gáspár kérésére aziránt folyamodik a királyhoz, hogy némi haderőt küldjön az egri várnak védelmére, mert különben félni lehet, hogy annak elestével az ellenség az egész Kassa és Buda közti tartományt elfoglalja.

Sacratissime Rex... Datum Eperies 30 die mensis Augusti 1541.

Sacratissime Maiestatis Vestre humillimus servitor

Georgius Vernerus.

Post scripta: reddite mihi sunt litere a Domino Caspare Seredy, qui ad Thokay rediit, quibus petit, ut Maiestatem Vestram orem, ut gentes aliquas, si non plures, saltem duo peditum signa huc mittere velit, ne totus, inquit, desperet mundus. Ac imprimis, ut Maiestas Vestra provideat arci Agriensi, in qua vix viginti quinque sunt presidiarii, rebus domini Archiepiscopi omnibus ad alia inde loca deportatis et translatis. Periculum enim esse, ne occupata ea arce et e. Cassovia, quitquid a Buda hucusque est regionis per hostes occupetur.

Kívül: Sacratissime Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. Regie Maiestati...

Egy ív papir három oldalán, az utóirat egy mellékelt papirszeleten, veresviasz zárópecsét. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1541. Aug. 27.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

566.

1541 szeptember 1.

A menedékkövi konvent szerzetesei azt válaszolják a lőcsei birónak és esküdteknek, hogy klastromukat nem képesek olyan állapotban tartani, hogy az az ellenségnek ellenállhasson; egyébiránt kérik tanácsukat a teendők iránt.

Circumspecti et prudentes Domini, fautores et vicini nostri plurimum honorandi, post salutem, nostrique commendationem.

Intelleximus avisationem Dominationum V. quam nobis heri propriis literis fecerunt, videlicet de occupatione domus nostre per manus adversariorum, unde tandem multa damna, iactura etc. pericula diversa huic provincie inferri possent, si per incuriam et negligentiam nostram ad proprietatem ipsorum deveniret. Dominationes V. non latet domum istam seu claustrum minime esse munitam ad resistendum adversario; multique Procerum et Baronum transactis temporibus ad conspiciendam et scrutandam eandem domum ascenderant, qui omnes unanimi voce affirmabant montem ipsum magis esse ex seipso munitum et fortem, quam ipsam domum seu monasterium: quomodo ergo nos possumus tam amplum locum totius montis custodire ab adversariis et curam ipsius habere (nequaquam, nisi fortassis totum Scepus auxilium preberet, et id vix fieri posset), cum et ipsam domum sive claustrum quilibet adversariorum met sextus capere posset. Sumus enim omnes inermes, decrepiti et ad bella minus instructi; possessiones autem nostre et proventus nostri minime ad tenendum milites et custodiendum locum istum sufficiunt, nec nobis unquam simile onus impositum est; semper enim sumus coacti et fuimus parati solvere in medium communitatis nobilium, quitquid nobis pro conditione nostra impositum fuerat. Fuimus quidem anteactis temporibus moniti per Dominationes V. si quid sentiremus adversi, deberemus citissime Dominationibus V. significare, quod et nunc facere volumus absque dilatione; nam ponatur casus, etiamsi claustrum in toto vastaretur et inimicus intenderet occupare montem, illico posset etiam post destructionem claustri facere fortalitium in alio fortiori loco ex puris roboribus multo magis munitum, quam nunc ipsum claustrum. Nihilominus rogamus Dominationes V. prebeant ipsi nobis consilium in hac importunitate huius negotii; nos volumus benivolo animo Dominationibus V. obtemperare, quorum gratie et favori nos commendamus. Datum ex Lapide Refugii prima Septembris 1541.

Conventus Lapidis Refugii
Carthusienses.

Kívül: Circumspectis et prudentibus dominis: dominis Judici ac Juratis Civibus Regie Civitatis Leuthschoviensis etc. dominis vicinis et fautoribus nostris honorandis.

Egy félív papir egyik oldalán, barnaviasz zárópecséttel, mely balra (heraldice) néző, ülő szentet ábrázol, de hogy melyiket? a pecsét fogyatékossága miatt meg nem határozható. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1541. Sept. 1.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

567.

Sempthe, 1541 szeptember 28.

Bethlenfalvi Thurzó Elek meghagyja Pozsony városának és polgárainak, hogy a pilisi apátságnak járó összeget Pythián János ujonnan kinevezett pilisi apátnak fizessék.

Prudentes et circumspecti amici honorandi, salutem. Quia maiestas regia dominus noster clementissimus donacionem illam nostram, qua abbaciam Pilisiensem egregio Joanni Pythian auctoritate sue Maiestatis contuleramus, graciose confirmavit ratamque habuit, prout ex eius missis litteris ternis cognoscere poteritis, igitur vos hortamur et requirimus, Maiestatisque sue nomine committimus, ut proventus abbatibus Pilisiensibus e medio civitatis aut concivium vestrorum provenire debentes eidem Joanni Pythian et nemini alteri administrare debeatis, veteri id consuetudine iureque requirente. Id quod vos facturos non dubitamus. Bene valete. Ex arce nostra Sempthe. Vigesima octava die septembris, anni millesimi quingentesimi quadragesimi primi. Comes Alexius Thurzo de Bethlenfalva, iudex curie et locumtenens regie maiestatis.

Papirra írva, zárlatán gyűrűpecséttel. Eredetije a pozsonyi városi levéltárban. Lad. XLVI. Nr. 18. Nyomtatásban kiadta dr. *Békefi* Remig: A zirczi, pilisi, pásztai és szent-gotthárdi cziszt. apátságok története. I. 468.

568.

Veszprém, 1541 október 16.

Kecsethy Márton veszprémi püspök a Sághy Bálint halálával megüresedett kanonokságot Péter papnak adja.

Nos Martinus de Kecheth... episcopus Wesprimiensis, secretarius regius memorie commendamus... quod nos inducti meritis... ac litteralis scientie sufficienti peritia... discreti Petri presbiteri de Wesprimio, rectoris altari beati Ladislai... in... ecclesia Wesprimiensi fundati, quibus eum... propria etiam nostra experientia preditum cognoscimus, eidem... canonicatum cum prebenda per mortem... magistri Valentini de Saagh vacantem in ecclesia nostra Wesprimiensi iurispatronatus nostri authoritate, qua fungimur,... conferimus... Quocirca... vicario nostro in spiritualibus generali et capitulo prefate nostre ecclesie Wesprimiensis... mandamus, ut prefatum Petrum presbiterum in dicto canonicatu cum

prebenda... instituere, stallo illi in choro voceque et loco in capitulo cum omni plenitudine iuris canonici assignatis, de universis quoque proventibus... eiusdem canonicatus... responderi facere debeatis... Datum Wesprimii Dominica die scilicet beati Galli confessoris anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo primo.

Wesprimiensis.[1]

Eredetije a püspök ép pecsétjével a vasvár-szombathelyi káptalan levéltárában. Litt. eccl. f. C. Nr. 21.

Közli: Dr. KARÁCSONYI JÁNOS.

569.

Lincz, 1541 november 3.

Ferdinánd király János leleszi prépost s királyi alkanczellár kérelmére inti az esztergomi érseket, hogy a sági prépostságot minden jövedelmével együtt adja át a király kiküldött emberének, annál is inkább, mert az érsek a prépostság javainak nem birtokosa, hanem védelmezője.

Archiepiscopo Strigoniensi. Ferdinandus etc. Reverendissime in Christo Pater fidelis sincere dilecte. Jam aliquoties privilegia Ordinis Premonstratensis ab venerabili Joanne preposito de Lelez, vicecancellario nostro coram nobis, nostrisque consiliariis et Devotione tua presente relata cognovimus, continereque comperimus, ut ex indultu pontificie potestatis, assentientibus etiam nostris precessoribus, regni Hungarie divis regibus, nullus esset prepositure alicuius in regno nostro Hungarie collator preter communem et canonicam Ordinis electionem aut eorum, quibus commissa eligendi ex conscientia et industria esset facultas, ita tamen, ut ex fratribus Ordinis professis optime eruditos ac optimi exempli viros, longam per experientiam vite sanctioris eligerent; nec quis ius aliquod preter Sedem Apostolicam in eos animadvertendi censura aut excommunicationis innodandi quocunque vinculo non solum eos, sed etiam ipsis subiectos servos, colonos, vasallos et id genus ipsis servitute servientes haberet potestatem. Cathedralem vero ecclesiam Strigoniensem et pro tempore constitutos archiepiscopos et prelatos illius ecclesie non possessores bonorum Ordinis, sed defensores zelo Dei in hoc regno nostro Hungarie sponte et libere ita sibiipsis elegisse, ut piam, paternamque illorum contra quoslibet impetitores defensionem curamque experturi essent. Nunc in hiis regni nostri illius pretermodum calamitatibus ecclesia Saghiensis multiplices est experta bonorum et aliorum rerum contra ius Dei,

[1] Propria manu.

humanumque iniurias; unde factum est, ut nos rationi temporum conniventes, eam ecclesie conditionem, ut privilegia eorum continent, tam solide ob diversos faccionum procellas servare non potuimus; nihilominus Devotioni tue, tanquam defensionis precarie patrono, tuendam dederamus. Nunc itaque hic Joannes Prepositus suo et Ordinis nomine suis supplicationibus sepe nos admonitos fecit, videns ecclesie illius et colonorum in divinis et humanis rebus non parvam iacturam et defectum, ut vos hortaremur iam tandem Ordini et sibi, qui primatem Ordinis illius in regno nostro Hungarie gerit, curiamque nostram sine adhuc aliqua provisione nostra, Regni tamen nomine incolit, de manibus tuis eliberare faceremus. Quapropter hortamur Devotionem tuam et etiam ex animo nostro admonemus, ut causa nostri ipsam prepossituram sine aliqua causatione, proventibus et victualibus omnibus salvis et illic ad custodiam domus relictis, huic homini nostro, qui has reddidit, assignare velit, ne posthac Ordo et prepositus ipse, alioqui nobis obsequentissimus, de Devotione tua habeat apud nos conquerendi rationem, nosque in hanc rem insumamus ulteriorem curam; in hac re factura est Devotio tua nobis rem gratissimam et se dignam, quem [!] nunquam aliena concupere et natura et conditio eius semper pre se tulit. Datum in oppido nostro Linczio die tertia Novembris 1541.

Ex[pedite].

Fogalmazat egy félív papir mindkét oldalán. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1541. Nov. 22.* Közli: BUNYITAY VINCZE.

570.

Brassó, 1541 november 6.

Brassai Bogner Bertalan Lőcsére meghivott prédikátor levele Stöckel Lénárthoz a reformáczió előhaladásáról Brassóban.

Viro, omni scientiarum genere ornatissimo, Leonardo Stöckelio, scholae Bartphensis moderatori, ac amico suo honorando Barholomaeus Bognerus Coronensis S. P. D.

Quod Amicitia Vestra et Senatus amplissimae urbis Leuchoviensis adeo honorifice iterato postulat, id quam lubentissime statim agerem, nisi viarum in hac tempestate impractibilitas, intestinaque pericula, quibus in tanta animorum dissensione dilaceramur, omnem itinerandi occasionem praecluderent. Interim remittente viarum et temporis rigiditate, nihil antiquius habebimus, quam honorificae adeo vocationi manus conatusque nostros admovere, imploratoque Dei auxilio in vinea Domini solerter laborare, ut repurgatis errori-

bus, concredito nobis muneri sacro in sensu evangelii satisfacere valeamus. Quod religionis negotium attinet, id in urbe nostra maiores tulisset fructus purioris doctrinae, nisi pertimescendum esset, id male haberi eo loco, unde auxilium omne contra factiosorum technas, Turcarumque tyrannidem speramus; interim tamen spargitur quotidie verbum Dei et in cordibus hominum virescit jam purior doctrina, quae ut semet per totum orbem diffundat, optamus. Coronae Dominica proxima post festum omnium Sanctorum. A. D. 1541.

Ex manuscriptis Josephi Benkő. Gr. Jos. Kemény «Scriptores Rerum Trans. minores, adjecto Auctario Epistolarum coaevarum» czimű gyűjteményből. Tom. I. p. 258. Ms. az erdélyi múzeumban. Közölte *Fabritius* Károly a Történelmi Tár 1881. évf. 247. l.

571.

Bártfa, 1541 deczember 6.

Stöckel Lénárt levele Réwai Ferenczhez. — Érteslti, hogy Gyulai Gábor, Réwai fiainak nevelője, állásáról lemondott, s hogy Melanchthon figyelmezteti (Stöckelt), hogy Magyarország e zavaros állapotában biztosabb helyre vonuljon.

Gratiam et pacem in Christo Jesu. Magnifice et gratiose Domine. Etsi rem omnem et ex iis literis, quas ad Dominum Rakowski dedi, et ex commemoratione Andreae Cuatzinski (?) M. V. intelligere potest, tamen non mediocri afficior voluptate, quando cum V. M. per literas quasi colloquor. Quanto maiore studio et observantia affectus sum erga M. V. et liberos eius, tanto maiorem capio dolorem ex ista paedagogiae infelicitate, qua adhuc usi sumus cum in ea sola fere tota puerorum educatio sita sit. Discessit a nobis Gabriel ita subito, ut colloquendi potestas non fuerit, cumque nobis non dubiam spem sui reditus abiens fecerit, ex itinere ad D. Eckium scribit, seque officio abdicat. Is quoque, cuius fidei pueros commisit ad tempus, omnino hanc functionem recusat. Ego cum fidem et diligentiam Gabrielis bene norim, misi ad eum literas, quibus eum ut redeat hortatus sum, ea spe, quam mihi de eius curatione fecit D. Rakowski. Forsitan aliquid valebit apud eum mea authoritas.[1] Sin minus, Vestrae Magn. consilium erit, quo pacto

[1] 1542 január 24-iki levelében ugyancsak Réwaihoz ezt írja Gyulairól: «Gabriel ex eo tempore, quo hinc abiit, eo consilio, ut Varadinum in thermas se conferret, in oppido Uyhel, quod Pataco vicinum est, nescio qua spe moratur. Ad eum diligenter scripsi de liberali erga eum animo V. M., hortatusque sum, ut eo uteretur. Rescripsit se facturum, ut Sclabiniam proficiscatur». *Frankl* i. m. 59. l.

optime filiolis prospici possit, ut domesticum custodem et morum magistrum quam optimum habeant. Plura scribere me prohibent occupationes M. V. Illud tamen celare iam non possum, quod D. Philippus Melanchthon me hortatur, ut in hoc perturbatissimo statu Regni nostri in locum tutiorem me conferam. Quod si addidisset, quomodo, non paulo faciliora mihi omnia reddidisset. V. M. me commendatum esse cupio, eamque bene valere. Bartpha sexto Decemb. Anno 1541.

Vestrae Magn. observantissimus
Leonhardus Stöckel.

Eredetije a b. Réwai-család stjavnicskai levéltárában. Nyomtatva kiadta *Frankl* V., Réwai F. fiainak iskoláztatása. Pest, 1873. 58. l.

572.

Pozsony, 1541 deczember 24.

Pereghy Albert prépost a távol lévő egri püspök megbizásából kéri Ferdinánd királyt, hogy az olasz katonák kapitányát és egyéb tisztjeit tiltsa el néhai Benedek egri suffraganeus püspök hagyatékának elfoglalásától.

Sacratissime Rex... Reverendissimus dominus Agriensis, dum proxime Venetias se conferret, rogatum me habuerat, ut si aliquando ex Agria sui in negotio aliquo, quod sua interesset, me requirerent, in eo exhiberem me diligentem procuratorem. Provisor autem Agriensis scribit nunc, D. Capitaneum et precipuos alios, qui peditibus Italis in arce Agriensi presunt, velle omnia bona et facultates quondam Benedicti, episcopi Scopiensis et suffraganei Agriensis, proxime defuncti, rapere et in suos usus convertere, quod sane indignum est et equitati contrarium; mortuum enim illum, ut christianum virum decet, condito prius sana mente de omnibus facultatibus suis legitimo testamento certum est, ideo si quid iustitie loci dabitur, neminem posse testamentum hoc rescindere... Dignetur Maiestas V. domino capitaneo et aliis, quorum interest, per literas serio committere, ut a rapina vel occupatione rerum quarumcunque ipsius Benedicti episcopi abstineant... Datum Posonii 24 Decembris anno Domini 1541.

Sacratissime Maiestatis Vestre

humillimus et fidelis servitor
Albertus Prepositus.

Kívül: Sacratissime Regie Maiestati Domino meo clementissimo.

Egy ív papir két oldalán, veresviasz, czímeres zárópecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1541. Decz. 11.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

573.

Eperjes, 1541 deczember 26.

Werner György jelenti Ferdinánd királynak, hogy János király budai kápolnájának Eperjesre került kincseit lefoglalta s két ládába zárva megőrzi, míg ő felsége azokról nem rendelkezik.

Sacratissime Rex... Ceterum non possum celare Maiestatem V. quomodo quidam sacerdos, qui fuit Bude magister Capelle regis Joannis, in hanc civitatem veniens, certa eius Capelle clenodia argentea deaurata secum adduxerit, que iudex Budensis,[1] cui soror dicti sacerdotis nupta est, cum super (iisdem?) cum eo concordare non posset, per Judicem huius civitatis arestanda curavit. Qua re ad me delata, cum hec iure ad Maiestatem V. pertinere putarem, ego eiusdem V. Maiestatis nomine eundem civitatis huius iudicem requisivi et inhibui, ne ea citra Maiestatis V. consensum quocunque auferri patiatur. Itaque Maiestas V. quid de iis faciendum censeat, significare dignetur.

Est, ut audio, una tabella argentea, que festis diebus in altare poni solita est.

Candelabra quatuor.

Pacificalia, ad modum monstrantie facta, tria.

Ampulle due.

Calices duo et ornamenta quedam sacerdotalia, que omnia in duas ladulas composita et sigillis iuratorum civium occlusa servantur et servabuntur quoad Maiestatis V. super iis informatio et relatio afferetur... Datum Eperies vigesima sexta die Decembris in exitu anni 1541.

Sacratissime Maiestatis V.

humillimus servitor
Georgius Vernerus.

[1] A fentebb említett budai biróról ugyancsak Werner György írja 1541 nov. 16-án Sáros várából I. Ferdinánd királynak, hogy a király parancsolta ugyan, hogy a hűtlen Semsey László javait «egregio Petro Palchan alias Judici Budensi dictorum bonorum possessionem assignemus», de ő, Werner, azokat magának kéri hű szolgálataiért. *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1541. Oct.-Nov. 8. 34.*

Kívül: Sacratissime Romanorum, Hungarie, Bohemie etc. Regie Maiestati etc.

Egy ív papir három oldalán, záró gyűrűpecséttel. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1541. Decz. 12.*

Közli: BUNYITAY VINCZE.

574.

Wittenberg, 1541 deczember 28.

Melanchthon levele Heller Sebestyénhez, György brandenburgi őrgróf kanczellárjához. Kéri: ajánlja ura pártfogásába a bujdosó Dévayt.

— — — Sunt apud nos Hungari aliquot, qui ex patria propter crudelitatem expulsi sunt. In his est Matthias Devay, vir honestus, gravis et eruditus. Arbitror notum esse illustrissimo principi Marchioni Georgio. Quare, suo difficillimo tempore, ab eo principe praecipue opem et auxilium implorat. Te igitur rogo, ut causam piam exulis boni et docti adiuves. Fuit ante quoque in periculo apud suos propter pias conciones.

Corpus reform. IV. 714. *Révész,* Dévay Biró Mátyás. Pest, 1863. 48. l.

575.

Gyalu, 1541 deczember 29.

Statilius erdélyi püspök vallja és elismeri, hogy Ferdinánd Magyarországnak igaz, törvényes, koronázott királya és fogadja, hogy mindenben hű szolgája lesz.

Joannes Statilius episcopus Albensis Transilvaniensis fateor et recognosco per presentes literas meas, quod cum sacratissimi principis et domini domini Ferdinandi Romanorum, Ungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc. Regie Maiestatis erga hoc regnum Ungarie promptam voluntatem defendendi, eque faucibus hostium eripiendi et fideles subditos in regiam clementiam accipiendi medio magnifici domini Casparis Seredy etc. commissarii Sue Maiestatis intellexissem: me Sue Maiestatis fidelitati addixerim et uti verum, honestum fidelem decet, ea, que in rem et utilitatem Sue Maiestatis ac huius regni Ungarie fore cognovero, pro virili mea prestiturum promittens, me Suam Maiestatem pro vero, legitimo coronato Ungarie rege habiturum, fidelitatem et fidelem servitutem Sue Sacratissime Maiestati cum plena animi constantia exhibiturum harum mearum

literarum sigillo, manusque mee subscriptione munitarum vigore ac testimonio mediante. Datum in castro meo Gyalw die vicesima nona mensis Decembris anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo primo.

Joannes Statilius
Episcopus Transilvaniensis manu propria.

Egy ív papir első oldalán, alatta veresviasz kerekpecsét nyomaival. — *Bécsi cs. és kir. házi stb. levéltár: Hung. 1541. Decz. 20.* — Ugyanitt Petrovyth Péter, Frater György váradi püspök, Patochy Miklós egészen hasonló, pecsétes kötelező levelei. Frater György levele kiadva *Szilágyi S.: Történeti Lapok 2-ik évf. 1154. l.*

Közli: Bunyitay Vincze.

INDEX

NOMINUM, LOCORUM ET (MAGNA EX PARTE) RERUM

A PAG. 1—563.



ERRORES CORRIGENDI.

p. 8. inf. l. 16. Marchieonis lege Marchionis.
p. 16. inf. l. 14. Pacha Tamás lege Pacha János.
p. 33. inf. l. 11. 1536 lege 1535.
p. 67. s. l. 2. Sszarvaskővárát lege Szarvaskővárát.
p. 75. s. l. 15. super se se lege super se.
p. 103. s. l. 5. Rasippone « Ratisbone.
p. 184. s. l. 22. caperecur « caperetur.
p. 266. inf. l. 10. abendum « alendum.
p. 267. s. l. 7. dominum « dominorum.
p. 285. inf. l. 13. relatibus « relatis.
p. 328. inf. l. 17. si tali quid lege si tale quid.
p. 348. s. l. 5. Bonhodii « Borhodii.
p. 352. s. l. 14. Ambár lege Ámbár.
p. 365. s. l. 14. mittendas lege mittendos.
p. 386. inf. l. 2. tabulatro lege tabulario.
p. 390. s. l. 6. vendicare lege vindicare.
p. 390. inf. l. 10. propingva lege propinqua.
p. 397. s. l. 15. quottidie « quotidie.
p. 446. inf. l. 6. christo lege Christo.
p. 457. s. l. 20. hunc miserum lege hoc miserum.
p. 506. s. l. 13. aureis lege aurei.

